51

7
9-D
51

B
35

24

7-9-D-51

Digitized by Google

# DE STATV BOHEMICO PERTVRBATO,

*Hoc eſt,*

# DE BELLI BOHEMO GERMANICI INITIO, CAVSSA ET PROGRESSV INTER GLORIOSISSIMVM IMPERATOREM, FERDINANDUM ſecundum, & Fredericum quintum Palatinum geſti Tractatio publica

*IN QVA PRAETER HISTORICAM RELATIONEM OMNIS GENERIS EPISTOLAE, PROPOSITIONES, RESOLVtiones, proteſtationes, reſponſiones, Banni & alia eius generis acta inter proceres imperii hucuſq; tum in publicis, tum priuatis comitiis, ventilata continentur.*

Curante M: Lon:

*Cum indice nunc prodit.*

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA



BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

Francofurti, apud Ioann-Fridericum Weiſſium, Impenſis Schonvvetterianis.

*ANNO M. DC. XXI.*

7
9-D
51

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
7 B
35

24

7-9-D-51

Digitized by Google

DE STATV BOHEMICO
PERTVRBATO,

*Hoc eſt,*

# DE BELLI BOHEMO GERMANICI INITIO, CAVSSA ET PROGRESSV INTER GLORIOSISSIMVM IMPERATOREM, FERDINANDUM ſecundum, & Fredericum quintum Palatinum geſti Tractatio publica

*IN QVA PRAETER HISTORICAM RELATIONEM OMNIS GENERIS EPISTOLAE, PROPOSITIONES, RESOLVtiones, proteſtationes, reſponſiones, Banni & alia eius generis acta inter proceres imperii hucuſq; tum in publicis, tum priuatis comitiis, ventilata continentur.*

Curante M: Lon:

*Cum indice nunc prodit.*

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA



Francofurti, apud Ioann-Fridericum Weiſſium,
Impenſis Schonvvetterianis.

*ANNO M. DC. XXI.*

# INLVSTRIS ATQVE INCLVTÆ REIPVBLICÆ MOENOFRANCOFVRTENSIS TRIVMVIRIS:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IAN-MARTINO Bauwr ab YSENECK
PRÆTORI,

IANO BIBINGERO, ET
IAN-LODOICO à GLAVBVRGO } Coss.

TOTIQVE EIVSDEM REIPVB. SENATOrio ordini Ampliſſimo atque Sapientiſſimo, Patriæ Patribus, atque Dominis meis obſeruandiſſimis,

*MICHAEL GASPAR. LVNDORPIVS*
*Hiſtoriographus*

S. D. P.

QVemadmodum magna etiamnum durantis mundi machina, INLVSTRES INLVSTRIS PATRIÆ PATRES, Domini multis mihi nominibus colendiſſimi, rerumque omnium creatarum conſeruatio manifeſtiſſime oſtendunt, quod res non caſu factæ aut creatæ ſient, ſed



Google

multo potius æterni Omnipotentiſque numinis præſidio & auxilio conſeruentur: ita in hac ipſa Imperiorum conſtitutione & mutatione quiuis ſanæ mentis facilime iudicare poteſt, quod Regna non caſu aut fortuito conſtituantur, ſed diuino nutu ſtabiliantur atque transferantur. Quis enim autumet tantas clades, quæ humano generi in regnorum conſtitutione, vel in eorumdem deſtructione obtigerunt, fortuito & caſu accidiſſe? Quis non deplorabit horrendas iſtas confuſiones, cædes, incendia, atque direptiones, quæ hactenus in Regno Bohemiæ, eidem incorporatis Prouinciis, aliiſque vicinis in locis (de priſco Romano Imperio, quum proximus noſter paries ardeat, quanto illud ſanguine partum, & quantis bellis ciuilibus [a] conquaſſatum, quantis denique irruptionibus [b] diſcuſſum ſiet, heic iam nulla verba facio) ante inſignem iſtam Cæſaris Ferdinandi II. ope & auxilio Sereniſſimi Domini Maximiliani Vtriuſque Bauariæ Ducis &c. contra Bohemos, eorumdemue aſſeclas IV. Nouemb. Anno Chriſti M. DC. XX. obtentam Victoriam Pragenſem, contigerunt?

*a Sylla, Marii, Pompeii, Bruti, Antonii.*

*b Gotthicis, Vandalicis, Hunnicis, Arabicis, Turcicis &c.*

Scipio, (ob res in Aphrica præclare feliciterque geſtas Aphricanus dictus) incendium Carthaginis ſpectans, illachrymaſſe, ac ſic dixiſſe fertur: Deplorandam eſſe in rebus humanis fortunæ inconſtantiam, & dolere ſe non dumtaxat vicem Carthaginis, quæ olim florens virtute, opibus, & imperio, nunc ſpoliata incendio pereat: ſed etiam de Romanæ Vrbis fato cogitare, quæ aliquanto poſt ſimili calamitate peritura ſiet, quum nulla imperia ſint perpetua. Recte itaque de fortunæ viciſſitudine, & ſummorum Imperiorum fato atque excidio Poeta [c] quodam in loco cecinit:

*c Pet. Lindebergius.*

Sic

*Sic variant ſortes: SIC VERSAT IVPPITER VRNAM*
*Vt quæ ſumma prius, de ſummis infima fiant.*
*Quid ROMA vberius? quid TROIA maius? ATHENIS*
*Clarius? & clara CARTHAGINE celſius? omnes*
*Infeſtos nouere Deos, nouere ruinam,*
*Et ſibi multiplici fabricarunt funera luctu.*

Varia eſt (inquit lumen ſeu potius numen Romanæ eloquentiæ [d]) vitæ commutabiliſque ratio: vaga, volubiliſque fortuna: & alibi Phoebus ille Haſſiacorum Poetarum [e].

*——futurarum rerum curriculum nemo*
*Præſcire poſſumus: nec in manibus noſtris gubernaculum*
*Earum ita poſitum eſt, vt ad euentum, Theſeo quaſi filo,*
*Quemcunque velimus perducere negotium omne poſſimus.*
*Anceps fortunæ paſſus eſt: nec quemquam, poſt homines natos,*
*Inuenias, quem non lubricitas eius deluſerit.*

Neminem (ait priſcæ elegantiæ parens [f]) eo fortuna prouexit, vt non tam illi minaretur, quantum permiſerat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare vertitur: eodem die, vbi luſerunt, nauigia ſorbentur. Criticorum fax & lampas [g] autem Sortis ſuæ inconſtantiam quodam in loco ſic deplorat:

*Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat licet.*
*Sed viden'? Fortuna humana fingit, artatque, vt lubet:*
*Me, qui liber fueram, ſeruum fecit: è ſummo infimum:*
*Qui imperare inſueueram, nunc alterius imperio obſequor.*

Fortuna (Muſarum ingenuo iſto pullo [h] teſte) quo magis alludit, blanditur, fauet, eo fallit de improuiſo magis, nocetque acerbius. Inter roſas (pergit idem ille) etiam ſunt ſpinæ: & in terra nihil eſt tam ex omni parte beatum, quod non offendas.

[d] *Cic. in Orat. pro Mil.*

[e] *Herm. Kirchnerus I.V.D. Orat. Hiſtor. & Poeta Cæſar. Profeſſor olim Marpurg. in Coriolano ſuo.*

[f] *Seneca in epiſt.*

[g] *Familiaris meus Plautus in Capt.*

[h] *Franc. Philel. in epiſt.*

Seſoſtris (vt ex Poetarum Oratorumque Scholis, ad Hiſtoricorum vireta tranſeamus) Rex Aegyptiorum [i] felix, opibuſque potens, plurimas nationes ſeruituti ſubegerat: vnde curru, ex auro pretioſiſſimiſque lapillis conſtructo, vehi ſolitus eſt, qui à 4. Regibus ab ipſo deuictis, trahebatur. Cumque vnus ex iſtis Regibus, ſæpius reſpiciens, rotam, quæ voluebatur, contemplaretur: Seſoſtris percunctatus, quur toties in trahendo reſpiceret? Intuēs, reſpondit ille, rotæ volubilitatem, in qua SVMMA CITO FIVNT INFIMA: cogito fortunæ inſtabilitatem, alias excelſa humiliantem, alias humilia exaltantem. Qua parabola intellecta, Seſoſtris currum amplius ab iſtis Regibus trahi noluit.

i *Vide Herod.*

Quamuis autem, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, & Prudentiſſimi Viri, Domini Obſeruandiſſimi, de cauſis iſtarum mutationum & variationum in Imperiis, præſtantiſſimi aliquot Philoſophi [k] varie diſputent, & acutiſſime de iiſdē diſſerant, dum Plato & Ariſtoteles, vti apparet ex eius ſect. XIX. problem. XXVIII. eamdem iſtam Imperiorum Regnorumque viciſſitudinem ex Harmonia Muſica, Cardanus autem ex aſtris, & potiſſumum ex caducæ Vrſæ maioris extrema Stella colligere nititur: nihilominus tamen iſtiuſmodi inſignium mutationum cauſſæ non dumtaxat ab aſtris, tamquam cauſſis ſecundis, ſed ad ipſo Deo Ter Optumo Maxumo, qui conſtituit, atque transfert regna, petendæ ſunt, quemadmodum illud ſequentia aliquot SS. Scripturæ dicta Prophetica ſatis ſuperq; teſtantur: *Illius* enim, inquit Propheta [l], *eſt ſapientia, & maieſtas: ille tempus & horam mutat, ille Reges repudiat & conſtituit. Niſi Dominus*, ait Vates Regius [m], *cuſtodiuerit ciuitatem* &c. *Qui dat ſalutem Regibus*: [n] *Vt oculus videat, & auris audiat*, Regum Sapientiſsimorū Sapientiſſimus [o] inquit, *Deus dat vtrunque.* Et lumen illud gen-

k *Plato, Ariſtoteles, & Hieronymus Cardanus.*

l *Dan. 3.*

m *Pſal. 126.*

n *Pſal. 143.*

o *Salom. 16.*

tium : p *Quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt &c.* Sed de hiſce ſatis. p Rom. 13.

Quis vero ad periculoſiſſimum iſtud incendium Bohemicum, Regni iſtius deſolationem, innocentiſsimi ſanguinis tot M. animarum profuſionem, inauditas, etiam apud gentes immanitate barbaras, cædes, incendia, direptiones &c. (quarum in limine epiſtolæ huius dedicatoriæ facta mentio) anſam occaſionemque dederit: de eo heic vt temere & audacter multa effutiam, non eſt mei inſtituti, fidum enim S. Rom. Imperii, & Nobiliſs. Ampliſs. meorum Dominorum ſubditum, non peregrinæ controuerſiæ (quam aliquot eiuſdem S. Rom. Imperii Electores, Principes, & Ordines non componere, multo minus tollere potuerunt) iudicem me eſſe probe memini. *Duo enim clauſtra* (inquit idem ille F. Philelphus q) *natura linguæ obiecta ſunt, &* DENTES, *&* LABRA: *quibus admonemur nihil temere effutiendum, ſed omnia adſeruanter prudenterque dicenda eſſe. Nihil quoque*, ait lumen illud Batauicum r, *ſubito ſtatuendum, ſed conſulto potius, quam cito loquendum*: Nam, q lib. 10. ep. 52. r Deſ. Eraſ. in Chil.

*Nobile lingua malum: nobile lingua bonum.*

Præſentes tamen ipſius S. Cæſ. Maieſt. Domini noſtri clementiſsimi, S. Rom. Imperii Electorum, Principum, ac Ordinum monitoriales, ex vernacula in Romanam linguam à me tralatæ litteræ, & alia eiuſdem Imperii ACTA PVBLICA, ea reuelabunt, quæ lubentius ſicco pede præteriiſſem, quam gratæ poſteritati (cui tamen inſeruire nemo non obligatur) communicaſſem.

Etiamſi vero modo iam commemoratæ, ab ipſa Cæſ. Maieſt. Sereniſsimis Dominis Electoribus, aliiſque S. Rom. Imperii Principibus & Ordinibus profectæ, ſeorſimque editæ litteræ forſitan maiori patrocinio non indigeant, quippe cum ipſæ à propriis ſuis Auctoribus ſatis ſuperque manu-

Ad Lectorem Prooemiolum.

# CANDIDO LECTORI S. D. P.

SAcrum Romanum Imperium, amice atq; beniuole lector, aliquot nunc annorum ſpacio, poſt ſancitam ſtabilitamque in eodem S. R. Imperio pacem Sacro-profanam, in varias diffidentias, ſiniſtraſq; opiniones, ſciſſum atque diuiſum quaſi hactenus fuiſſe, luce Meridiana clarius eſt, adeoque vlteriori, proh dolor, aſſeueratione neutiquam indiget. Quamuis vero Glorioſiſſimus, pientiſſimæ feliciſſimæque recordationis, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, D. Rudolphus, Princeps Chriſtianiſs. atque adeo vtroque, vti dictitant, pollice ad cœlum vſque extollendus, ob inſperatum iſtum caſum ſaluberrima, atque, ad ſedandam iſtam renaſcentem intemperiem, conuenientiſſima adplicarit remedia, nihilominus tamen incaſſum laborando Aethiopem dealbaſſe omnibus eſt manifeſtiſsimum. Quocirca laudatiſsimæ memoriæ Cæſar Matthias, mox ab inchoatione Imperii ſui Cæſarei, (qui ad auertendam, tam à S. R. Imperio, quam ab hæreditariis ſuis Prouinciis, Regniſque, repullulantem cladem nullum non mouit lapidem) Comitiis aliquot diuerſis in S. R. Imperii locis abſque vllo fructu celebratis, A. C. M. DC. IIIX. non ſolummodo ad confœderatos S. R. Imperii Heilbronnæ congregatos Principes, verum etiam ad hæreditarios ſuos ſubditos, Ordineſq; Regni Bohemiæ repetitas aliquot epiſtolas Cæſareas ablegauit. Et inde adhuc durans pernicioſiſſimũ periculoſiſſimumque belli incendium in iocundiſsima noſtra Patria, Germania, inchoatum in hodiernũ vſq;, diem longius latiuſq; ſerpit, pedetentimque maiores vires, eundo quaſi adquirit: id quod



ſequen-

ſequentia ACTA PVBLICA, & SCRIPTA COMMVTATORIA, ſatis ſuperque teſtabuntur.

## CONTINVATAE BELLI PACISQVE TRACTATIONIS, A PRINCIPIO CAES. MAIESTATIS FERDINANDI II. in Bohemorum Regem electi, ſubſequutique Rhenano-Bohemici Belli ad noſtra vſque tempora.

## PARS PRIMA.

### CAPVT I.

*Matthiæ Rom. Imperat. p. m. ad Electorem Palatinum epiſtola.*

Congregatis Heilbronnæ Correſpondentibus Dominis Germaniæ Principibus, & Conuentum celebrantibus, Cæſarea Maieſtas ad Electorem Palatinum ſequentem epiſtolam, ſub dato 3. April. A. C. M.DC.IIIXX. ablegari curauit.

INLVSTRISSIME, amantiſſime adfinis & Elector, Septemuiralis tua Celſitudo procul omni dubio, citraque vllas ambages, ſibi reuocabit in memoriam, quam fideliter & curioſe mox ab inchoato noſtro Imperio Cæſareo, ob requiſita officii noſtri Cæſarei, & iuxta conſtitutiones AVREAE BVLLAE Electoralemque capitulationem, tam oretenus quam ſcriptis publicis paucos anteannos exortis diſſidiis, confœderationibus & vnionibus pernicioſiſſimis in S. R. Imperio finē imponere voluerimus. Quem in finem etiam tam ſuperioris, q̃ inferioris ſtatus atque dignitatis noſtri ac S. R. Imperii Ordines non vna duntaxat vice, & quotieſcunque id vrgens neceſſitas poſtulauit, ab iſtiuſmodi pernicioſiſſimis confœderationibus clementiſſime dehortati, illud ipſum quoque inpoſterum non intermiſſuri ſumus. Iuxta illud nobis itidem in memoriam reuocamus quales à cæteris Romano-Catholicis Confœderatis Ordinibus, propter tollendam ipſorum fœderationem, concluſiones reſolutioneſque factæ fuerint: ſumma ſpe, ſolidaque fiducia freti Electoralem tuam Celſitudinem, vna cum confœderatis ſuis Principibus & Ordinibus, ſimiliter quoq; ſeſe quamprimum reſoluturam. Quam iccirco (id quod Elect. T. Celſitud. minime latet) re ipſa cum noſtris ac S. R. Imperii Septemuiris, tanquam illius intimis Conſiliariis, vel in perſona propria colloquendi, vel per delegatos noſtros & amicam conferentiam eo potiſſimum cogitandi tractandique ſtet ſententia, quo videlicet pacto præſenti S. R Imperii turbulento omnium rerum ſtatui, & adcreſcenti diffidentiæ, obviam iri queat, & quo itidem ſalutari conſilio ſuborta grauamina vtrimque iterum vel tolli, vel amice componi, aut tamen alias, iuxta in S. R. Imperio conſueta media abſque vlla vlteriori dilatione ad exoptatam metam lenitatemque rurſus reduci poſſint. Poſtquam etiam perceperimus Inluſtriſſ. T. Electoralem Celſitudinem, vna cum Correſpondentibus Dominis Principibus, & Ordinibus, mox conuentum celebraturam, nos vero, ratione officii noſtri Cæſarei, & clementiſſimæ paternæ prouidentiæ, lubentiſſime præcaueremus,

ueremus, vt videl. commemoratæ periculoſiſſimæ Vniones & Confœderationes in S. R Imperio, Patria noſtra ſocundiſſima, præſertim perturbata haece rerum omnium confuſione, vtrimque intermitterentur, neque vice verſa, penes alia intolerabilia ferme onera, incommoditates atque ignominioſa præiudicia, omnia forſitan peregrina circumiacentia bella in S. R. Imperium introducerentur. Quocirca T. Elect. Celſitudinem hiſce paterne adhortamur, rogamus, eidemque ſerio mandamus, vt, ante iſtum inſtitutum Correſpondentium Dominorum Principum Conuentum, non ſolummodo pro ſua perſona omnem operam diligentiamque adhibeat, verum etiam apud modo dictos confœderatos ſuos Principes (id quod optimo modo facere poterit) ſalutaria & conducibilia officia atque remedia proponat, quo omnes iſtiuſmodi pernicioſæ confœderationes intermitti, nobis vero, tanquam ſummo S. R. Imperii capiti, omnis debitus reſpectus & obſequia præſtari queant. Quem in finem, ad intermiſſionem ſcilicet iſtius Confœderationis, & accommodationem eo commodius promouendam, Reuerendiſſimum Inluſtriſſimumq; S. R. Imperii Septemuirum, Dominum Archiepiſcopum Moguntinum (qui, vti ſimiliter cognouimus, vna cum confœderatis Romano-Catholicis ſimilem, ceu Correſpondentes Domini Principes Seculares, Conuentum celebraturus eſt) ſerio, peramice, clementiſſime, atque vehementiſſime adhortamur, eidemve iniungimus & mandamus (quemadmodum Electoralis tua Celſitudo ex inſerta copia, ſub litteris A. & B. ſignata, videre poterit) illud ipſum, quod noſtris & S. R. Imperii ciuitatibus, vel earundem Heilbronnæ iam congregatis delegatis, clementiſſime iniungi curauimus. Id quod Elector. tuam Celſitud. ad propagationem conſeruationemque iocundiſſimæ pacis, quietis, atque concordiæ, haud indubie facturam, nobis certo pollicemur; cui impoſterum, vti & hactenus, amicitiam & gratiam noſtram Cæſaream clementiſſime impertitam volumus. Dabantur Pragæ in arce noſtra Regia III. April. A. C. M.DC.IIXX. Regnorum noſtrorum Romani V. Hungarici IX. & Bohemici VI. annis.

MATTHIAS

I. L. von Vlm.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Maieſtatis Prop.

I. R. Pucher.



Digitized by Google

## CAPVT II.

*S. Cæſ. Maieſtatis ad Vnitarum ciuitatum Imperialium delegatos, Heilbronnæ congregatos, epiſtola.*

HOneſti, ac perdilecti fideles, vobis, vti clementiſſime nobis pollicemur, humillimo in obſequio adhuc minime erit incognitum, quatenus non ſolummodo vos, verum etiam & alias noſtri & S. R. Imperii ciuitates, ſub dato IIXX. April. A C. M. D C. XII. clementiſſime monuerimus, vt videlicet apud nos, tanquam hodiernum regnantem Romanorum Imperatorem, & veſtrum omnium immediatum ſupremum caput, conſtanter perſeuerare, omnibus confœderationibus renunciare, & ad nullam aliam contrarietatem vos conuertere velitis. Notum viciſſim eſt vobis omnibus & ſingulis, quam paterno prorſus animo & prouidentia, mox ab inchoato noſtro imperio Cæſareo, tam in Comitiis Ratisbonenſibus A. C. M. DC. XIII. quam alibi ad hodiernum vſque diem in id vnice incubuerimus, vt à Sereniſſimis aliquot S. R. Imperii Electoribus aliiſque Ordinibus indicata grauamina vel ſaltim mitigarentur, vel plane tollerentur, quemadmodum adhuc hodie quoque prompti & parati ſumus modo commemoratam noſtram intentionem, vel per amicam commodamque interpoſitionem, vel per alia in S. R. Imperio conſueta media, in effectum deducere, & eo maxumopere adlaborare, quo periculoſæ initæ Confœderationes iterum tolli queant: quem in finem etiam perdilectos noſtros adfines Electorem Moguntinum, & Septemuirum Palatinum, tanquam ex vtraque parte directores principales, ad intermittendas perniciosas periculoſaſque iſtiuſmodi Confœderationes, clementiſſime admonuimus.

Cum itaque & vos, quemadmodum etiam vniuerſi & ſinguli, probe perpendant, penes hancce noſtram tam pacificam clementiſſimamq; intentionē, extra noſtram, S. R Imperii Supremi Capitis, voluntatem atque mandatum, nulla alia conſtitutione, Vnione & Confœderatione noua (quæ nunc paucos aliquot ante annos ſancitæ & initæ fuerunt,) opus eſſe, ſed vice verſa, eo ſpectent, quo nimirum pacto ſingulæ & vniuerſæ iterum tolli & priſtino ſuo ſtatui atque nitori reſtitui poſſent, ne ſubinde aliæ nouæ difficultates, vtpote in ipſa rei veritate nihil aliud, quam pernicioſæ ſeparationes, ruina & interitus tam bene conſtitutæ Harmoniæ S. R. Imperii, eiuſdemue ſaluberrimarum laudatiſſimarumque adeo conſtitutionum, in ſummum præiudicium atque deſpectum exterorum Regum, Principum, Nationum, aliorumque populorum in Imperio, ſuborirentur, atque tandem periculoſiſſimæ circa S. R. Imperium ſuſceptæ præparationes bellicæ in ſuauiſſimam noſtram patriam introducerentur: iccirco, ad præcauenda mala iſta omnia, ratione Cæſarei noſtri officii, ex amore Patriæ, & iuxta præſcriptionem AVREAE BVLLAE, Electoralis tractationis, aliarumque laudatiſſimarum S. R. Imperii Conſtitutionum, hactenus per beniuolam ſedulamque noſtram impenſam operam, inſtitutas ſuſceptaſque diuerſis in locis amicas tractationes, apud quoſdam Electores, Principes, alioſque S. R Imperii Ordines Priſco-Romano-Catholicæ Relligioni addictos, tantum impetrauimus vt, ad intermittendas tollendaſque Ligas & Vniones, (modo ab aduerſa parte idem fieret) ſeſe tum temporis reſoluerint.

Adhortamur vos igitur, & ex clementiſſima paternaque prorſus intentione vobis iniungimus, vt non ſolummodo pro vobiſmetipſis, ſed & aliis noſtris &

S. R.

S.R. Imperii liberis Imperialibuſq; ciuitatib⁹, iuxta à vobis, nobis & S.R. Imperio præſtita iuramenta, in conſideratione ſupra commemoratarum cauſſarum citcumſtantiarumq;, nobis, tamquam infallibili immediato ſummo capiti, vnicæ & ſolæ adſociare, omnes econtra pernicioſas confœderationes omni ſtudio deuitare, & illud humillimo cum obſequio à nobis expectare velitis, quod ſupra promiſſæ noſtræ beniuolentiſſimæ atq; pacificæ intentiones requirere videbuntur. Econtra eiuſdem adhuc ſumus clementiſſimæ adfectionis, eamdemq;, vos à nobis certo polliceri debere iubemus, nos videlicet omnibus præmiſſis promiſſiſq; per omnia, plene & ſufficienter, ſatisfacturos, eoque pro virili adlaboraturos eſſe, vt non dumtaxat contra iniquam iniuſtamque violentiam defendi queatis, verum etiam ne, contra ſupra citatas laudatiſſimas S.R. Imperii Conſtitutiones, nouæ quædam exactiones, grauamina, aliæque incommoditates vobis imponantur.

Et in hoc DEO TER OPTVMO MAXVMO gratiſſimum feceritis officium, quod nobis non ſolummodo acceptiſſimum, verũ etiam vobis ipſis, ad comparandam haud contemnendam gloriam, ſummæ laudi erit, quoque tamdem laudatiſſimum admodumque conducibile gratæ poſteritati exemplum imitationemque relinquetis. Hiſce vobis omnibus & ſingulis gratiam clementiamque noſtram Cæſaream, vti & hactenus, ita & nunc impoſterum quoq; pollicemur.

## CAPVT III.

### *CORRESPONDENTIVM DOMINORVM PRINCIPVM ATQVE ORDINVM, AD EPISTOLAM SAC. Cæſ. Maieſtatis, ex Heilbronna, ſub dato IIIX. April. A. C. M.DC.IIIXX.*

### LITERÆ RESPONSORIÆ.

INVICTISSIME atque Potentiſs. Romanorum Imperator, ſemper Auguſte, ac Domine Clementiſſime. Binas Cæſ. Maieſtatis veſtræ litteras, quarum vna ad nos Comitem Palatinum, S.R. Imperii Septemvirum, altera ad ſingulas confœderatas ciuitates ablegata fuit, mox ab inchoata noſtra congregatione heic accepimus. Quoniam vero ambæ iſtæ epiſtolæ vnius ferme eiuſdemque argumenti fuerint, iccirco de iiſdem cum cæteris quoque noſtris confœderatis Ordinibus, quos res iſta æque, ac noſmetipſos, tetigit, deliberate minime intermiſimus. Perceptis itaq;, obſequioſiſſimo cum obſequio, binarum iſtarum Cæſarearum epiſtolarum argumentis, tantum breuiter intelleximus, quod Cæſareæ Maieſtati, mox in limine inchoati ſui Imperii Cæſarei, non tantum ratione officii Cæſarei, verum etiam iuxta præſcriptionem AVREÆ BVLLÆ, Electoralemque Capitulationem, ſummopere curæ cordique fuerit, quo ſcilicet pacto pernicioſiſſimæ ſegregationes, Vniones atque Confœderationes in S.R. Imperio tamdem tollerentur quodq; per amicam tractationem à Romano-Catholicis tantum impetrauerit, vt quam primum videlicet in tractationem Cæ-

ſaream conſentire velint, modo ſi & nos quoque ipſorum exemplum imitaremur. Cum etiam Cæſ. veſtra Maieſtas apud ſe decreuerit cum S. R. Imperii Electoribus, tanquam iſtius intimis Conſiliariis, vel in perſona propria, vel per delegatos ſuos, peramicamque conferentiam, ad eum potiſſumum ſcopum collimare, vt perturbato rerum præſenti ſtatui & diffidentiæ in S. R. Imperio, vel pacifice obuiari, vel tamen alias ille per conſuetas S. R Imperii conſtitutiones ſalutariaque in iiſdem compræhenſa remedia componi queat. Item nihil amplius maiuſve Cæſar: Veſtram Maieſtatem habere in votis, quam vt periculoſæ iſtiuſmodi Vniones atque Confœderationes, turbulenta cum primis hacce rerum omnium facie, impedirentur: per illas ſiquidem, penes alias incommoditates perniciosiſſimas, peregrina circumiacentia bella in S. R. Imperium introduci poſſet: quocirca, iuxta Cæſ. veſtram pacificam paternamque prorſus intentionem, aliis Confœderationibus (quæ dumtaxat ad periculoſam ſegregationem & interitum tam bene conſtitutæ Harmoniæ S. R. Imperii eiuſdemve laudatiſſimarum Conſtitutionum, anſam occaſionemque præberent) minime opus eſſe. Petere itaque Cæſ. veſtram Maieſtatem, quod videlicet nos omneis & ſinguli propter præſtita ſolemnia iuramenta, quibus ſuæ Cæſ. Maieſtati ac S. R. Imperio obligati obſtrictique ſimus, noſtram Vnionem deſerere, iſti prorſus renunciare, ac Cæſ. Veſtræ Maieſtati, pro decenti more debitoque, nos humili cum obſequio (vti ex Cæſ. Veſtræ Maieſtatis epiſtola latius videre eſt) accommodare debeamus.

Quod igitur Cæſar. Veſtra Maieſtas ad proſperum ſtatum, pacem atque concordiam, in S. R. Imperio, iocundiſſima noſtra patria, conſeruandam, adeo paterne adfecta ſiet, repetitiſque promiſſionibus Cæſareis ad idem faciundum adhuc ſeſe declaret, quo commodius omnes diffidentiæ aliaque hactenus conqueſta grauamina, (vnde turbulentiſſimus iſte præſens rerum omnium ſtatus potiſſumum ſuam traxit originem.) in S. R. Imperio iterum tollerentur, pro tam Clementiſſimo Cæſar. Veſtræ Maieſt. erga communem vniuerſalemque GERMANICÆ NATIONIS Patriam adfectu Cæſareæ Veſtræ Maieſt. humiles humillimaſque agimus gratias. Et quemadmodum hactenus de hac laudatiſsima Cæſ. Veſtræ Maieſt pacifica intentione numquam dubitauimus, ita etiamnum vnice confidimus, nihilque amplius in vniuerſo hocce terrarum Orbe exoptamus & rogamus, quam vt confuſa iſta rerum omnium facies tandem priſtino ſuo nitori reſtitui & omnes S. R Imperii Ordines ſub Cæſ. Veſtra Maieſtate tanquam capite, ceu membra vnius corporis, in bona Germanica confidentia & ſummopere expetenda concordia (quo tranquillo pacatoque ſtatu, auxiliante DEO TER OPTVMO MAXVMO, omnia Regna & Prouinciæ in flore cōſeruantur) conſtanter inter ſeſe perſeuerare & viuere queant. In quod nos omneis & ſinguli hactenus vnice incubuimus, etiamque impoſterum hocce conſtanti in propoſito perſeueraturi ſumus. Idque laudatiſſimi Maiores & Anteceſſores noſtri ardentiſſimis cordis ſuſpiriis exoptarunt, ſumma diligentia, multifariis mediis modiſque in medium propoſitis, ſumptuoſiſſimiſque Legationibus eo maxumopere adlaborarunt. Sin igitur & alii ſimiliter adfecti fuiſſent & non multo potius omnia ſua conſilia & actiones eo direxiſſent, quo arctius Euangelico-Orthodoxi S. R. Imperii Ordines preſſi &, ſub variis prætextibus ac diuerſimodis vanis prætenſionibus, coanguſtati fuerint. Item ſi hactenus ſacro-profana pax

na pax inuiolata permanſiſſet, de eademque firma ſpes conſtanſque lætitia ipſo cum effectu concipi potuiſſet, lubentes ſane fatemur, & fateri neceſſum habemus, nulla amplius, ad conſeruandam in S. R. Imperio pacem & tranquillitatem, neceſſariamque defenſionem ſuſcipiendam, remedia quæritanda, ſed, vice verſa, iiſdem minime opus, & Imperii conſtitutiones, circulorumque & Exequutionum ſanctiones obſeruandas fuiſſe. Quum vero hactenus, & in hodiernum vſque diem, contrarium (vti vltima Cæſar. V. M. in nuperis Comitiis conqueſta grauamina luculentiſſimum rei præbent teſtimonium) adparuerit, & reipſa, proh dolor, quoque manifeſtum fiet Euangelicum Ordinem vnum poſt alterum, ſub ſpecioſo prætextu iuris, per ſubſequutas difficillimas exequutiones bellicas, etiam cum priuatione ſuæ Relligionis, & iactura adeo incredibilibus ferme ſumptibus recuperatarum libertatum, priuilegiorum, iuriumque, non ſolummodo oppreſſum, & ab Imperio excluſum, verum etiam in extremam perniciem præcipitatum, nec eidem neque Circulorum, neque Exequutionum Sanctiones & Conſtitutiones conducibiles vtileſque fuiſſe; iccirco nobis coactis quaſi, permittente illud ipſa natura atque ratione, diuina humanaque iura eiuſmodi remedia in manus noſtras tradiderunt, quæ iam antea in S. R. Imperio vſurpata fuere: Similiter & nos Ciuitates, maiori quidem ex parte, peculiarium aliquot Cæſareo-Regiorum Priuilegiis gaudentes, in eadem hacce Vnione hactenus perſeuerauimus, idque nullum alium in finem quam vt nos à peregrina & domeſtica violentia, DEO TER OPTVMO, Cæſarea Veſtra Maieſtate atque relliquis pacificis S. R. Imperii Ordinibus nobis auxiliantibus, defenderemus atque tueremur: nullo modo vero, vt hoc ipſo facto nos à Cæſarea Veſtra Maieſt. S. R. Imperio, vel aliis eiuſdem membris pacificis ſepararemus: nihil horum namque nobis vmquam in mentem venit, ſed multo potius apud Cæſaream Veſtram Maieſt. tamquam noſtrum vnicum à DEO ipſo conſtitutum S. R. Imperii caput, fideliter & ſyncere, prout illud iuramenta Cæſ. Veſtræ Maieſt. & Imperio præſtita requirunt, conſtantes perſeuerabimus: quemadmodum etiam nos ciuitates præcipue, quod videlicet coniunctioni & Vnioni iſti ſubſcripſerimus, nequaquam contra noſtra iuramenta & Cæſaream V. M. aliquid hoſtiliter ſuſcepimus, ſed, vice verſa, abſque vllo pudore iſti lubentes ſane ſubſcripſimus: quem in finem etiam, vt ad ſcopum noſtrum tandem aliquando collimaremus, glorioſiſſimo, pientiſſimæ recordationis, Romanorum Imperatori, nuper è viuorū conſortio ſublato, aliiſque Regibus, Principibus, & Ordinibus in: & extra S. R. Imperium grauamina & intentiones noſtras ſignificauimus: quo facto Cæſarea S. M. ita melius informata, omnes præconceptas ſiniſtras cogitationes impoſterum poſtpoſuit. Vt iam taceamus quod, hocce noſtro laudabili attentato, contra AVREÆ BVLLÆ Conſtitutiones (quæ dumtaxat pernicioſas conſpirationes & ſeditioſos motus contra legitimos Magiſtratus prohibet) peccauerimus. Reuocamus itidem nobis in memoriam, etiam Cæſaream V. M. antequam ad Imperialem dignitatem faſtigiumque euecta eſſet, de ſæpe nunc dicta noſtra Vnione atque Confœderatione nullas non dumtaxat ſiniſtras cogitationes concepiſſe, verum etiam eandem, tanquam admittendam, reſpectu ſuo Clementiſſimo adprobaſſe, & conqueſta grauamina pro legitimis quærelis æſtumaſſe.

Confidimus igitur hancce noſtram iure diuino, humano, & naturali ad legiti-

Digitized by Google

legitimam noſtram defenſionem conceſſam Confœderationem nullum S.R.Imperii Ordinem in ipſius præiudicium perturbaturam, ſed multo potius pacem, tranquillitatem atque quietam concordiam conſeruaturam eſſe: quemadmodum etiam, huius noſtræ Vnionis cauſſa, hactenus in Imperio nullus motus exſtitit, etiam, DEO TER OPTVMO MAXVMO volente, nullus exſtiturus eſt: ad neminem enim offendendum noſtra ſtat ſententia, ſed, vice verſa, vna cum aliis S. R. Imperii membris & Ordinibus eo vſque pacifice viuemus, quo vſque nobis nemo ad legitimam conceſſamque defenſionem anſam, occaſionemq; præbuerit. Quocirca ſenſibus noſtris haud ſatis ſane compræhendimus, quempiam mortalium, in hoc noſtro tam pacifico atque conſtanti propoſito, ſub quolibet prætextu, peregrina circumiacentia bella atque armaturas in S.R.Imperium introducere poſſe. Sin vero illud à pacis oſoribus, irrequietiſque hominibus, Cæſareæ V. M. reſpectu, obſequio, & S. R. Imperii Conſtitutionibus poſthabitis, cum extirpatione omnis amoris erga Patriam GERMANICÆ NATIONIS, præter omnium ſpem & expectationem forſitan adtentari debeat, minime tunc dubitamus Cæſaream V. M. ratione officii & auctoritatis, ad impediendam avertendamque renaſcentem perniciem, læſos contra iniquam violentiam defenſuram, ſibique certo perſuaſuram nos noſtro officio, vti par erit, minime defuturos: ſumma ſpe freti DEVM TER OPTVMVM MAXVMVM ad inſperatum iſtum caſum incenſum ignem primis eiuſdem motoribus immiſſurum, & promeritam pœnam ab ipſis ſumpturum.

Non neceſſarium porro eſſe autumamus, vt Cæſareæ V. M. quomodo videlicet cum Romano-Catholica Liga, eiuſdem origine, progreſſu, & intentione comparatum fiet, multa denuo incalcemus, ſuoque iam loco relinquimus, quomodo iſtius auctores, ad tollendam illam, ſeſe reſoluerint: aſt inter noſtram ipſorumque Confœderationem magnam mehercle reperimus differentiam: Licet enim Romano-Catholici initam Ligam Confœderationemq; ſuam (cui maiori ex parte peregrinos Duces, Capitaneos, & Officiales, qui apud nos nuſquam gentium reperiuntur, præfecerunt) iterum ſublaturi eſſent, nihilominus tamen, quantum quidem ad Eccleſiaſticos Ordines attinet, impoſterum ſemper ſub peregrino capite, cui, vt & Cæſareæ V.M. obligati, indiſſolubili quaſi vinculo inter ſe inuicem cohærerent: vt iam taceamus, quod alias apud omneis ferme S. R. Imperii Conuentus atque adeo rebus quoque in omnibus, pro ſuo lubitu & voluntate, maiora habere minime erubeſcant. Nos, econtra, autem in vniuerſo terrarum Orbe nullum amplius ſummum caput, quam Cæſaream V. M. agnoſcimus. Et ſane, proxime quæ fatis conceſſit, S. Cæſ. Maieſtas hancce differentiam, & quales apud vtramque partem, ratione initarum Confœderationum, intentiones fuerint, prudenter ac ſufficienter mature ſatis intellexit, ideoque etiam, vti paullo ante commemorauimus, poſtquam omneis ſuſceptæ noſtræ Chriſtianæ Confœderationis circumſtantias rite percepiſſet, nihil contra illam molitus eſt.

Et inde humillime confidimus Cæſaream V. M. ſyncera hacce atq; rotunda reſolutione clementiſſime contentam fore, idque eo magis, quod præterea adhuc neſciamus quomodo nos, niſi maiora grauamina & ſubitaneæ periculoſiſſimæque nobis metuendæ exequutiones præcaueantur in tempore, ex ingenti

iſto

Digitized by Google

iſto periculo & curis extricare queamus : præſertim dum nobis reuocamus in memoriam quod ( licet in nupero à Cæſarea V. M. & altera parte ſancito digreſſu Ratisbonenſi firmiſſime, & loco iuramenti quaſi, concluſum pollicitumque fuerit, ne interea & ad vſque alium S. R. Imperii conuentum vtrimque quiſpiam violaretur, ſed pacifice atque quiete omnes viuerent ) inſtinctu irrequietorum bellicoſorumq; capitum in circulo Weſtphalo-Belgico aliiſque in locis, inchoatæ incommoditates, inuaſiones atque exequutiones, quæ tamen maiori ex parte Cæſaream V. M. latuerunt, introductione potentiſſimi peregrini exercitus, huc vſque, continuatæ fuerint: quo facto modo dictus iſte circulus vel prorſus ab Imperio auulſus, vel tamen ipſo euentu ſaltim inutilis eſt redditus.

Optumum tutiſſimumque remedium vero ad conſeruandam propagandamque in S. R. Imperio pacem, Concordiam, atque ſynceram Correſpondentiam inter Ordines, iuxta humile humilimumq; iudicium noſtrum, hoc eſt, adque quod Cæſarea V. M. in ipſius litteris tam laudabiliter ſeſe declarat, videlicet quomodo ſæpius nunc vtrimque conqueſta grauamina, & exortæ inter eoſdem S. R. Imperii Ordines perniciosiſſimæ diffidentiæ atque differentiæ per ſalutaria pacificatoria, non autem coacta media, iterum tolli queant, pro quibus omnibus Cæſareæ V. M ingentes gratias agimus.

Cumque Cæſarea V. M. ſibi adhuc probe clementiſſimeque reuocet in memoriam, quo pacto ſcilicet in nuperis Comitiis Interpoſitionis, Compoſitioniſque tractatio inſtituta fuerit: iccirco non ſolummodo nos, verum etiam plures alii Euangelici Ordines iſtam Cæſaream promiſſionem humile humilimeque acceptauimus: etiam quamprimum magno ardentique zelo, potiſſumum autem A. C. M. DC. XV. XI. Feb. è Norimberga apud S. Cæſ. V. M. modo dictæ compoſitionis cauſſa, humile humilimeque inſtitimus, quam pacificā viam etiam Cæſ. V. M non ingratam fuiſſe tum temporis bene intelleximus. Humile igitur humillimeque Cæſaream V. M. iterum iterumque rogamus, vt tandem, iuxta nobis factam pollicitationem Cæſaream, compoſitio iſta abſque vlteriori mora diu exoptatum ſuum exitum ſortiatur. Et quemadmodum nos hiſce, à Cæſarea V. M. ipſa probatis, mediis mox ab initio, ad præſentem vſq; horā lubentiſſime & obſequioſiſſime ſemper accom̄odauimus, ad eaq; impetranda & in effectum deducenda non ſolummodo aliquot Electores & Ordines, verum etiam toti S. R. Imperii circuli, apud S. Cæſaream V. M. interceſſerunt: ita quoque apud alteram partem, quæ multo potius extrema amplecti, q̄ ſeſe Cæſaræ M, V. accommodare maluit, Cæſarea V. M. ratione Imperialis officii auctoritatem ſuam Cæſaream interponat, quo commodius tandem clementiſſima ſua beniuolentiſſimaque intentio, & exoptatiſſimum noſtrum deſiderium re ipſa in effectum deducantur, vtrimque in medium propoſita grauamina vero ad minus aliquandiu adhuc in ſuſpenſo relinquantur, nullus ab altero iniurioſe lædatur, & imprimis ſubitanei periculoſiſſimique proceſſus atque executiones peregrinarum copiarum militarium ( quæ non ſolummodo ad Cæſareæ V. M. præiudicium, verum etiam internam intemperiem ſeditioſamque rerum omnium confuſionem anſam occaſionemque præbent ) penitus intermittantur. Item vt quoque plenaria atque adeo perfecta reſtitutio Donauerdæ, tam à defuncto Imperatore, quam à Cæſarea V. M. ipſa toties promiſſa effectum ſuum ſortiatur, omnia pri-

ſtino ſuo nitori ac decori reſtituantur, & denique Euangelico-Orthodoxis Ordinibus ſua infinitis ſumptibus recuperata Priuilegia, Conſuetudines, pacta ac iura ſarta, tectaque conſeruentur, & ab omni iniuria, oneribus, nouiſque impoſitionibus tueantur atque defendantur.

Inter alia quidem S. Cæſarea V. M. Collegii Electoralis, tanquam Imperii præcipuorum membrorum & columnarum, clementiſſimam mentionem facit, cui, ad promouendam laudabilem ſuam intentionem, nullam heîc metam præſcriptam volumus. Sin vero amica iſta conferentia ad principale negotium directa eſſe debeat, veremur ſane rebus illo medio parum conſultum iri, præſertim cum in hoc tam vniuerſali negotio omnes S. R. Imperii Ordines comprehenſi & domini Electores tantum onus non libenter in humeros ſuos deriuari paſſuri ſint.

Interea quoque nos alia media non bene excogitare poſſemus (ſi, præter omnē ſpem & expectationem noſtram, toties promiſſa compoſitionis tractatio forſitan intermitti debeat) quibus Cæſarea V. M. ad intentionem propoſitumque ſuum peruenire poſſet: minime ſiquidem dubitare debet, ſi diu ante præmeditatum ac ſalutare iſtud conſilium & negotium bene cæperit, idem quoque Cæſaream V. M. ope & auxilio diuino, pacificorumque S. R. Imperii Ordinum, immortali cum laude atque gloria, feliciter ad exoptatum finem perducturam, & ita id facilime obtenturam, quo quilibet conforme ac S. R. Imperii conſtitutionibus conſentaneum æquilibrium, abſque vllo Religionis reſpectu exultim ſperare queat. Eo ipſo etiam medio bona ac Priſca inter S. R. Imperii Ordines Correſpondentia reducitur, & ad gratam poſteritatem propagatur, atque adeo pulcherrima iſta Harmonia Imperii inter eiuſdem caput & membra re ipſa conſeruatur. Quemadmodum etiam hactenus apud Cæſaream V. M. eiuſdemque laudatiſſimorum Dominorum Anteceſſorum in Imperio, citra omnem iactantiam gloriamque, ſyncera fidelitate in hodiernum vſque diem conſtanter perſeuerauimus, ita quoque & impoſterum eandem Conſtantiam Cæſareæ V. M. humile, atque humillime pollicemur, hac vlteriori reſolutione addita nos omne illud Cæſareæ V. M. reipſa præſtituros, quod per fideles Ordines erga legitimum ſuum ſummum caput, ratione præſtiti ſui iuramenti, facere tenentur.

Id quod Cæſareæ V. M. ad litteras ſuas nobis inſcriptas humile atque humillime, reſpondere pro tempore voluimus: ſummo nunc cum deſiderio in effectum realiter deducendam promiſſamque Cæſaream compoſitionis tractationem expectantes, atque Cæſaream V. M. Omnipotentis Dei protectioni diuinæ, ad conſtantem corporis ſanitatem, & diuturnum Cæſareum Imperium, nos quoque Imperatoriæ Veſtræ Clementiſſimæ tutelæ humile ac humillime commendantes. Dabantur Heilbronnæ IIIX. Aprilis A. C. M. DC. IIXX.

*Cæſareæ Veſtræ Maieſtati ſubiecti, ſubiectiſſimi atque obſequentiſſimi:*

FRedericus, Comes Palatinus ad Rhenum, S. R. Imperii Archi-dapifer & Elector, Dux Bauariæ.

Ian-Sigiſmundus, Marchio Brandeburgenſis, S. R. Imperii Archi-Cubicularius & Septemvir, Boruſſiæ, Iuliaci, Cliuiæ & Bergæ, Dux &c.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes, Comes Palatinus, Bauariæ, Iuliaci, Cliuiæ & Bergæ Dux, Comes in Veldentʒ & Spanheym.

Chriſtianus, Marchio Brandeburgenſis, Dux Boruſſiæ &c.

Ian-Erneſtus, Marchio Brandeburgenſis &c.

Ian-Fredericus, Dux Wurtenbergenſis & Teccenſis, Comes MontisPeligardi &c.

Georgio-Fredericus, Marchio Badenſis & Hoehbergenſis.

Chriſtianus, Princeps Anhaltinus, Comes Aſcanius, pro ſe, & nomine Dominorum ſuorum fratrum Germanorum.

Gothefredus Comes Oetingenſis, & III. denunciatoriæ ciuitates, pro ſeſe & aliis Vnitis confœderatiſque ciuitatibus.

## CAPVT IV.

SVbſequente Maio, & quidem eiuſdem die III. ANNI huius M. DC IIIXX. MATTHIAS Romanorum Imperator Conuentum Prouincialem Pragam indixit: in quo Archiducem Ferdinandum in Bohemorum Regem eligendum propoſuit.

## CAESAREA PROPOSITIO ORDINIBVS BOHEMIAE FACTA, OB FERDINANDVM ARCHIDVCEM *Auſtriæ in ipſorum Regem eligendum.*

ROMANA, Cæſarea, & Hungariæ atque Bohemiæ Regia Maieſtas, Dominus noſter Clementiſſimus, ſibi de tam inſigni apparitione fidelium Regni Bohemici Ordinum in Conuentu hocce Pragenſi hodierni diei clementiſſime gratulatur, porroque ipſis clementiſſime ſignificat, quatenus nimirum Cæſarea S. M. multifariorum fideliſſimorumque officiorum exhibitionem ſæpius, & quidem magna cum ſingularis emolumenti perceptione, ſibi in memoriam reuocauerit, quæ modo dicti Coronæ Bohemicæ Ordines non ſolummodo ſuæ Cæſ. M. verum etiam laudabilibus eius Anteceſſoribus p. m. contributione magnorum auxiliorum vrgente neceſſitate toties præſtitiſſent, nec, ad ſalutem totius Chriſtiani nominis promouendam, ſuo ipſius ſanguini vitæque hactenus pepercisſent: quo ſane laudariſſimo facto etiam relliquis Cæſareæ S. M. Regnis atque Prouinciis glorioſum imitandumve exemplum relliquiſſent: ſperare quoque eoſdem & impoſterum Cæſareæ S. M. eandem fidelitatem & obſequium haud grauatim præſtituros. Quo commodius autē Cæſarea S. M. pro infinitis iſtis ſibi ſuiſq; Dominis Anteceſſoribus præſtitis beneficiis, ſeſe erga fideliſſimos Regni Bohemici Ordines tanquā obſequentiſſimos ſubditos, non ſolummodo dū adhuc in viuis S. R. Imperio præeſſet, omni beneficiorum genere gratā exhibere, verum etiā reipſa paterne prorſus prouidere quear, vt quoq; & impoſterum Regnū iſtud, vna cum incorporatis Prouinciis, in ſuo flore, pace, tranquillitate atq; concordia conſeruari, econtra vero omne illud, q̄ ad contentiones periculoſiſſimaſque diffidentias anſam occaſionemq; præberet, tuto ac realiter auerti poſſet;

*Propoſitio Caſ. Ordinibus Bohemicis ad deliberandum facta.*

poſſet: iccirco Cæſaream S. M. quum (quod tamen non Iupiter, ſed Deus Ter Optumus Maxumus auerruncato) æque, ceu mortales cæteri, temporali morti obnoxia ſiet, clementiſſime præcauere ac nolle vt hoc ipſum regnum, incorporatæque eiuſdem Prouinciæ, abſque capite futuroque Rege atque Domino permanere, & hoc caſu forſitan in extremam vel perniciem, vel tamen ad minus in periculoſiſſimam aliquam mutationem, id quod antehac multis ſane Prouinciis obtigiſſet, præcipitari debeat. Ad laudabile igitur exemplum laudatiſsimorum Dominorum Anteceſſorum ſuorum, Cæſaream S. M. mature ſatis prouidere velle, vt videlicet (ſi forſitan Cæſarea S. M. abſque maſculis hæredibus ex mortali ærumnoſaque hacce lachrumarum valle decedere contingat) Regnum Bohemiæ, vna cum incorporatiſque Prouinciis, ad iſtius emolumentum incrementumve, futuro Rege ornetur, & hoc ipſo facto omnes pernicioſæ intentiones, diſcordiæ, atque interitus in tempore præcaueantur.

Poſtquam etiam S. Cæſarea S. M inter alia porro probe conſideraſſet, Sereniſsimos Archiduces Auſtriæ, Maximilianum videlicet, & Albertum maiorem ferme dierum vitæ numerum compleuiſſe, & hæredibus deſtitutos eſſe, ideoque Cæſareæ S. M. non abs re viſum fuit, ſi Maieſt. eius dominus propinquus Archidux Ferdinandus (quem propter inſignes eius virtutes, quibus à DEO TER OPTVMO MAXVMO ſingulari diuina gratia præ cæteris mortalibus dotatus atque inſignitus eſt, Cæſarea S. M. conſenſu dominorum fratrum, atque adeo totius laudatiſſimæ domus Auſtriacæ, in filium adoptaſſet) in Regem Bohemiæ eligeretur, publicaretur, atque ſolemni more coronaretur: eum ſiquidem in finem ambos Cæſareæ S. M. dominos fratres Germanos (adteſtantibus ipſorum abs ſeſe datis litteris Reuerſalibus, quæ Ordinibus tradentur) iuri ſuo, quod in Regno Bohemico prætendant, renunciaſſe, & vna cum vniuerſa laudatiſſima Archiducali domo Auſtriaca, hacce Cæſarea declaratione optume eſſe contentos, adeo vt hacce in congregatione & tractatione vlteriores Bohemicorum Ordinum deliberationes, eius rei gratia, minime requirantur. Rogare igitur S Cæſareā S. M. ab fidelibus ſuis Ordinibus clementiſſime, vt ſerio perpenſis conſideratiſue commemoratis grauiſsimis cauſis, Sereniſſimum Inluſtriſſimumque dominum Archiducem Ferdinandum (ſin forſitan Cæſarea S. M. vti paullo ante dictum, abſque ſobole maſcula vitam cum morte commutatura eſſet) in Regem dominumque ſuum acceptare, publicare, agnoſcere, inſignire, certumq; ad Regiam eiuſdem coronationem, diei terminum præfigere ne dedignarentur.

Ex ipſa vero de cauſſa Inluſtriſſimum Archiducē Ferdinandum ſæpe nunc commemoratis Bohemiæ Ordinibus quamprimum litteras reuerſales traditurum, in quibus iiſdem (Ordinibus) idonee caueret, ſeſe, viuente etiamnum Cæſarea S. M. regimini aulæ, Cameræque iuri iſtius regni ſua ſponte, abſque Cæſareæ S M. præſcientia & matura deliberatione Supremorum Officialium Prouincialium, iuris Prouincialis Adſeſſorum, Conſiliariorumq; Cæſareorum, minime immixturum, vſque ad mortem Cæſareæ M. modo vt iam ab Ordinibus CORONATVS REX BOHEMIÆ nuncuparetur, & legitimo titulo Regio inſigniretur.

Sin vero idem Sereniſſimus dominus Archidux Ferdinandus viuente etiam adhuc Cæſarea S. M. abſque peculiari mandato & Cæſareæ S. M. præſcientia

tia, aliquid propria auctoritate contra Regnum Bohemiæ moliri conetur, Ordines tum Inluſtriſſimæ ipſius Celſitudini nullo obſequio & Iuramento obligatos obſtrictoſque fore. Cæterum Celſitudo ſua omne illud (quod Cæſarea M. & omneis Priores Bohemiæ Reges, Iuramenti, Confirmationis Priuilegiorũ, aliorumque requiſitorum cauſſa, præſtiterunt) itidem clementer prompteque præſtare, & exequi tenebitur.

Sperare igitur & clementiſſime polliceri ſibi S. Cæſaream M. eius fideles Ordines perquam neceſſarium negotium abſque vlla mora in humeros ſuos ſuſcepturos, atque, commemorato nunc modo, commodiſſime promoturos. Id Cæſaream Sac. Maieſtatem penes ſuauiſsimos dilectiſſimoſque Dominos fratres, Dominum conſanguineum & filium Archiducem Ferdinandum, Cæſarea erga omnes Ordines, ac vnumquemque in ſpecie, gratia elementiſſime iterum agnituram, fideliſſimorumque Ordinum ac ſubditorum clementiſſimum Regem ac Dominum permanſuram.

## CAPVT V.

*Bohemiæ Ordinum ad Cæſaream propoſitionem reſponſio.*

POſtquam vero Ordines Bohemiæ, VI. & VII. Iunii, de hac propoſitione Cæſarea inter ſe inuicẽ deliberaſſent, Cæſar, duo Archiduces Auſtriæ, vna cũ Bohemiæ Ordinibus, in palatio Prouinciali iterum comparuerunt, vbi modo dicti iam Ordines ad Cæſaream iſtam propoſitionem ſequenti verborum formula reſponderunt.

SERENISSIME, Potentiſſime atque Inuictiſſime Romanorum Imperator, Hungariæ, atque Bohemiæ Rex &c. Domine clementiſſime: Quid Cæſarea V. M. proxime elapſo die ERICI, non tam in Prouinciali Conuentu, quam oretenus, ſingulis nobis tribus Regni Bohemiæ Ordinibus, Cæſareo-Regiæ Veſtræ Maieſtatis fideliſſimis ſubditis, elementiſſime proponi curauerit, id ſingulari animi demiſſione humillime percepimus. Quocirca Cæſareæ V. M. (quod, quemadmodum matura exactaque ſatis habita deliberatione ſatis ſuperque cognouimus, elementiſſime prouiderit, quo pacto ſcilicet hoc Regnum vna cum incorporatis Prouinciis, vti & hactenus, ita quoq; & hodierno noſtro tempore in pace, charitate, concordia & proſpero ſucceſſu conſeruari poſſet) humillima cum deuotione ingentes gratias agimus.

Cumque nos omnes & ſinguli cum S. M. V. Cæſareæ imperio atque regimine optume contenti ſimus, ita à Deo Ter Optumo Maxumo fideliter atque ſyncere optamus, vt is Cæſareæ V. M. longæuam vitam, proſperam valetudinem, atque Victoriam omnium inimicorum Regni, incorporatarumque Prouinciarum, ad ſalutem totius Chriſtiani nominis, & procreationem, in tam altiſsimo honorum faſtigio, iocundæ ſobolis, elementiſsime largiri ne dedignetur.

Quemadmodum etiam non minus Cæſaream V. M. humilliimo cum obſequio rogamus, vt, in tanto Clementiſsimo atque feliciſsimo Regimine atque imperio, ad finem vitæ ſuæ conſtanter perſeuerare, & apud nos in Regno hocce, ni extreme impediatur, reſidere velit. Ad Cæſareæ V. M. ſupra commemoratam poſtulationem vero (dum petiit vt huic Regno, ſi forſitan Cæſaream V. M. abſque prole mori contingat, mature de alio Rege atque Domino proſpiceretur) quod attinet, manifeſtum eſt, quod Cæſarea V. M. tanquam clementiſsimus

noſter Magiſtratus & pater patriæ, nihil aliud quærat, quam ſalutem atque proſperitatem Regni Bohemiæ, eius incorporatarum Prouinciarum noſtrorumque omnium ſubditorum, & quod Regnum omnibus modis promouere parata ſiet, cum tamen nos Ordines, etiamſi Cæſarea Veſtra clementia & paterna erga Regnum incorporataſque eius Prouincias adfectio nos lateret, de beniuolentiſsima iſta Cæſareæ V. M. propenſione minime dubitemus, nec de noſtra ipſius promotione (quod malum auerruncato Iupiter) vnquam cogitemus, vel etiam tale quidpiam præſumere debeamus.

Si enim (poſito, non conceſſo) Regnum Bohemiæ, incorporatæque eiuſdem Prouinciæ, viuente adhuc Cæſarea V. M. abſque capite atque futuro Rege permanere debeat, quot periculoſæ mutationes, ruinæ atque interitus, qui hactenus multis ſane Prouinciis obtigerunt, ipſi metuendæ forent? quæ tamen mala Cæſaream V. M. nobis Ordinibus, tanquam fideliſsimis eius ſubditis, non precari, ſed potius, vice verſa, prudentiſsime admodum perpendat, quatenus Sereniſsimus Archidux Ferdinandus, Regio ſanguine procreatus, tam ipſius Cæſaris Ferdinandi, tanquam electi Bohemiæ Regis, quam Reginæ Annæ, Regni huius hæredis, & ita ambarum Cæſarearum Maieſtatum, feliciſsimæ recordationis, nepos, à Maieſtate V. C. conſilio Dominorum fratrum & laudatiſsimæ domus Auſtriacæ, in filium adoptatus fuerit, quodque in modo dicto Domino Archiduce Ferdinando ſingularia dona diuina, cum pietate, ſapientia, iuſtitia, bona diſcretione erga pauperes, beneficentia &c. coniuncta, eluceant. Quocirca omneis ſibi à Deo pollicentur, Sereniſsimam ipſius Celſitudinem, ſi res tandem eo vſque proceſſerit, hocce Regnum, ad Dei Ter Optumi Maxumi laudem, emolumentum atque proſperum ſucceſſum eiuſdem Regni, incorporatarumq; Prouinciarum, inquilinorum, adminiſtraturam & amplificaturam, cum primis quod eadem Sereniſsima ipſius Celſitudo non paucas dumtaxat hæreditarias Prouincias poſsideat, verum etiam, ex depræhenſis grauiſsimis cauſsis atque circumſtantiis, manifeſtiſsima diuina prouidentia & voluntas appareat.

Quod igitur Felix Fauſtumque ſiet, in nomine SS. atque indiuiduæ Trinitatis (quæ conatibus noſtris propitia adſit, eoſdemve beet, proſperet, atque ſecundet) accepramus & publicamus, volente, proponente, & conſentiente clementiſsima veſtra Cæſarea Maieſtate, tanquam Bohemiæ Rege, Sereniſsimum Dominum Archiducem Ferdinandum, Maieſtatis V. C. dilectiſsimum conſanguineum & filium in hoc mundo (hac tamen cum conditione ſi, ex diuina voluntate, Cæſaream V. M. abſque prole maſcula mori contingat) in Regem Bohemiæ, tanquam eo honorum regio faſtigio, ob commemoratas cauſſas, digniſſimum & eidem huic Regno, Deo volente, vtiliſsimum profuturum, eundemque cum debita reuerentia, iuxta veteres ritus atque conſuetudines, vnanimitus pro Rege & Domino noſtro agnoſcimus & veneramur: ita videlicet vt Sereniſsima ipſius Celſitudo Archidux Ferdinandus die apud priſcos Gentiles Iovi, apud nos Chriſtianos vero DD. Petro & Pavlo, Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Apoſtolis, ſacro, hoc eſt, XXIX. Menſis huius Iunii, (ſi tamen id Cæſareæ V. M. ita placuerit) heic Pragæ in templo arcis S. Viti Martyris, iuxta ritus veteres priſcaſque conſuetudines, auxiliante Deo Ter Optumo Maxumo feliciter, attamen Cæſareæ V. M. reſeruatis prædictis grauiſsimis prætenſionibus, coronetur,

ronetur, idque ſequentibus potiſſimum rationibus. Primo: Vt Sereniſſima ipſius Celſitudo, in ſolemni iſta inauguratione Regia, Bohemiæ Ordinibus conſuetum iuramentum præſtet, & tum omnia Priuilegia, Maieſtates, Conceſſiones, libertates, iura, conſtitutionem Prouincialem, veteres bonas conſuetudines & ritus, in omnibus punctis atque clauſulis, nullis exclufis, & quemadmodum illud ipſum à Cæſarea V. M. Domino noſtro Clementiſſimo, & prioribus Bohemiæ Regibus factitatum, pariter confirmet. Cum vero modo iam commemorata Confirmatio ante Cæſareæ V. M. obitum (quem tamen Deus Omnipotens quam diutiſſime præcauere velit) præſtari nequeat: iccirco à morte Cæſareæ V. M. & poſt inchoationem Regii ſui Imperii, intra IV. Septimanatum ſpacium, Sereniſſima ipſi⁹ Celſitudo confirmationem dictorum Priuilegiorum, Maieſtatum, conceſſionum, libertatum, iurium, conſuetudinum, conſtitutionis Prouincialis, veterum bonorum rituum &c. in omnibus punctis atque clauſulis, nullis exceptis; quemadmodum illud ipſum à Cæſarea V. M. Domino noſtro Clementiſſimo, & Prioribus Bohemiæ Regibus factitatum, præſtare, eandemque ſupremo Burggrauio Pragenſi, vel, nullo, tum temporis, in viuis exiſtente ſupremo Burggrauio, proximo poſt eum præcipuo Officiali Prouinciali certo tradere teneatur, quam confirmationem ſupremus Burggrauius, vel, poſt eum, proximus ac præcipuus Prouincialis Officialis ex ipſius manibus accipiat, & poſtmodum in proximo Prouinciali Conuentu, præſentibus præcipuis Officialibus Prouincialibus, ad Prouincialem tabulam & Prouincialium Priuilegiorum Copias collocet; vt videlicet poſtea, iuxta decretum relationemque Prouincialis Congregationis, quæ huius rei gratia fieri aſſolet, ad Priuilegia Carlſteinium verſus ſolemni conſuetoque comitatu deducantur atq; inibi, pro veteri more, deponantur.

In ipſa vero Regia inauguratione Sereniſſima ipſius Celſitudo Ordinibus Regni Bohemiæ litteras reuerſales tradere teneatur, in quibus promittat, ſe, viuente adhuc Cæſarea M. tanquam Rege Bohemiæ, Regni negotiis, extra conſenſum Cæſareæ M. atque deliberationem præcipuorum Officialium Prouincialium, Iuris Prouincialis Adſeſſorum, Cæſareæ V. M. Conſiliariorum Aulicorum & Cameralium, duarum perſonarum ex Dominis Ordinibus, ex quolibet circulo Pragenſium &c. delegatorum, ex cæteris vero ciuitatibus VI. in hoc Prouinciali Conuentu conſtitutarum perſonarum, non immixturum, vſq; poſt mortem Cæſareæ V. M. Quem in finem etiam Sereniſſima ipſius Celſitudo iam ſolummodo coronatus Rex Bohemiæ nuncupetur, veneraretur, & titulo coronati Bohemiæ Regis inſigniretur.

Sin vero Sereniſſima ipſius Celſitudo, viuente etiamnum Cæſarea V. M. Regimini ſeſe immiſcuerit, nos Ordines ipſius Celſitudini tum nullo obſequio vel iuramento obligati erimus: Vice verſa vero Sereniſſima ipſius Celſitudo, iuxta litterarum Reuerſalium tenorem, Confirmationem Priuilegiorum Prouincialium ſupremo Pragenſi Burggrauio, vel, poſt eum, ſupremo Officiali Prouinciali, mox à morte Cæſareæ V. M. intra IV. Septimanarum inchoati Imperii ſpacium, nihilominus tradere tenebitur. Cumque in ſolemnibus Bohemiæ Regum Coronationibus certa hactenus contributio facta fuerit: ita & in eandem faciundam nos quoque conſentimus, & ſemeſtralem penſionem poſt Galli diem promit-

Digitized by Google

promittimus, quam & à ſubditis noſtris exigemus, atque proximo Feſto Natiuitatis Chriſti, vel intra VI. ſeptimanarum ſpacium ab iſto Feſto decenti more trademus atque deducemus: Qui articulus non minus quam antea vſu receptus atque in Conuentu prouinciali decretus fuit; iuxta quem, propter commiſſionem Carlſteinium verſus, aduectionem coronæ aliorumque in augurationibus Regiis conſuetorum Clenodiorum, in nouo Prouinciali Conuentu certo procurabimus.

Hic autem trium noſtrorum Ordinum Regni Bohemiæ conſenſus, quem ad Clementiſſimam Cæſareæ V. M. poſtulationem ex ſubiectiſſima deuotione & amore erga Cæſaream V. M. præbuimus, Regni Bohemiæ Priuilegiis, conceſſionibus, libertatibus, bonis conſtitutionibus, priſcis conſuetudinibus, ritibus & Decretis iam, & impoſterum in perpetuum nihil quicquam derogaturus eſt. Publicatum in Prouinciali palatio Pragenſi, Cæſarea ſua Maieſtate, & duobus Dominis Archiducibus Maximiliano, atque Ferdinando præſentibus, à Meridie diei Veneris, qui erat IX. Iun. M.DC.IIXX.

Pellecto hoc decreto in modo dicto Prouinciali Palatio, ſupremus Burggrauius Ordines interrogauit num ex illis vnus, vel alter, innectere & eidem contradicere poſſet. Cum vero ex illis nemo quidpiam obloqueretur, ſed in genere electio iſta approbaretur, Sereniſſimum Dominum Archiducem Ferdinandum prædictus ille ſupremus Burggrauius in Regem Bohemiæ publice proclamauit, eidemue, in nomine SS. Trinitatis, proſperam Fortunam, vitam longæuam, pacificum imperium, Prouinciis vero pacem atque protectionem impertiuit: quam gratulationem etiam Ordines reiterarunt, præcipuis vero modo proclamatus Rex Bohemiæ cum oblatione ſuæ Clementiæ manum porrexit.

## CAPVT VI.

POſtquam igitur vniuerſi & ſinguli Bohemiæ Ordines Sereniſſimum Archiducem Ferdinandum, vti in præcedenti capite diximus, in Regem ſuum elegiſſent & publice proclamaſſent, Cæſarea Maieſtas vero, atque Rex Ferdinandus, reſpectiue eius nominis II. Viennam & Presburgum ſeſe contuliſſent: Cæſar indicto in Conuentu Prouinciali ſequentem propoſitionem fieri curauit, Ordineſque clementiſſime rogauit, vt Regem Ferdinandum, tanquam hæreditarium ſucceſſorem, acceptare & coronare ne dedignarentur.

## *CAESAREA IN CONVENTV PRESBVRGENSI FACTA PROPOSITIO.*

QVamuis Romana Cæſarea, Hungariæ atque Bohemiæ Regia Maieſtas, Dominus noſter clementiſſimus, ex paterno amore & ſingulari inclinatione erga hoc Regnum Hungariæ, ex intimis cordis ſui viſceribus iamdudum exoptauerit, vt perſonaliter tam ſplendido multorum Ordinum Conuentui adeſſe, & grauaminibus iſtius Regni ſalutaribus remediis occurrere potuiſſet: nihilominus tamen Cæſarea ſua M. ob grauiſſima expedienda S.R. Imperii negotia, pro-

ſperum

ſperum Regiæ ſucceſſionis in Regno Bohemiæ effectum, & ſanctionem exoptatiſſimæ pacis inter Ferdinandum, Regem Bohemiæ, & Archiducem Auſtriæ ex vna, & Sereniſſimam Rempubl. Venetam, altera parte, aliaſque impedimentorum ſarcinas, adeo fuit obruta, vt etiam præter voluntatem ſuam Cæſaream, deſiderium ſuum paternum, & clementiſſimam erga hoc Regnum Hungariæ beniuolentiam minime in perſona propria explere potuerit. Acceſſiſſe inſuper aduerſam corporis valetudinem, quæ ex itinere, quod hyemali tempore non ſine propriæ vitæ ſuæ periculo, ex immenſo amore erga hoc Regnum ſuſcepiſſet, morbum magis magiſque indies auxiſſet, adeo vt, modo dicta de cauſa, Dei Ter Opt. Max. voluntatem patienter ferre, atque ita propoſitam profectionem nolens volens differre coacta fuerit. Ne autem ex procraſtinata iſta ſua mora Reſp. in Regno Hungariæ forſitan detrimentum aliquod interea caperet, Cæſaream S. M. ſepoſitis alijs grauiſſimis S. R. Imperij ſuorum Regnorum, hæreditariarumque Prouinciarum negotiis, neglecta quoque proprij ſui corporis imbecillitate & infirmitate, (cui paternum amorem & curam longe antetulerit ex Bohemia Viennam verſus, vtpote Hungaricis limitibus aliquanto viciniorem, magnis itineribus ſeſe contuliſſe, & iam etiam (cum, vti nunc dictum, ob infirmitatem corporis tam ſplendidæ Ordinum hui⁹ Regni fidelium congregationi præſens adeſſe non poſſit) per præſentes litteras Cæſareæ S. M. paternam intentionem clementiſſime declarare voluiſſe, nimirum:

Omnibus & ſingulis ipſis manifeſtum cognitumque eſſe, qua fideliſſima ſcilicet cura, labore, vigilijs, immenſis ſumptibus, ac imminenti aliquoties ſummo vitæ diſcrimine, Cæſarea Sua Maieſtas, vnice eo hactenus adlaborarit, quomodo videlicet adeo peruetuſtum atque inſigne difficilimis inceſſabilibuſque belli oneribus defatigatum Regnum, Chriſtiani nominis potentiſſimo hoſti ex faucibus iterum eripi, ab omnibus internis diſſenſionibus ſeditionibuſque liberari, ab imminenti præſentiſſimoque interitu forti manu vindicari, & priſtino ſuo nitori, quieti atque concordiæ reſtitui poſſet. Hanc autem magnam curam Cæſareæ S. M. pro communi patria & regno huius nationis Hungaricæ (potiſſimum quoniam cum externo hoſte pax ſancita fiet, & Cæſarea Sua Maieſtas diuina gratia clementiſſime adſiſtente, regni iſtius imperium feliciter inchoauerit) ſuſceptam pluribus heîc commemorare minime neceſſum eſt, cum primis quod ea, tanquam recens, firma adhuc omnium ferme memoria teneatur, quodque ſucceſſus proximi effluxi temporis ſatis ſuperque comprobet Cæſaream S. M. poſt ſepoſitionem belli Turcici, in ſedanda huius regni interna ſeditione, quæ periculoſiſſima atque perniciofiſſima ciuilis diſcordia, ceu grandis quidam fluctus marinus, ſeſe in vicinas quoque prouincias effuderat, nullis prorſus ſumptibus, nulli moleſtiæ, curæ, atque labori pepercìſſe, ſed potius, ſpreto, etiam fraterno odio atque inuidia, opes ſuas, vna cum ſanguine proprio, fluxæ mutabilique fortunæ commiſiſſe, & propriarum ſuarum prouinciarum hæreditariarum extraneorumque Principum auxilia in emolumentum locorum iſtorum illuc conuertiſſe, vt iam alto prætereatur ſilentio, quod Cæſarea Sua Maieſtas publicæ ſalutis atque tranquillitatis cauſſa, rebus ita comparatis, aliquandiu de propria ac ſumma ſua auctoritate non minimum ſane remiſerit, modo vt iſtæ intemperies, factiones, internæ ſeditiones, aliaque ſumme metuenda mala (quibus omnibus communis, magno

labore modo cum hæreditario Chriſtiani nominis hoſte concluſa pax facilli-me iterum diſturbari potuiſſet) in herba quaſi opprimerentur & extinguerentur, atque tamdem longe ante exoptata quies, concordia, & tranquillitas in hoc regno iterum confirmarentur, vtque etiam ſeſe Cæſarea S. M. tamquam verus Pater Patriæ, ac defenſor non ſolum Hungariæ, verum etiam communis & priuatæ ſalutis, in ipſa rei veritate ipſoque facto oſtenderet. Et ſane de laudatiſſimi huius propoſiti fructu atque vtilitate, quam Cæſarea ac Regia S M. penes fideliſſimorum huius Regni Ordinum conſilia conſequuta eſt, Cæſarea S. M. non immerito ſummopere exultat, quæ pro paterna ſua cura & beniuolentiſſima adfectione erga laudatiſſimum hocce Regnum Hungariæ, tamquam Primum Regij ſui Imperij, impoſterum quoque eo lubentius omnes vires atque conſilia eo conuertere decreuit, vt videlicet omnia vbique in pacificum ſtatum iterum conuertantur, quem in finem etiam initis confœderationibus ſerio inuigilabit, ne hoſtium commoditates forſitan per eaſdem promoueantur, econtra vero ſalutaris pax, communis tranquillitas, atque adeo omnibus exoptanda vnanimis concordia iterum diſturbentur.

Poſtquam vero Cæſareo-Regia Maieſtas vniuerſalem omnium hominum è viuorum conſortio emigrationem, ingraueſcentem ætatem, & familiares ſuæ Cæſ. M morbos probe exacteque perpendiſſet, cumprimis vero prudenter conſideraſſet, quam graue pernicioſumque laudatiſſimo huic regno Hungariæ futurum foret, ſi Cæſareæ S. M. (quod tamen Deus Ter Opt. Max. elementiſſime auertat) humani quid contingeret, antequam de legitimo ſucceſſore Regno iſti, in quo ſumma Patriæ vtilitas conſiſtit, proſpectum fuiſſet, & quot grauiſſima pernicioſiſſimaque pericula, ſeditiones, atque periculoſiſſimi motus, per iſtiuſmodi interregnum, huic potiſſimum Regno (quod alias inceſſabili odio vicinorum, & intolerabili potentia Chriſtiani nominis hoſtis crebro infeſtatur) metuendi eſſent, quæ omnia mala Cæſarea S. M. à fideliſſimis ſuis Ordinibus ex amore patriæ citius præcaueri, quam magno ſuo damno atque incommodo experiri malit: Iccirco, vt Cæſarea S. M. laudatiſſimis laudatiſsimorum ſuorum Anteceſſorum & Maiorum veſtigijs inſiſteret, & futuro infortunio maturo conſilio occurreret, elementiſſime decreuit certum quemdam Regem & ſucceſſorem (ſi forſitan abſque legitima prole maſcula ſibi moriundum eſſet) huic Regno deſtinare. Quamuis vero hoc loco Sereniſſimi atque Inluſtriſſimi Principes, Dominus Maximilianus, & Dominus Albertus, ambo Archiduces Auſtriæ, Cæſareæ ſuæ Maieſtati, tamquam dilectiſsimi Domini fratres Germani propiores, pro laudabili more atque conſuetudine huius Regni non immerito conſiderandi & præferendi fuerint: nihilominus tamen re mature ſatis deliberata, omnibuſque neceſſarijs circumſtantijs diligenter perpenſis, vniuerſalis, & Regni huius Hungariæ ſalutis proſperitatiſque ergo, poſthabitis omnibus iſtiuſmodi prætenſionibus (quibus Sereniſsimi iſti domini Archiduces in peculiaribus ad Cæſaream M. datis literis expreſſe renunciarunt, eamdemque fraterne rogarunt, ac inſtanter ſollicitarunt, vt, abſque prole maſcula in tanta ſenectute, exceptis ſuis perſonis, huic regno de alio ſucceſſore proſpicere ne dedignaretur) Cæſarea S. M. æquum maxumeque vtile fore æſtumauit, ſi Sereniſſimus Inluſtriſſimuſque Princeps ac Dominus, Dominus Ferdinandus, Rex Bohemiæ & Auſtriæ Archidux (quem Cæſarea S. Maieſtas propter

Digitized by Google

propter heroicas ipſius tam animi, quam corporis, virtutes in filium adoptaſſet, & procul omni dubio in tam vegeta ætate, vltra ſuas prouincias hæreditarias, ad maiora honorum faſtigia natus, iiſdemque bene dignus eſſet) à fideliſſimis Hungarici Regni Ordinibus in Regem Hungariæ proclamaretur agnoſceretur, acceptaretur & coronaretur: Quem in finem etiam Cæſaream ac Regiam S. M. huius Regni Ordines paterne atque elementiſſime rogare, vt commemorata iſta iuxta omnes circumſtantias ſedulo perpendere, & Regem Bohemiæ Ferdinandum, aliquoties honorificentiſſime nunc commemoratum tanquam Cæſareæ S. M. dilectiſſimum Dominum conſanguineum & filium in Regem Hungariæ proclamare, honorare, & ſolemni hocce Conuentu ad Coronationem Regiam certum quemdam diem commodiſſime præfigere minime dedignarentur. Præter omnia commemorata iſta vero hoc potiſſimum æquitati conſentaneum eſt, & requirit illud ipſum debita erga Cæſaream M. gratitudo, vtpote quæ tot, tantaſque curas, labores, & moleſtias, ad conſeruandam iſtam coronam, periculoſiſſimis quoque temporibus ſuſtinuit, ſeſe toties tam potentiſſimo Chriſtiani nominis hoſti hæreditario, Turcorum Imperatori, eiuſdemue formidabiliſſimis exercitibus oppoſuit, pergrandem ſummam pecuniæ, ad defenſionem limitum, vltra Ordinarias ſuorum Regnorum hæreditariarumque Prouinciarum contributiones, ex opibus ſuis Cameralibus & Aulicis, ex vera paterna adfectione & elementia, impendit, internas exortas ſeditiones prudenter compeſcuit, & demum ex omni parte nihil prorſus intentatum relliquit, quod ad Regni huius aſſecurationem, eiuſdemue honorem & gloriam, atque vniuſcuiuſque vtilitati commodoue inſeruire potuit, adeo vt huic Coronæ Hungaricæ præ exteris ſuis Regnis & Prouincijs cumprimis ſeduloque inuigilauerit, atque (abſque vllius læſione & in veritatis teſtimonium hoc dictum ſiet) Cæſarea S. M. laudatiſſimos Dominos Anteceſſores Regni Hungariæ, qui tamen eidem Coronæ ingentia ſane beneficia exhibuerunt, hac in re longe ſuperauit.

Animaduertunt igitur fideliſſimi Ordines Hungariæ, ex Paterno Cæſareæ ſuæ M. erga regnum hoc adfectu, quod idem vltra humanos alios adfectus longe lateque ſe extendat, dum Cæſarea S. M. talem Principem ſibi ſucceſſorem dari depoſcit, qui non minus, quam Cæſarea S M ipſa, ex regio ſanguine S. Regis Stephani exortus, & ad imperium, tamquam à natura ipſa, inſtructus atque formatus eſt, & in quo (quod quidem ad Regiæ S. M. tam pietatem, humanitatem, excultiſſimos mores, ſapientiam & prudentiam in adminiſtrando Imperij Regimine vires, atque inuincibilem animum heroicum, quam corporalem benedictionem regiorum hæredum, vel alias præclariſſimas Regiæ ſuæ Celſitudinis Virtutes attinet) nihil prorſus reperitur, quod non ſuapte dignitatis atque ſtatus Regij decore dignum eſſet. Poſſidet, præterea, Regia S. M. ſub ſua ditione, Dominia & Prouincias ſuas hæreditarias, Regno huic Hungariæ finitimas, quibus hactenus ſumma cum laude præfuit, & ſine cuius ſingulari auxilio Regni huius reſtantes Prouinciæ ægre contra immaniſſimum Chriſtiani nominis hoſtem hæreditarium, tempore neceſſitatis, tueri & defendi poſſent.

Inſuper Regia ſua M. etiam potentiſſimis Regibus, Monarchis, atque Principibus totius Chriſtianitatis conſanguinitate & adfinitate iuncta eſt, ex quibus omnibus manifeſtum eſt & cognitum, quis, & quam potens auxiliaris ſuccurſus

huic Regno Hungariæ exinde ſperandus ſiet: Quocirca etiam laudatiſſimum Regnum Bohemiæ, eiuſdemque incorporatæ Prouinciæ, de tali præſtantiſſimo Succeſſore ſibi haud immerito maxumopere gratulati ſunt, ac Cæſareæ ac Regiæ S. M. feliciſſimum Imperium (quod Maieſtati ſuæ longæuum atque proſperum à Deo Ter Opt. Max. precentur) apud Regiam S. M. in pari feliciſſimo ſtatu, cum ſubſequutione ſummæ Maieſtatis, continuatum iri, ſummopere confidant.

Præter commemorata iſta omnia, Cæſarea ac Regia S. M. reuerſales litteras obligationemque Regis Ferdinandi Ordinibus huius Regni tradere prompta ac parata eſt, in qua Regia S. M. polliceatur, ſeſe, viuente etiamnum Cæſarea M. atque extra Cæſareæ S. M. legitimum expreſſumque conſenſum, & abſque præmiſſa ordinum deliberatione, regimini & adminiſtrationi Regni Hungarici eiuſdemue negotijs nullo modo immixturam, ſed ſolummodo Regium titulum, abſque vlla adminiſtratione, vſurpaturam, vſque dum Cæſarea M. de hac re vel aliud quidpiam ſtatueret, vel prorſus è vita diſcederet.

Sin vero hiſce contrarium quiddam attentetur, tum Ordines Regni huius Hungariæ, à præſtito iuramento iterum liberati Regi Ferdinando debitum alias obſequium minime præſtare teneantur. Sereniſsima ipſius Regia M. quoque omnia Regni Hungariæ Priuilegia, Libertates, Conceſsiones, immunitates, quæque ad eaſdem porro pertinere videbuntur, quas hactenus Cæſareo-Regia S. M. eiuſdemque laudatiſsimi Domini Maiores & Anteceſſores confirmarunt, itidem nihilominus clementiſsime confirmare non grauabitur.

Confidere igitur Cæſareo-Regiam S. M. perfideles eius Ordines huius Regni Hungarici, ex notiſſima ipſorum fidelitate debitaque gratitudine abſque vlla vlteriori procraſtinatione, de perquam ſeria ſucceſſione Regia ante omnia grauiſsima alia negotia mature deliberaturos, & pro virili eamdem ad felicem exoptatumque finem perducturos. Quod laudabile ac perquam neceſſarium opus, ad honorem diuini nominis, incrementum Reip. exoptatiſſimæ pacis confirmationem, inimicorum conſternationem, & ad vniuſcuiuſque ſalutem atque vtilitatem, procul omni dubio, ſpectabit. Idque Cæſareo-Regia Maieſtas pro inceſſabili, Paterna, atque elementiſſima erga ſingulos Regni Hungariæ Ordines adfectione, vna cum Regia Maieſtate Ferdinando, Sereniſſimiſque Archiducibus Auſtriæ, Cæſareæ S. M. reſpectiue Dominis fratribus, conſanguineis, ac filio non ſolummodo clementiſsime gratum acceptumque habebit, verum etiam illud ipſum vniuerſis & ſingulis Ordinibus gratiſsimo animo clementiſsime retribuet, omnibus iiſdem Cæſareo-Regiam ſuam gratiam clementiſsime hiſce offerens atque impertiens.

## CAPVT IIIX.

POſtquam autem Cæſarea S. M. relicta Cæſareo-Regia ſua Reſidentia Pragenſi, Viennam verſus ſeſe contuliſſet, Ordines (quos vulgo SVB VTRAQVE nuncupant) Conuentum Pragæ celebrarunt. Quo intellecto, Cæſareo-Regia S. M. primam hanc, prohibitæ Congregationis ergo, epiſtolam, ſub Dato XI. Martij A. C. M. DC. IIXX. ad eoſdem Ordines perferri curauit.

CAESA-

## CAESAREAE M. PRIMA AD BOHEMIAE ORDINES PRAGENSES, OB CELEBRATVM PRAGAE *Conuentum, epiſtola monitoria.*

MATTHIAS &c. Generoſi, Strenui, perdilecti fideles: Quid in celebrato veſtro Conuentu, quem in Collegio Cæſareo CAROLI IV. feliciſſimæ recordationis, Pragæ nuperrime habuiſtis, actitatum fuerit, illud omne non tantum ex veſtris ad nos perſcriptis litteris, verum etiam ex incluſa Actorum copia aliiſque diuerſis locis, & relationibus clementiſſime intelleximus: Ex Actorum pellectione vero inuito ſane animo depræhendimus quod conuentus iſte contra Cæſareo-Regiam noſtram perſonam indictus fuerit, dum cauſſa, ob nouum in ciuitate Cloſtergrabenſi (quæ Archiepiſcopo Pragenſi ſubiacet) exædificatum templum, pœna eiuſdem ciuitatis ſubditorum ex vrbe Braunauienſi exaggeratur, quæ tamen omnia ex ſerio noſtro Cæſareo mandato facta & actitata ſunt.

Secundo quod plus ſibi arrogent, quam ipſis in litteris Maieſtatis, & inter vtroſque, Sub Vna videlicet, & Sub Vtraque, Ordines inſtituta compoſitione conceditur, dum peregrinorum ſubditorum, in cauſſis iniuſtis, & contra noſtram reſolutionem Cæſaream, curam tutelamque in ſeſe ſuſcipiunt, ipſorumque inobedientiam & motũ contra nos expreſſe defendunt, & eoſdem in pertinacia ſua confirmare & roborare conantur, dum in conuentu iſto diuolgatum, & in ipſorum citationibus per expreſſum poſitum fuit, quaſi pactorum, inter vtroſque Ordines initorum, litterarumque Maieſtatis valor infringi velit, & quod forſitan peregrinus exercitus in Bohemiæ regnum introduci debeat: per quæ apud ignobile vulgus, cui de rebus hiſce minime conſtat, nobis abſentibus, in malam pernicioſiſſimamque ſuſpicionem, apud fideles vero noſtros ſinceriores que ſubditos in magnum odium incidimus, vnde etiam varii inſperatique tumultus, & perículoſiſſimæ aliæ intemperies in Regno noſtro Bohemiæ, cum irrecuperabili omnium ſubditorum damno, periculo, atque præiudicio exoriri poſſunt: quod quidem de quibuſdam paucis perſonis, horum malorum præcipuis auctoribus, coryphæis, atque Anteſignanis minime ſperaſſemus, neque vnquam induci potuiſſemus eaſdem, in adeo tutiſſimo loco Cæſareæ noſtræ Maieſtati ſeſe oppoſituras, & in læſæ Maieſtatis crimen incurſuras.

Cum iccirco noſtra bonitate, manſuetudine atque clementia abutantur, & plus ſibi tribuant, quam ipſis in prædictis Maieſtatis litteris & Pactis, quæ in ſui ſubſidium allegant, permittitur, Regem Dominumque prouinciarum vero, antequam iſtud incendium latius ſerpat, maioreſque vires adquirat, illud anteuertere deceat: iccirco nullo modo intermittere potuimus, quin ſummo ſtudio in rei iſtius pernicioſiſſimæ auctores inquireremus, & in iſtiuſmodi tranſgreſſores, pro vnius cuiuſque merito, animaduerteremus, vobis ſimul ſerio mandantes, vt citatores citatis, ipſiſque, noſtri nomine locoque, ſeuere mandetis, vt interim, & vſque ad noſtrum in Regnum Bohemiæ reditum, vel aliam noſtram conſtitutionem, eiuſmodi conuentus indicere intermittant, ſubditorum Braunauienſium aliorumque exterorum nullam curam ſuſcipiant, vobis ad ſeditionem ac diſcordiam nullam anſam occaſionemque præbeant: alios quoque inquilinos, quum Citationes iſtæ abſque vlla neceſſaria cauſſa factæ fuerint, ad



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

comparendum ſeuere dehorteris. Quoniam vero quidam ex veſtro medio, Pragenſes aliquot, aliique inquilini, obſequioſi, & fideles noſtri ſubditi, ad citatorum ad iſtum conuentum citationem, reſpectu noſtri tamquam ipſorum Regis atque Domini, minime comparuerunt, illud ſingulari gratia Cæſarea percipimus, illorumque, oblatis occaſionibus, haud erimus immemores: & in hoc voluntatem noſtram Cæſaream exequimini. Viennæ Auſtriacorum D. Mercurij poſt Dominicam OCVLI XI. Martij A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT IIX.

SVbſequente M. Maio, die eiuſdem XX. defenſores Pragæ ab Omnibus ſuggeſtibus Euangelicis, tam in Germanica, quam Bohemica linguis ſequentem ad Populum exhortationem, ipſorum ſequente die inſtituti Conuentus cauſſa, fieri curarunt.

nſoriū nes gels- cla- ragen eſſa- bor-

Dilecti in Chriſto Ieſu &c. Notum ſit vobis omnibus & ſingulis ex ſingularj noſtri Sanctione: Poſtquam Omnipotens & miſericors Deus per diuinam ſuam gratiam clementiſſime conceſſerit, quod, poſt immenſos factos ſumptus, & exantlatos grauiſſimos, duriſſimoſque labores, in Chriſtiana noſtra Relligione SVB VTRAQVE, temporibus laudatiſſimi glorioſiſſimique Romanorum Imperatoris D RVDOLPHI II feliciſs. Memoriæ omneis Dominorum Equitum & Ciuium Ordines, aliique Bohemicam Confeſſionem amplectenres ſubditi, GRATIAM, & LIBERVM RELIGIONIS NOSTRÆ EXERCITIVM impetrauerint, muius ram SVB VTRAQVE quam Sub Vna Relligio, per inita pacta Dominorum Ordinum Sub Vtraque & Coniunctionis, cum Dominis Sileſiis & moderna Cæſarea M. Domino noſtro clementiſſimo confirmata fuit: iccirco iſtam libertatem hactenus per aliquot annos, mediocri quiete ac pace, retinuimus, nemo etiam nobis diuinum illud donum libertatemque Chriſtianam publice iterum extorquere conatus eſt. Verum enimuero expertum cognitumque nunc eſt Dominis Ordinibus SVB VTRAQVE quod quidam diuini honoris veritatiſque aduerſarii ſalutarem pacem omnemque inter nos amorem & concordiam in hoc Regno Bohemiæ penitus tollere conentur, per diuerſimodas clandeſtinas inſidias doloſaſque fallacias Relligionem atque confeſſionem noſtram Sub Vtraque intollerabilibus anguſtiis calamitatibuſque vexando, ad Dei laudem & gloriam incredibilibus ſumptibus exædificata templa, in contemptum atq; ludibrium Chriſtianæ noſtræ Relligionis, non ſolummodo hoſtiliter occludendo, verum etiam è fundamento diruẽdo, miſeros homines duriſſimis vinculis puniendo, & ad abnegationem diuinæ veritatis violenter cogendo, idq; potiſſumum eum in finem quo melius litteræ Maieſtatis, liberum Relligionis exercitium & libertas penitus à nobis iterum tollerentur.

Hiſce de cauſſis ipſorum Dominationes, quemadmodum & nuperis diebus, ita etiam iam olim, aliquoties, ex poteſtate ſibi conceſſa, in magno Collegio Caroli IV. Cæſaris conueniſſe, grauamina iſta Cæſareæ ſuæ M. indicaſſe, & clementiſſimam eorumdem ſubleuationem humillime atque pacifice expectaſſe: aſt, præter omnium ſpem & expectationem, à diuinæ veritatis hoſtibus, aliiſque ſalutaris pacis oſoribus, innocentiſſime (quaſi publicas congregationes,

contra

Digitized by Google

contra Cæſaream S. M. Dominum ipſorum Clementiſſimum celebrarent, confœderationemque quamdam clandeſtinam inter ſe inuicem inirent) apud Cæſaream S. M. fuiſſe traductos: Contra quod falſum Dominationes ſuas coram Deo ac omni mundo proteſtari, ſummam hac in re ſibi fieri iniuriam, ſiquidem ſibi nihil horum vmquam in mentem veniſſe, quod videlicet aliquid contra Cæſaream S. M. Dominum ipſarum Clementiſſimum hoſtiliter moliti fuerint, ſed vice verſa, Dei laudem atque gloriam quærere, & in Relligione ſua Chriſtiana in hoc Bohemiæ Regno conſtanter, & ad extremum vſque vitæ ſuæ ſpiritum iuxta litteras Maieſtatis pacifice perſeuerare, atque adeo cum omnibus aduerſæ Relligioni addictis hominibus, pacem, amorem, atque concordiam conſeruare decreuiſſe.

Et hæcce ideo vobis omnibus & ſingulis ſignificare voluimus, vt (ſi forſitan quiſpiam ex illis inter vos, præſertim vero inter laicos atque idiotas diuolgare & eloqui conetur Dominationes ipſorum contra Cæſaream S. M. Dominū ipſarum Clementiſſ. Confœderationem inire, vel tam iam, quam etiam impoſterum, hoſtiliter aliquid moliri) dictis illis fidem minime habeatis, nec Dominationes ſuas pro iſtiuſmodi ſeditioſis hominibus æſtumetis, ſed multo potius certo credatis, hæc omnia ad Dei Ter Optumi Maxumi laudem gloriamque, ad auertendas omnes calamitates in Chriſtiana noſtra Relligione SVB VTRAQVE, vniuſcuiuſq; ſalutem, fieri: Iccirco Ipſorum Dominationes excuſabitis, ab iiſdemue vos ab aliis ſegregare numquam patiemini Cumque ipſorum Dominationes, omnes III. Domini Ordines, vna cum defenſoribus, craſtina exoriente luce iterum, ob Dei honorem atque gloriam, in magno Collegio congregentur, vt ſupra dicta Relligionis grauamina, aliaque grauiſſima negotia, deliberando ad amuſſim examinent, & porro Cæſareæ S M. clementiſſimam prouiſionem implorent: itaq; vos omnes & ſingulos, tamquam Chriſtiana membra, rogant, vt ad Deum ex filiali fiducia conuertamini, & diuinam ipſius Maiſtatem at[illegible]ti ſpiritu; veroque pœnitenti corde, inuoceris, vt, propter Sanctiſſimi ſui nominis gloriā noſtrarumque animarum omnium ſalutem ſempiternam, ante omnia Cæſareæ S. M Domini ac Regis noſtri Clementiſſimi cor, amorem, animumque erga ipſos & nos tamquam fideliſſimos eius ſubditos inclinet, & Cæſareæ S. M. eiuſdemue Cæſareæ coniugi longæuam vitam, & feliciſſimum ſupra nos imperium Clementiſſime largiri ne dedignetur.

Porro quoque veſtras prebes ad Deum Ter Optumum ſedulo fundatis pro ſingulis Dominis Ordinibus, qui, ob Dei gloriam, nullis laborib. nulliſque ſumptibus parcunt, ſed pro nobis omnibus Sub Vtraque fideliſſimam curam gerunt, vt videlicet ex immenſa ſua miſericordia atque Omnipotentia Dominationes ipſorum fortificet, obſignet, & confirmet: ipſorum curam, laborem & induſtriam, ad Sanctiſſimi ſui nominis honorem atque gloriam diuina ſua benedictione proſperet, & ad felicem exoptatumque finem perducat: ipſis quoque laborioſiſſimos conatus vera gratia tam in hac temporali, quam in altera ſempiterna vita rependat: ſuæ diuinæ, ac Cæſareæ Maieſtatis, atque adeo noſtros hoſtes confundat, conuertat, nobiſque omnibus pacem & concordiam per multa futura tempora clementiſſime largiatur, vt omnes in vera charitate & concordia vtrim-



Digitized by Google

que vnanimes permanere, diuinæ eius Maieſtati impoſterum quoque diutius inſeruire queamus. Ex intimis ergo noſtris cordibus canamus:

*Pacem diebus his, Deus,*

*Des: in neceßitates &c.*

*Ordinum Euangelicorum in Collegio Carolino Conuentus Pragenſis.*

Exhortatione iſta ſacra, quam modo commemorauimus, rite peracta, ſubſequenti die, *XXI.* videlicet die M. Maii, Conuentus iſte Ordinum Euangelicorum Pragæ in Collegio Catolino, præſentibus multis proceribus, & omnium trium ciuitatum aliquot ciuibus, celebratus eſt. Initio Actus iſte ſolemnis ſacris aliquot cantionibus inchoatus fuit, quibus finitis, Bohemicus quidam ſacerdos ſermonem quemdam habuit, quo peracto iterum ſacris cantilenis res acta, & tum ad deliberationem acceſſus factus, atque inter alia propoſitio facta eſt, quomodo videlicet Euangelica doctrina atque Eccleſiæ non ſolummodo in Pragenſium ciuitatibus, verum etiam in omnibus Prouinciis (quas aduerſarij extirpare templaque demoliri conabantur) in flore vigoreque ſuo conſeruari poſſent.

Die Mercurii, XXIII. huius menſis Domini Ordines in aulam, ſinguli vno famulo, duobus ſclopetis manuariis inſtructo, comitati, equitarunt, & coram præcipuis Dominis Officialibus Prouincialibus grauamina ſua expoſuerunt, reſolutionem Dominorum Officialium audiuerunt, in: & regreſſi ſunt: Cumque ſupremus Dominus Burggrauius, penes Dominum Popelum Crucigerum & magnum Priorem, ad B. Mariæ Virginis ſeſe Ordinibus non mediocriter accommodaſſent, Dominus Slabata ſupremus Prouincialis Iudex aulicus, & Dominus Smiſanſkius vero à contraria parte paullulum ſtetiſſent: Ordines modo commemoratos iſtos duos ſeorſim in Cancellariam abduxerunt, eoſdemque, vna cum Secretario Michna, à feneſtra in ſubiectam foſſam præcipites datiiuſſerunt, qui tamen, licet ex alto deiecti fuerint, peculiari Dei Prouidentia, vita ſalua illinc euaſerunt. Quo facto magnus in arce tumultus & animorum conſternatio facta eſt: Aliquot Ordines autem, imprimis Comes à Thurn / illico equis in veterem vrbem ſeſe receperunt, populo ſubinde adclamantes, ne quid turbarum moliretur, nihil ſiquidem ſibi metuendum eſſe periculi: quicquid fecerint, ſeſe apud Cæſaream M. ſcripto tramiſſo deducturos atque probaturos. Sedato hunc in modum populo, Ordines Supremum Burggrauium in domum ſuam comitati ſunt, & tam arcis capitaneum ipſum, quā ipſius fidei commiſſos portæ excubitores Sclopetarios, & tres ciuitates Pragenſes præſtito ſibi prius iuramento, in fidem ſuā receperunt. Tum ferme cottidie in Palatio Prouinciali, (LXXX. militibus Sclopetariis, qui perſonantibus tympanis ac tibiis ſemper ad: & iterum deducti ſunt, ipſis ſubſeruientibus & excubias agentibus) conuenerunt, atque, facta confœderatione, Dei, ipſorum Regis, ſuis ipſis & litterarum Maieſtatis aduerſariis bellum indixerunt, quem in finem etiam non contemnendas equitum peditumque copias conſcripſerunt.

## CAPVT X.

POrro quoque iidem Domini Regni Bohemiæ Ordines ſequentem Apologiam, vna cum inſertis ſuis litteris Apologeticis, ſub dato XXV. Maii, ad Cæſaream M. ablegarunt.

ORDI-

Digitized by Google

## ORDINVM BOHEMICORVM AD CAES. M. LITERÆ APOLOGETICÆ.

NOS Domini, Equites Pragenſes, Kuttenbergenſes, aliorumque Ordinum Delegati, omneis III. regni huius Bohemiæ Ordines, Corpus & Sanguinem Domini Noſtri IESV CHRISTI Sub Vtraque Specie percipientes, Bohemicam Confeſſionem amplectentes, & iam in Pragenſi arce congregati, notum facimus, tam pro nobis præſentibus, quam abſentibus in genere, omnibus & ſingulis: Quamuis poſt multifarias perpeſſas ærumnas, quas, ex inſtinctu & irritatione irrequietorum turbulentorumque, tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium, aliquot hominum, potiſſimum vero impellente pernicioſiſſima ſecta Jeſuitica in hoc Regno (cuius omnes cogitationes & conatus eo cumprimis ſpectarunt, vti non ſolummodo Dominum noſtrum Regem clementiſſimum, verum etiam vniuerſi huius Regni inquilinos & Ordines SVB VTRAQVE, fallaci doloſoque modo, Romanæ ſedi, tamquam peregrino Magiſtratui, ſubjicerent) omneis III. Ordines & incolæ dicti iſtius Regni tam in Politicis, quam Eccleſiaſticis in rebus ſuſtinere neceſſum habuernnt, A. C. M.DC.IX. & M.DC.X. conſtans ac firma pax ſancita, & tam per litteras Maieſtatis Glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris, RVDOLPHI II. pientiſſimæ feliciſſimæque recordationis quam per factam pacificationem Ordinum SVB VTRAQVE & VNA in vniuerſali Conuentu Prouinciali decretum firmiſſimeque vtrimque concluſum fuerit, qeod neutra pars alteram conuitiis irritare, ſed vti illa pars SVB VNA, ita quoque & altera SVB VTRAQVE iuxta modo commemoratam compoſitionem pacificatoriam, pacifice Deo vbicunque locorum, abſque vllo obſtaculo Eccleſiaſtici & ſecularis Magiſtratus, libere & ſecure inſeruiret, quemadmodum illud ipſum litteræ Maieſtatis, & pacta in Prouinciali iſto Conuentu vtrimque inita ſatis ſuperque teſtabuntur: Quodque Cæſarea S. M. Dominus noſter clementiſſimus, ſub Imperij ſui in hoc Regno initium, pro harum Prouinciarum more atque conſuetudine, non tantum IN GENERE, verum etiam IN SPECIE firmiſſimis rationibus & fundamentis ſufficientiſſimis comprobauit atque confirmauit.

Nihilominus tamen ſupra dicti Regis prouinciarum, atque communis ſalutis & tranquillitatis pernicioſiſſimi hoſtes ab incepto ſuo minime deſtiterunt, ſed multo potius omneis peſtiferi ſui ingenij neruos eo direxerunt, quo pacto videlicet exoptatam confirmatamque pacem iterum perturbare, & viceverſa, malam ſuam huic Regno, & poſteris noſtris, periculoſiſſimam pernicioſiſſimamque intentionem in effectum deducere poſſent, dum etiam tum temporis, eum commemorata iſta pax atque concordia iam ante concluſa & vtrimque confirmata fuiſſet, alias perſonas ex ſuo medio, & SVB VNA, cæteris SVB VTRAQVE prætulerint, literis Maieſtatis, factæ pacificationi, & Amniſtiæ (qua cum Imperatore RVDOLPHO, laudatiſſimæ feliciſſimæque memoriæ, iterum reconciliati ſumus, & exinde omnis ſupra nos vindicta penitus ſublata fuit) ſubſcribere recuſauerint, ſed omne illud tolli exoptauerint, maliuolentiſſimum ſuum animum voluntatemque ipſo facto erga nos paucos Ordines declarauerint: cumque an-



Digitized by Google

tehac non ſaltim clandeſtini, verum etiam, multis ſane in rebus publicè huius ſuæ Patriæ hoſtes extiterint, iam quoque Regem Dominumque noſtrum clementiſſimum de futura ſucceſſione vel deſignatione Regia periclitari, immo plane defraudare, & ad alium transferre conati fuerunt, quod tamen ipſis minime ſucceſſit, ſed Deus Ter. Opt. Max. vice verſa, clementiſſime conceſſit, quod omnia ad exoptatum finem feliciter perducta, eademque à clementiſſimo noſtro domino Rege confirmata fuerint.

Minime tamen aduerſarij noſtri interea quieſcere potuerunt, ſed per dictos iſtos Jeſuitas, aliaque ſua perniciosa inſtrumenta nos varijs calumnijs atque famoſis conuitijs iniuriose onerarunt, Noſque Sub Vtraque etiam condemnarunt, dum tam in Scriptis publicis, quam etiam oretenus euomuerunt, quod hæretici eſſemus quibus, iuxta ipſorum doctrinam, nulla fides, quam ſancte etiam ipſis eſſet pollicita, ſeruanda ſiet: contumelioſa quoque nobis nomina, in ſummum contèptum atque præiudicium noſtræ relligionis, impoſuerunt, dum nos Sub Vtraque nuncuparunt: immo (vt ſanguinolento ſuo deſiderio per omnia ſatis facerent) omnes eos SVB VTRAQVE & vnumquemque in ſpecie, Religioni Romano-Catholicæ minime addictum, penes honorum priuationem, etiam ad mortem condemnarunt: Magiſtratus mundi huius, ad eorum Sub Vtraque extirpationem, inſtigarunt, quoque facilius homines fallerent, & inter Ordines Sub Vtraque lites diſcordiarumque ſemina ſpargerent, ijdem illi harum Prouinciatum & communis tranquillitatis hoſtes nos Ordines Sub Vtraque, quemadmodum & à nobis, cum Cæſareæ ſuæ M. Clementiſſimo conſenſu atque confirmatione, grauiſſimis de cauſis conſtitutos defenſores, qui noſtram cum ſæpe nunc citatis Maieſtatis litteris conceſſam atque confirmatam Religionem tueri debebant, à ſe inuicem diuellere, & exinde noſtrum etiam Conſiſtorium Sub Vtraque plane tollere conati ſunt, quemadmodum etiam nos coniunctos Ordines in publicis conuentibus non ſolummodo per ſe, ſed etiam per mala ſua inſtrumenta, ſeparare, ad diſcordiam anſam præbere non deſtiterunt, ſed multo potius noſtram inter nos Ordines SVB VTRAQVE ipſos inſtitutam, cum Maieſtatis litteris, Prouinciali Conuentu, & Cæſareæ M. Domini hodierni noſtri Regis clementiſſimi generali clementiſſime communicata omnium noſtrorum Priuilegiorum libertatumque huius Regni in ſpecie confirmatione ſtabilitam Concordiam, modo ad propagandam peſtiferam ſuam intentionem, aliter atque aliter explicarunt: defenſores mox blandis pollicitationibus aureiſque montibus, mox, mutato conſilio, & renudata pelle ſua lupina, diris grauiſſimiſque minis Cæſareæ S M. inclementiæ, eo inclinare conati ſunt, vt videlicet Ordinibus valedicere deberent, & tamdem adulatoria ſua blandiloquentia & oblatione magnorum honorum atque officiorum puſillanimos & infirmos quoſdam ex noſtro medio in naſſam ſuam pertraxerunt, vt, contra ipſorum propriam conſcientiam, confeſſam & profeſſam ante diuinam veritatem, temporalium bonorum, euaneſcentiumque honorum, ergo, abnegauerint, & ſeſe ad ipſos conuerterint.

Poſthæc vlterius progreſſi, adeptis ita magnis honorum officijs, non ſolummodo apud Regias & Prouincionales expeditiones, verum etiam in Cæſareæ S. M. ditionibus veteres perutileſque officiales ab officijs ſuis remouerunt, ijſdemque

que alios Capitaneos ex ſuo medio & Svb Vna ſurrogarunt, per quos diuerſimodis modis homines coanguſtarunt, eoſdem, ſub prætextu commiſſi alicuius criminis Ciuilis, in exilium pepulerunt, ſacerdotes Svb Vtraqve, qui quibuſcunq; etiam in locis, ſecundum Maieſtatis litteras, Euangelium Ieſu Chriſti docuerunt, itidem abrogarunt, iiſdemue alios, Svb Vna, ſubſtituerunt: In Pragenſibus ciuitatibus vero præcipua officia inter Romano-Catholicos & Svb Vna, iiſdem noſtris hoſtibus promotoribus, diſtributa ſunt, qui poſtmodum, multifariis ſuis dolis atque intentatis minis, libidinem ſuam erga alios Senatores Svb Vtraqve adeo exercuerunt, vt iidem omnia Catholicorum Romanorum imperata facere coacti fuerint.

Illud ipſum ſiquidem nobis Coſſ. & Senatui in veteri, noua, ac minori Ciuitate Pragenſi, qui Bohemicam confeſſionem amplectimur, & Svb Vtraqve communicamus atque compræhendimur, obtigit, quod nimirum nobis non per omnia fuerit cognitum Maiores noſtros omneiſque alios Ordines Svb Vtraqve cum impreſſione ſuæ ciuitatis ſigilli, vno tempore in vniuerſali conuentu Prouinciali, cum litteræ Maieſtatis & libertas Relligionis efflagitatæ fuerint, altioribus Ordinibus Svb Vtraqve, & econtra ipſos rurſus illis (Maioribus) tam ſancte, ſub iactura bonorum, obſtrictos fuiſſe, vt videlicet omneis pro vno viro, & vnus viciſſim pro omnibus ſtare, alter alterum defendere velit debeatque, quodque quilibet alter alteri præſtare, iuxta litteras Maieſtatis, & Decretum Prouincialis Conuentus, obligatus obſtrictuſque fuit: Item, quando ſupra Conſiſtorium & Pragenſem Academiam conſtituti Domini defenſores, ad deliberationem rerum litteras Maieſtatis, noſtramque Relligionem concernentium, ſupremi Domini Officiales, Prouinciales, Iuris Prouincialis Adſeſſores, & Cæſareæ S. M. Aulico-Camerales Conſiliarii, vna cum VI. perſonis ex quolibet Circulo, Pragam verſus vocarentur, quod tum nos quoque ex qualibet ciuitate duas perſonas noſtri medii illuc ablegare neceſſum habuerimus Et illud ſane, vti paullo ante dictum, nobis non per omnia ſcire licuit, adeo vt mox ab illo tempore officia in ciuitatibus aliquoties innouata, vel plane etiam mutata fuerint.

Porro quoque iidem, vniuerſalis tranquillitatis, noſtrique hoſtes etiam nobis apud præpoſitas noſtras perſonas, Svb Vna, quemadmodum etiam apud alios Officiales, obſtaculo & impedimento fuerunt, dum Cæſareæ S. M. ordinatijs hoc in loco iudicibus, omnibus Svb Vna, ante digreſſum Suæ Cæſ. M. contra omnem priorem morem atque conſuetudinem, eiuſmodi inſtructionem dederint, quod videlicet noſtri templi, Svb Vtraqve, fundationi eiuſdem annuorum redituum rationibus, aliiſque noſtris Conſuetudinibus in Relligionis iſto negotio ſeſe immiſcere debeant. Quæ omnia liberati, litteris Maieſtatis, & Coniunctioni noſtræ aduerſantur, quæ inter alia & hoc requirunt: *Quantum quidem ad illorum*, Svb Vtraqve, *res proprias, Ecleſias, atque Relligionem attinet, ne iiſdem Cæſarea S. M. oneretur: Ordines* Svb Vtraqve *ipſimet de iiſdem iudicare atque ſtatuere debent &c* nihilominus tamen ipſorum ſuauiloquiis permoti (poſtquam nos Domini defenſores, extrema hacce vice, bis per litteras ordinarie vocaſſent) neminem ex noſtro medio, pro more atque conſuetudine priori, ablegauimus, ſed penes illas perſonas Svb Vna quæ in

D 2 Senatu

Digitized by Google

Senatu de rebus,ad noſtram partem, SVB VTRAQVE,ſolummodo ſpectantibus,vna nobiſcum(quod tamen fieri minime debuit)deliberauimus: id quod ad Cæſaream M. Dominum ac Regem noſtrum clementiſſimum, perſcripſerunt, eandemue, quod nimirum neminem ex noſtro medio in collegium miſerimus, ſummiſſe rogarunt, vt illud ratificare clementiſſime non dedignetur: cui porro inſeruerunt, quod nos vna cum communitatibus noſtris, extra Cæſaream S. M. neminem amplius pro defenſore agnoſcamus, nec etiam alio quodam indigeamus. Ex quibus, quid hodiernis temporibus,cum illud,quod contra omnes SVB VTRAQVE ſuſcipi debuit,manifeſtum factum eſſet, etiam nobis obuenire potuerit, quiuis ſanæ mentis facillime intelligit. Cum vero Sophiſtarum iſtorum technas,& noſtrorum ſeductionem hactenus animaduertiſſemus,noſtrum periculum,ceruicibus noſtris iamimminens,perpendiſſemus,etiam nobis ad oculum demonſtratum fuiſſet(ad ſummam defenſionem atque protectionem ſupra nos Ordines huius Regni Bohemici quod attinet) quod in Præfatione noſtræ per typos diuulgatæ Confeſſionis expreſſe reperiatur,omnes tres Ordines, SVB VTRAQVE, ſupra ipſorum Confeſſionem fidei,adminiſtratorum & CONSISTORII, nullo, poſt Deum, defenſore atque protectore indigere,quam ſola Cæſarea M.Domino ac rege noſtro clementiſſimo,& illis,qui, cum Conſenſu & Præſcientia Cæſareæ S. M. ab omnibus III. Ordinibus SVB VTRAQVE,ad legitimam Prouiſionem atque curam dicti iam modo CONSISTORII, rite ordineque eligerentur.

Hiſce, & ſimilibus grauiſſimis de cauſis nos coram ſupra commemoratis altioris gradus, nunc in arce Pragenſi congregatis, dominis Ordinibus, quemadmodum etiam coram noſtris Communitatibus, (qui à defenſione noſtræ Religionis ne latum quidem vnguem vnquam receſſerunt) commemoratæ noſtræ ad Cæſaream M.datæ epiſtolæ cauſa,decenter nos excuſauimus, & tantum obtinuimus quod nos in ipſorum numerum receperint: idque omne iam & impoſterum quoque,quod videlicet ad conſeruationem ſæpe nunc dictarum litterarum Maieſtatis,quæque ad iſtas pertinere videbuntur (ſiquidem omne iſtud adeo in compendio quaſi compræhenſum eſt vt neutrum, ſine alterius adminiculo,conſiſtat) cum conſenſu & adprobatione Cæſareæ M conſtitutum eſt,fideliter,ſyncere & ex omnibus noſtris viribus ſedulo exequemur.

Vt autem nos à principio commemorati Euangelici Ordines, SVB VTRAQVE, noſmet iterum ad ſæpius nunc dictos Regni, Prouinciarum, atque communis tranquillitatis hoſtes conuertamus, & hoc à nobis probari docerique queat, quatenus porro & aliis rebus ſeſe immiſcuerint: nimirum quod, abſque vllo iure, in ordinario Conuentu Prouinciali alias conſueto, ſeſe ipſos pro Judicibus Maieſtatis litterarum, Coniunctionis, & decreti conuentus Prouincialis, ſtiterint: cumque vidiſſent, quod Romano-Cæſarea M.Dominus noſter clementiſſimus, grauiſſimis, vniuerſum terrarum Orbem Chriſtianum concernentibus, negotiis multis modis obruta fuerit, atque adeo non omnia ad Prouinciarum libertates, Priuilegia, Compoſitiones &c. ſpectantia firma memoria retinere potuerit, eidem Cæſareæ Suæ M. (modo vt eandem contra Ordines, SVB VTRAQVE, irritarent, & eo inclinarent, vt iſtiuſmodi mandata, quæ in literis Maieſtatis expreſſe ſunt prohibita, publicari curaret) ſcripto comprehenſam ſuam

beniuo-

Digitized by Google

beniuolentiam & curioſam curam obtulerunt, quaſi in ſæpiſſime nunc allegatis litteris Maieſtatis minime reperiri poſſet, quod monaſteriis ſubiecti ſubditi templa exædificate iure poſſint: cum tamen illud ipſum ad propriam ipſorum conſiderationem atque perpenſionem minime pertineat, ſed multo potius, vti ſuo loco dictum, per Prouincialem Conuentum hic definitus Proceſſus vtriuſque partibus ideo communicatus fuerit, ſi quæ cõtrouerſia hiſce in negotiis vtrimq; forſitan exoriretur, quod tunc, eius rei gratia, ordinarium ius, cum certis quibuſdam, vtrique Religioni addictis Perſonis, pari numero iterum tolli atque componi debeat.

Verum enimuero, poſtpoſito iam commemorato Proceſſu, hac ſua oblata beniuola conſideratione nihilominus contra Ciuitatem Braunauium mandata Cæſarea impetrarunt, vt videlicet ciues inchoarum ſuum templi ædificium abrumpere imperfectumq; rellinquere deberent: quod cum Braunauienſes à nobis conſtitutis defenſoribus iterum retuliſſent, refugium ſuum apud eoſdem quæſiiſſent, & maxumopere, ſummoque ſtudio ab iiſdem petiiſſent, vt iuxta tenorem litterarum Majeſtatis, quibus in Conuentu Prouinciali incorporati eſſent, defenderentur atque protegerentur; defenſores vero ſua ſponte aliquid in hac cauſſa decernere noluiſſe, ideoque ad deliberationem iſtam, pro requiſitis Conuentus Prouincialis, & ſibi datæ inſtructionis, ſupremos Officiales Prouinciales, Juris Prouincialis Adſeſſores, Romano-Cæſareæ Majeſt. aulico-Camerales conſiliarios, SVB VTRAQVE, & adhuc ex omnibus Circulis VI. Perſonas Pragam verſus vocaſſe: vbi, matura habita deliberatione, cognouiſſent Braunauienſes, quemadmodum & omnes relliquos Clero Regni Bohemici ſubjectos ſubditos non ſolummodo propter in hac noſtra Apologia repertos impreſſos articulos, verum etiam alias ob cauſas (quæ jocundæ breuitatis ergo merito heic ſicco, vti aiunt, pede prætereuntur) omnium à Cæſ. S. M. Ordinibus, SVB VTRAQVE, clementiſſime communicatorum beneficiorum pari modo eſſe participes.

Aſſeuerant quoque eædem litteræ Majeſtatis inter alia expreſſis verbis: quod videlicet contra iſtas, & noſtram aſſecurationem, nulla mandata, neque aliud quippiam, quod in minimo etiam nobis mutationem, remoram atque impedimentum injicere poſſet, neq; à Cæſ. S. M. ejuſdemue hæredibis, neq; à futuris Bohemiæ Regibus edi, nec acceptari debeant: etiamſi quoque ederentur, & à quopiam acceptarentur, nihilominus tamen abſque vigore eſſent, neq; vlterius quidquam in hoc negotio, vel jure, vel abſque Jure decerneretur. Quocirca poſt noſtram deliberationem, reique ſedulam conſiderationem nos præſentes Ordines & Defenſores dictis Braunauienſib. quemadmodum etiam Cloſtergrabij, montani oppidi, inquilinis, Archiepiſcopatui Pragenſi ſubiectis, reſpondimus, quod vnum vel alterum templum porro ædificando abſoluere, iiſdemue ad diuinum cultum vti frui poſſent, hac tamen cum expreſſa additione, vt pacifice atque decenti more viuerent, ad diſcordiam nemini ex Romano-Catholicis, SVB VNA, multo minus Domino Abbati, vel Domino Archiepiſcopo, tamquam ſuis Magiſtratibus, vel per irritationem, famoſos ſermones, vel quemcunque alium modum (quum probeſciant illud ſub graui pœna eſſe prohibitum) anſam occaſionemq; præberent, ſed tam ipſis Dominis quam ipſorum Officialibus omnem debitam

 obedien-

Digitized by Google

obedientiam in omnibus mundano politicis rebus, tamquam fideles ſubditi, præſtarent. Et hanc commemoratis iſtis Praunauienſibus, conſilio requiſitarum tum temporis ex noſtro medio perſonarum, datam reſponſionem noſtram, nos omneis III. Ordines, SVB VTRAQVE, in vniuerſali, A. C. M.D.XV. Conuentu Prouinciali, in arce Pragenſi celebrato, per noſtras explenıſſimo iſto Conuentu Defenſoribus datas litteras, approbauimus & confirmauimus.

Quamuis vero, in prædicto Prouinciali conuentu, Cæſareæ S. M. tamquam Domino ac Regi noſtro clementiſſimo, hæcce & multıfaria alia grauamina & anguſtias noſtras, (quæ non ſolummodo commemoratis iſtis in locis, verum etiam in aliis Cæſareæ S. M. ditionibus, contra expreſſum textum Maieſtatis litterarum, & coniunctionem noſtram, miſeros homines grauiſſime afflixerunt,) copioſioribus expoſuerimus, & eorumdem mitigationem, vel plenariam ſublationem, humillimis votis inſtanter petierimus, certiſſima ſpe freti, haſce res, antequam Conuentus iſte finiretur, iri compoſitas.

Nihilominus tamen ſæpiuſcule nunc à nobis commemorati, Regni, Prouinciarum, & vniuerſalis pacis atque tranquillitatis hoſtes, ſeſe rurſus ad conſuetas ſuas fallacias, doloſaſque technas, conuerterunt, ideoque brachio & fulcro Cæſareæ M. innixi, (apud quam nihil non ſeſe obtinere poſſe non falſo arbitrabantur) omnibus modis remoram iniecerunt, ne nobis Ordinibus ante finitum Conuentum Prouincialem ad poſtulata noſtra reſponderetur: ſed vice verſa, poſtquam pauci dumtaxat ex ipſorum medio in Conuentibus, inquiſitionibus Iuridicis, aliiſque expeditionibus, omnia fraudibus, dolis, mirabilibuſque fallaciis violenter egerint, eo vſque audaciæ ſuæ vires extenderunt, vt nos Ordines, Cæſareæ S. M. perfideles ſubditi, intolerabiles ferme contributiones quinquennales, ad perſoluenda Cæſareæ S. M. debita, pro nobis & miſeris noſtris ſubditis, ſtipulati ſimus, ſola ſpe, quæ nobis facta fuit, ſubleuandorum grauiſſimorum onerum hactenus lactati, & tamen eadem iterum fruſtrati.

Sed peracto nunc Conuentu iſto Prouinciali, impulſoribus iſtis Regni totius hoſtibus, nulla nobis, ad conqueſta noſtra grauamina, facta eſt reſponſio, multo minus iſtorum onerum mitigatio atque ſublatio promiſſa, ſed multo potius ſæpe nunc commemorata grauamina, contra omnem ſpem & expectationem, indies magis, magiſque accumulata fuerunt, donec tamdem Cæſarea S. M. iam iam diſceſſum ex hoc regno maturans, in arce ſua Brandiſia, quo vſque Praga tumtemporis progreſſa erat, vni Defenſorum, (abſque omni dubio ex impulſu noſtrorum hoſtium) nempe Domino Henrico-Matthæo à Thurn/ eo tempore Carlſteinenſi Burggrauio, præſentibus adhuc aliis duabus Perſonis, retulerit, ſeſe Ordinum, Sub Vtraque, grauamina & poſtulata neutiquam, vt legitima, adprobare poſſe, iccirco omneis ſuarum ditionum Collaturas Archiepiſcopo Pragenſi tradidiſſe, & huius negotii curam omnem à ſe in ipſum transtuliſſe. Poſtquam vero modo commemoratus Dominus Comes ſeſe coram Cæſarea S. M. humillime excuſaſſet, quod videlicet hancce ſuæ C. M. reſolutionem verbalem in ſeſe recipere non poſſet, imprimis cum res omneis III. Ordines, Sub Vtraque, concerneret, iccirco rogare vt Cæſarea S. M. præſenti tum temporis ſupremo Cancellario iniungeret, vt modo dictam iſtam ſuam reſolutionem ſcripto comprehenſam ſibi traderet, tum enim ſeſe illam, ad vlteriorem rei delibera-

tio-

tionem, loco decenti oblaturum. Quamuis vero Cæſarea S. M. in hanc Domini Comitis petitionem conſenſiſſet, eiuſque rei gratia iam commemorato ſupremo Cancellario iniunxiſſet vt reſolutionem ſuam ſcripto comprehenderet & Comiti iſti traderet, nihilominus tamen, toties etiam efflagitata, neutiquam impetrari potuit: ſed, vice verſa, Dominus Archiepiſcopus magnis ſumptibus extructum templum Cloſtergrabenſe, ad cuius exædificationem aliquot S R. Imperij Electores, Principes, alijque pientiſſimi homines non contemnendam ſane contributionem fecerant, in obprobrium atque ludibrium Euangelicæ noſtræ Relligionis, SVB VTRAQVE, deſtruere ſoloque adæquare iuſſit. Pari modo & Braunauienſibus quoque iterum in mandatis datum, ſerioque iniunctum fuit, vt templo ſuo impoſterum abſtinere, illud Abbati tradere, illiuſque claueis ad Bohemicam Cancellariam perferri curarent: ipſis autem renuentibus & mandatum iſtud, de reſtituendo templo ſuo, obnixe deprecantibus, aliquot magnæ exiſtimationis auctoritatiſque viri ex ipſorum medio in Pragenſem arcem poſtulati, & inibi in vincula coniecti ſunt, vbi etiamnum, non abſque magnis lamentis planctuq; ſuarum coniugum, liberorum, & bonorum amicorum, captiui detenti ſunt.

Cum idcirco inter infinitas alias, hactenus diuerſis in locis perpeſſas, ærumnas, nouæ iterum Prouincialium querimoniæ ad Defenſores perlatæ fuiſſent, iidemque omnibus ferme in Circulis accuſarentur, quaſi præſtito ab ipſis iuramento non per omnia ſatisfacerent, ex præſcripto toties repetiti Conuentus Prouincialis, & grauiſſimis de cauſſis, ſæpe nunc dictos ſupremos Officiales Prouinciales, Iuris Prouincialis adſeſſores, Cæſareæ S. M. Conſiliarios, & VI. ex quouis circulo perſonas, SVB VTRAQVE, iterum Pragam euocarunt: in quo Conuentu nos, vna cum ipſis, de grauiſſimo iſto negotio deliberauimus, &, cum pro virili omni moderationi & æquitati ſtuduerimus, nihil aliud ipſo facto attentauimus, ſed duntaxat libellum, vnum ſupplicem Dominis Vicarijs exhibuimus, alterum vero Viennam verſus ad Cæſaream S.M. perferri curauimus, eamdemue humillima cum obſeruantia rogauimus, vt non ſolummodo grauiſſima iſta onera tollere, verum etiam Braunauienſes adhuc captiuos priſtinæ ſuæ libertati iterum reſtituere clementiſſime ne dedignaretur: Quem in finem etiam nos tam Dominos Ordines Marchionatus Morauiæ, quam principes & Ordines ſuperioris inferioriſque Sileſiæ, vt & Dominos Ordineſque in ſupe- & inferiori Luſatia tamquam huius Regni incorporata membra, pro interceſſione apud Cæſaream S M. per litteras noſtras inſtanter rogauimus: alium etiam inſuper Conuentum vna cum Defenſoribus, in Caroli IV. Romanorum Imperatoris p. m. Collegio celebrandum ad diem Lunæ poſt Rogationum hunc in finem indiximus, vt videlicet Cæſareæ Suæ Maieſtat. ad porrectum noſtrum Libellum ſupplicem clementiſſimam reſolutionem & reſponſionem, ſi aliqua interim nobis obtigiſſet, inibi percipere & de eadem maturam deliberationem inſtituere poſſemus. Aſt in Conuentu iſto tantum percepimus, quod Cæſarea Sua Maieſtas ad prædictum iſtum noſtrum libellum ſupplicem toto iſto tempore non ſolummodo non reſponderit, verum etiam ſæpe nunc commemorata noſtra grauamina multo minus ſuſtulerit, ſed potius, vice verſa, inſtinctu noſtrorum inimicorum, Vicarijs ſuis acrem admodum, tam Defenſoribus, quam etiam nobis ipſis periculoſiſſimam epiſtolam

Digitized by Google

epiſtolam tramiſerit,&, vt nimirum eiuſdem contenta Defenſoribus proponerentur, iiſdem ſerio iniunxerit.

Et primo quidem quod Cæſarea S. M. percipiat huncce noſtrum Conuentum contra propriam ſuam Cæſareo-Regiam Maieſtatem indictum inſtitutumque eſſe.

Secundo, quod ad templum Cloſtergrabenſe, & pœnam inobedientium quorumdam Braunauienſium attineret, vtrumque illud ex iuſto Cæſareæ S. M. mandato factum eſſe.

Tertio, quod metam conceſſionis Litterarum Majeſtatis, & pactorum, inter nos Ordines, SVB VTRAQVE, initorum, tranſgreſſi ſimus.

Quarto, quod peregrinorum ſubditorum in cauſis illegitimis contra Cæſaream S. M. protectionem ſuſceperimus, eorumdemue manifeſtiſſimam inobedientiam & rebellionem contra Cæſaream S. M. defendere conaremur, id quod eadem S. Cæſarea M. de quibuſdam paucis perſonis, intemperiei huius auctoribus minime ſperaſſet: hac addita vlteriori clauſula Cæſaream S. M. (cuius bonitate abuti, & metas noſtri officij tranſgredi conaremur) etiam porro inquirere neutiquam ceſſaturam, & in delinquentes, pro ipſorum merito, animaduerſuram. prohibere etiam Cæſaream S. M. Defenſoribus, ne interea, vſque ad Maieſtatis ſuæ in hoc Regnum reditum, vel expreſſum aliud mandatum, iſtiuſmodi Conuentus indicerent, ſed multo potius Dominos Vicarios, vel alios inquilinos, ad non comparendum adhortentur, quemadmodum iſta omnia in dicta epiſtola Cæſarea latius compræhenduntur.

Præter omnium autem noſtrorum Ordinum ſpem & expectationem accidit, quod, ex impulſu & inſtinctu noſtrorum hoſtium à Maieſtate Sua Cæſarea, loco ſatis faciundæ noſtræ humilimæ petitionis, nobis tamen minime auditis, condemnari, & etiamnum vnice exequutioni reſeruari debeamus: ſiquidem ſi (prout Cæſareæ S. M. male informatæ epiſtola confirmat) contra propriam ſuam Cæſareo-Regiam M. Conuentum indixiſſemus, peregrinorum ſubditorum in cauſſis iniuſtis contra Cæſaream S. M. tutelam ſuſcepimus, eorumdemue manifeſtiſſimam inobedientiam & rebellionem contra eandem S. Cæſaream M. adprobaſſemus & confirmaſſemus, nobis neutiquam incognitum omnia iſtiuſmodi attentata per Juris atque Prouinciarum Conſtitutionem huius Regni ſub iactura corporis honoriſque eſſe prohibita. Quamuis autem id à nobis minime factitatum ſiet, ſed multo potius apud Cæſaream S. M. ab hoſtibus noſtris innocentiſſime prorſus iterum atque iterum malitioſe traducti fuerimus, nihilominus tamen ijdem iſti noſtri hoſtes, regiam iſtam epiſtolam (quam ad noſtram ignominiam multis in locis hinc inde inter homines ſparſerunt) prætendentes, ſatis ſuperque teſtati ſunt, quam auide (ſi modo nobis, vel vni inter nos, in dicundo iure pro forma dumtaxat adſociarentur) contra nos iam ante prolatam ſententiam, ex ardente ſua erga nos malitia, exequi & confirmare parati ſint.

Cum iccirco certo ſiet certius, hæc omnia ex ipſorum conſilio atque deliberatione prouenire, acerrimamque iſtam epiſtolam Pragæ conceptam, & Cæſareæ S. M. ad ſubſcribendum tramiſſam fuiſſe, facillime ſane hinc colligere eſt, ſi nos ab ipſis condemnandi fuiſſemus, nullam tum ipſos aliam ſupra nos ſententiam,

tentiam, in propriam tamen ſuam ignominiam, tuliſſe, ſed (dum hactenus nobiſcum violenter agere minime potuerint) ſub prætextu iuris & iuſtitiæ, nos honeſtos homines, & Cæſareæ S. M. fideles ſubditos, in cordolium & miſerabilem lamentationem noſtrarum coniugum, liberorum, chariſſimorumq; amicorum, tam corporibus, quam honoribus noſtris nos priuare voluiſſe, modo vt hoc pacto litterarum Maieſtatis valorem infringerent, libertatem Relligionis noſtræ tollerent, immo omne illud, quod iamdudum per eaſdem Maieſtatis litteras, & inita, cum illis Sub Vna, pacta, perque vniuerſalem Conuentum Prouincialem, tamquam perpetuo duraturum ius, in hoc Regno recognitum atque confirmatum fuit, omnino prorſus deſtruerent, & adeo nos coarctarent, vt etiam defenſores, etiamſi nobis, quemadmodum & illis ipſis, ſummum immineret periculum, nos minime vocare, neque de iſtis omnibus certiores reddere poſſint, quo grauius acerbiuſque nobis ſane nihil contingeret. Quocirca cum ipſorum dolo malo nobis paratas inſidias & pericula libenter euitare vellemus, illi inſidioſa ſua remora & impedimento rem eo tamdem deduxerunt, vt à Cæſarea ſua M. licet id humillima cum obſeruantia atque deuotione petiiſſemus, nullo prorſus reſponſo dignati fuerimus: Vice verſa vero Cæſarea S M. ipſorum dictis factiſque omnem, nobis vero omnino nullam prorſus fidem adhibuit, multo minus auditi fuimus, vt iam taceamus quod Ordinum noſtrorum, SVB VTRAQVE, Defenſorumque nomina Cæſareæ Suæ M auditu res admodum odioſa fuerit, de quo maliuoli pernicioſiſſimique iſti homines maxumopere gloriati ſunt. Præter hæc omnia vero omnibus & ſingulis manifeſtum cognitumque eſt, ipſos, ſi bonis viris incommodare, de iiſdemue conſilium captare voluerunt, omne, licet etiam omni Iuri, æquitati, bonæ conſtitutioni id repugnauerit, in effectum deduxiſſe, multos homines mirabilibus inconſuetiſque mediis ac artibus bonis ſuis ſpoliare, eoſdemue præſertim vero Euangelicos, in ſummum adhuc diſcrimen præcipitare conatos fuiſſe, ipſorum ius atque iuriſdictionem ad minus retardaſſe, ex atro album, & rurſum ex albo atrum pro ſuo lubitu feciſſe, perfideles Cæſareæ Suæ M. ſubditos infideles, infideles autem fideles appellaſſe, leues improboſque homines ad honores atque diuitias prouexiſſe, bene meritos econtra ludibrio contemptuique habuiſſe, non tam ſuos, quam Cæſareæ S. M. ſubditos, relligioni SVB VTRAQVE addictos, grauiſſime adflixiſſe, & ad amplectendam ſuam relligionem Sub Vna, inaudita alias crudelitate atque tyrannide, eoſdem, etiam inuitos, & contra expreſſam literam Maieſtatis litterarum, coegiſſe: immo per Iudicem aulicum Regio-Liberarum ciuitatum, eiuſdemue grauiſſimas intentatas comminationes, aliquas vrbes permoniſſe, quod Ordinum renunciationi ſubſcribere neceſſum habuerint, aliaque quamplurima mala perficiunda in animum induxiſſe, quemadmodum etiam & illud quod ſupra allegata epiſtola, noſtraque condemnatio, ex ipſorum conſilio profecta non fuerit, minime negare potuerunt.

Hiſce & ſimilibus de cauſſis duos ex ipſorum medio, nimirum Guilielmum Slavvatam de Chlum & Coſſumberg, & Iaroslaum Borzitam à Martinitz, alias Smeczanskyum dictum, tamquam Iuſtitiæ & communis pacis perturbatores, quodque ſua officia & functiones poſthabuerint, iſtiſque, ad derogationem Cæſareæ S. M. Domini ac Regis noſtri Clementiſſimi, auctoritatis, turpiter abuſi

vt omneis & ſinguli, quibuſcunque etiam in locis & apud quoſcunque in hoc Regno aliquandiu adhuc commorentur, Regni huius locis omnibus pacifice excedant, & in perpetuum impoſterum, quibuſcunque etiam excogitatis modis, nulloque vel huius, vel alterius cuiuſdam Ordinis titulo, neutiquam reuertantur. Sin vero quiſpiam ex ipſorum medio, qualis qualis etiam ille ſiet, & apud qualem qualem iſte commoretur, contra manifeſtiſſimum iſtud noſtrum interdictum, ſub quocunque depræhenſus fuerit, is vna cum ſuo hoſpite, & ita ambo ſimul, tanquam perturbatores Reipublicæ, Prouinciarum Corruptores, & hoſtes publici, ex præſcripto conſuetudinum conſtitutionumque Prouincialium, coram Ordinariis Judicibus ſiſtantur, & contra eoſdem Ordinario iudiciario modo procedatur.

Pari modo prædictus ille Jeſuitarum Ordo, poſt hanc primam ipſorum ex Prouinciis hiſce proſcriptionem, neque Romani Pontificis, neque alterius cuiuſdam, qualis qualis etiam ille ſiet, interceſſione atque Patrocinio, vel quocunque etiam alio ab humana aſtutia excogitato modo, impoſterum & in perpetuum in hoc Regnum iterum introducetur: ſin vero quiſpiam ipſorum, per conſuetos ſibi dolos, fraudes, atque technas forſitan clanculum irrepſerit, & in Vniuerſalibus Conuentibus Prouincialibus de ipſorum in Prouincias receptione tractatum fuerit, tum nullus ex Regni huius Ordinibus, ſub pœna tranſgreſſoribus, Reipublicæ perturbatoribus, & hoſtibus publicis in conſtitutione atque Sanctione Prouinciali interminata, pro iiſdem intercedat: Id quod ad ſempiternam rei memoriam per Litteras haſce Patentes omnibus & ſingulis notum manifeſtumque eſſe volumus.

Ad alios Ordines Relligionis, Sub Vna, vero quod attinet, qui in monaſteſteriis & alibi locorum commorantur, pacificeque victitant, eoſdem hæ Patentes Litteræ minime tangunt, ſed duntaxat commemoratos modo Jeſuitas: quæ perniciosa atque ſeditioſa ſecta antidhac, quod indiſſolubilibus horrendiſq; laqueis mundi Prouinciarumque Magiſtratus implicatint, ab iis Magiſtratibus ex aliis Regnis & Prouinciis proſcribi oportuit, modo in iiſdem ſalutaris Pax, atque communis tranquillitas iterum reſtitui potuerit.

In præmiſſorum fidem quoque Patentes iſtæ Litteræ ſigillis ſingularium aliquot ex noſtro medio Perſonarum, loco & nomine omnium III. noſtrorum Ordinum Regni huius, Sub Vtraque, munitæ, obſignatæ, & confirmatæ ſunt. Actum in arce Pragenſi, die Sabbathi poſt Ferias Pentecoſtes & miſſionem diuini Flaminis, h. e. 9. Junij, A. C. M.DC.XVIII.

## CAPVT XIII.

### *CAESAREAE M. AD APOLOGIAM, ET EPISTOLAM APOLOGETICAM BOHEMICORVM ORdinum reſponſio, ſub Dato 18. Iunii A. C. M. DC. IIXX.*

MATTHIAS &c. Generoſi, Strenui, perdilecti fideles &c. Veſtras ad nos, ſub Dato Sabbathi poſt Aſcenſionis Anni huius M. DC. IIXX. exaratas litte-

## CAPVT XII.

# PROSCRIPTIO PATRVM SOCIETATIS IESV EX REGNO BOHEMIAE.

*Ieſuitarum ex Bohemia proſcriptio.*

NOs Domini, Equites, Pragenſium, Kuttenbergenſium, aliorumque Ordinum Delegati, omnes III. Regni Bohemiæ confœderati vnitique Ordines Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti Sub Vtraque percipientes, Bohemicam confeſſionem amplectentes, & iam in regia arce Pragenſi congregati &c. notum eſt Vniuerſis & ſingulis, in quibus periculoſis anguſtijs laudatiſsimum hocce Regnum Bohemiæ aliquot nunc per annos, quib. hypocritica ſecta Ieſuitica in idem hocce regnum introducta fuit, aſsidue verſatum fuerit, & quam periculoſi motus, modo dicta de cauſſa, nunc aliquoties exſtiterint, id quod nos Ordines, noſtri ſubditi, aliique inquilini huius regni, non abſque ſingulari moleſtia hactenus patienter ferre neceſſum habuimus. Cum autem re ipſa, ipſoque facto cognouerimus intemperiei iſtius vnicam cauſſam eſſe peſtiferam atque venenatam ſectam iſtam Ieſuiticam, quæ omnibus viribus eo dumtaxat & vnice adlaborat, quo pacto videlicet Romanam ſedem fulcire, omniaque regna atque Prouincias huius mundi ſibi ſubiugare poſſent; quæ media abſque vllo reſpectu Dei altiſsimi longe lateque vſurpare ſolent: glorioſiſsimos laudatiſsimoſque præterea mundi monarchas aduerſus ſe inuicem irritarunt, inter Ordines vnius cuiuſque Prouinciæ, præſertim diſsidentibus animis in Relligionis negotio, perniecioſas ſeditiones excitarunt, Magiſtratus erga ſubditos &, vice verſa, ſubditos contra Magiſtratus commouerunt, Regibus vnctiſque Domini, Deum Omnipotentem & propriam ſuam conſcientiam conſiderantibus, pernicioſaque venenatæ iſtius ſectæ conſilia non adprobantibus, multo minus ſequentibus, per ſicarios (quibus vitam æternam & liberationem ex Purgatorio pollicebantur) inſidias ſtruxerunt, amicos contra amicos concitarunt, per omnium peccatorum confeſsionem omnia cordium humanorum myſteria explorarunt, hominum conſcientias torſerunt, vt bonum vel malum faciendi, licet illud ipſum expreſſo Dei verbo repugnauerit, in dubium traxerint: exinde vero exemplo Templariorum, non ſane contemnendas mundi opes corraſerunt, politico Regimini in omnibus ferme clandeſtinis angulis ſeſe immiſcuerunt, & in genere docuerunt omneis Romano-Catholicæ Relligioni non addictos homines nulla fide dignos, eoſdemque tamquam hæreticos proclamarunt.

Quorum ſane inſidioſis fallacijs, dolis, atque technis cum primis Occidentalis Francia, Anglia, Hungaria, Tranſyluania, Venetiæ, Belgium, aliæque S. R. Imperij Prouinciæ &c. luculentiſsimum præbent teſtimonium. Idem quoque poſtea in hoc Bohemiæ regno attentarunt: vbi nos, poſt multas, procul dubio ex ipſorum inſtinctu, perpeſſas ærumnas, Chriſtianæ noſtræ Relligionis ergo, contra futuras eorumdem doloſas fallacias, litteras Maieſtatis à laudatiſsimæ memoriæ Imperatoreque glorioſiſsimo Rudolpho II. ſupra liberum Relligionis exercitium impetrauimus, & non minus cum ijs, Sub Vna, certa compacta, quo melius vtraque pars Relligionem ſuam abſque vituperationibus atque calumniis alterius partis profiteri & exercere poſſet, conſtituimus. Licet vero illud Cæſarea S. M. confirmauerit, & inter acta Prouincialis tabulæ, quo pacta vtrimque

S. M. Dominum noſtrum Clementiſſimum, Romanam Relligionem, Sub Vna, & eum illis pacta inita aliquid indecenter ſuſcipere ) non dumtaxat nos excuſatos habiturum, verum etiam vna nobiſcum omne illud, quod ad conſeruationem communium Priuilegiorum libertatumque noſtrarum, adeoq; vniuerſalis tranquillitatis & concordiæ pertinebit, contra omneis & ſingulos noſtros aduerſarios defenſurum & maſcule tuiturum. Qua de cauſſa etiam ad Cæſaream S. M. Dominum ac Regem noſtrum Clementiſſimum confugimus, ac aliam quamdam latiorem ampliorem qre Apologiam, quo vſq; id rei neceſſitas poſtulauerit, ſubiungemus, noſque tamdem coram omni mundo exeuſatos eſſe volumus. Actum in arce Pragenſi & vniuerſali noſtro Conuentu die Veneris poſt Aſcenſionis Chriſti, qui erat XXV. Maij ſtylo nouo, An. Chriſti M. D C. X V I I I.

## CAPVT XI.

## *ORDINVM BOHEMICORVM SVB VTRAQVE AD CAESAREAM MAIESTATEM EPISTOLA Apologetica, ſub dato 26. Maii, Anno Chriſti M. D C. XVIII.*

INVICTISSIME Glorioſiſſimeque Romanorum Imperator, ſemper Auguſte, Domine clementiſſime &c. A Deo Ter Optumo Maxumo Cæſareæ V. M. proſperā valetudinem, & ſupra nos, fideliſſimos Cæſareæ V. M. ſubditos feliciſſimum multos per annos imperium humillimo eum obſequio ex animo precamur. Quibus grauiſſimis ineuitabilibuſque de cauſſis præteritis hiſce diebus Guilielmum Slabatam, Smiſanskium, vt & M. Philippum Fabrum, tamquam perturbatores communis vtilitatis (quorum clandeſtinas pernicioſiſſimaſque fallacias, quibus nobis Maieſtatis litteras, ob liberum noſtræ Relligionis exercitium nobis ab Imperatore Rudolpho, P. M. Cæſareæ V. M. Domino fratre Germano ſuauiſſimo clementiſſime eoneeſſas, atque à Cæſarea V. M. itidem clementiſſime confirmatas, ſubtrahere, aliaſque res, pacta inter nos inuicem inita, Conuentus Prouinciales, defenſionem noſtræ Relligionis libertatumque noſtrarum concernentes maliuole impedire conati ſunt, ferre atque ſuſtinere diutius non quiuimus, ſiquidem ſi ipſorum intentiones exoptatam metam attigiſſent, & peſtilens eorumdem propoſitum Deus clementiſſimus non clementiſſime in tempore auertiſſet, nobiliſſimum florentiſſimumque hocce regnum tum procul omni dubio in extremam ruinam præcipitatum fuiſſet ) ceu fideles filii & amantes patriæ, pro ipſorum merito condigna pœna adfecerimus, & alios quoque eiuſdem farinæ ſeditioſos homines, ipſorum aſſeclas, pari modo plectere ſtatuerimus, id Cæſarea V. M. ex hiſce inſerta humillima relatione, & pro ſingulorum notitia diuolgata noſtra apologia pluribus copioſioribuſque percipiet. Iuxta illa Cæſaream V. M. quoq; latere noluimus, nos, probe conſideratis temporis huius periculoſiſſimis difficultatibus & propria noſtra neceſſitate, ad obuiandum in tempore hoſtium noſtrorum peſtiferis inſidioſiſque conatibus atque fallaciis

 (quibus

delibus noſtris, in arcis Pragenſis, Regiæ noſtræ Reſidentiæ Cancellaria Bohemica vbi ſummus Reſpectus,&tutiſſima erat ſperanda Securitas,hiſce, & ſequentibus aliquot diebus actitatum fuerit.

Quum vero hæc omnia ſub titulo, quaſi Maieſtatis litteræ, & liberum, SVB VTRAQVE, Religionis exercitium tolli debeant, facta fuerint: ideo litteris hiſce patentibus vos neutiquam latere voluimus, nos, vti numquam percipere poteritis, ad ſublationem earumdem Maieſtatis litterarum, & vtrimque SVB VNA, & SVB VTRAQVE, factæ Compoſitionis, quicquam attentaſſe, multo minus aliis, ex Ordinibus noſtris Bohemiæ regni ad idem faciundum, permiſiſſe: numquam enim nobis aliud quicquam in mentem venit, neque etiamnum aliter adfecti ſumus quam vt Ordines, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, tueremur, corumdemue priuilegia, libertates, Maieſtatis litteras, Decreta Conuentuum Prouincialium, aliaque vtrimque inita pacta ſarta tectaque conſeruaremus: ſi quis vero hancce noſtram mentem præconceptamque ſententiam aliter explicaturus eſt, is coram Deo ac vniuerſo mundo nobis ſummam fecerit iniuriam. Confidimus igitur perfideles Ordines Regni noſtri Bohemiæ nulli mortalium, ſi forſitan quiſpiam iſtiusmodi de nobis falſos rumores ſparſerit, fidem vllam habituros, multo minus de nobis tale quidpiam ſuſpicaturos.

Licet vero nobis nihil foret gratius & acceptius, quam vt quamprimum perſonaliter ad noſtram Regiam Sedem, ac fideles noſtros ſubditos omnium III. Ordinum & inquilinorum Regni noſtri Bohemiæ, peruenire, omneſque de hoc arduo negotio exortas lites atque controuerſias rite ac decenti ordine, auxiliante nobis diuina gratia, iterum componere poſſemus: nihilominus tamen cum, tam aduerſæ valetudinis noſtræ, quam aliorum grauiſſimorum, quæ nobis incumbunt, negotiorum cauſſa pro tempore adhuc præpediamur, iccirco abſque vlla mora certos, auctoritate & exiſtumatione graues & præſtantes viros, ad tollendam componendamque iſtam controuerſiam, conſtituemus.

Interea tamen quum nullus hoſtis, (qui nobis tamquam Regi Bohemiæ, omnibus III. Ordinibus, & inquilinis modo dicti noſtri Regni Bohemici damnum detrimentumue inferre poſſet, cuius gratia, ex præſcripto articuli conſtitutionis Prouincialis, ad Prouinciarum defenſionem, præparationes bellicæ inſtitui oporteat) in promptu ſiet: & omnis moleſte grauatus, quiſquis etiam ille ſiet, ordinario proceſſu iuris, ex præſcripto Priuilegiorum Prouincialium, Maieſtatis litterarum, libertatum, Prouincialiumque Conſtitutionum, vti frui poſſet, nemo vero in cauſſa ſua propria iudex eſſe debeat, qua in re, vt nemini fiat iniuria, omnibus & ſingulis protectionem noſtram Cæſaream pollicemur: iccirco clementiſſime vobis mandamus, & volumus, vt conſcriptas veſtras militares copias, ad præcauenda maiora damna & ſumptus, tum ad euitandam ſummam perniciem & egeſtatem miſerorum priuatorumque hominum, Sacramento iterum abſoluatis & dimittatis, maiores vires non adquiratis, omnes inquilinos, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE, neque verbis, multo minus ipſo facto inter ſe inuicem lædere permittatis, ſed vt pacifice viuant, alterque alterum in minimo etiam non offendat, prouideretis: & tandem, tamquam fideles Ordines, in priſtina obedientia & obſequio fideliter conſtanterque perſeueretis.

F Quam-

Quamprimum etiam conſcriptas militares copias in Regno noſtro Bohemiæ iterum dimiſeritis, & ſubditorum inquilinorumque Prouincialium poſtulationem intermiſeritis, tum & nos quoque noſtrum militem, quem, vobis nos ad id impellentibus, conſcripſimus, Sacramento nobis præſtito abſoluemus, & abſque vlla mora iterum dimittemus: ſiquidem omnibus noſtris perdilectis ac fidelibus ſubditis in effundendis ſumptibus & ſuſtinendis ærumnis, quæ plerumque bello exoriri ſolent, omnibus modis parcere volumus.

Sin vero, contra omnem noſtram ſpem & expectationem, clementiſſimam paternamque noſtram adhortationem, æqua legitimaque noſtra mandata Cæſarea, militares Veſtræ in Regno noſtro Bohemiæ conſcriptæ copiæ & Prouincialium poſtulatio non dimitti debeant; aliud nihil exinde colligere & cognoſcere poſſumus, quam quod conſtitutiones, Iura, & æquitates poſtponi velint: quo facto etiam inuiti cogeremur, adſiſtente & auxiliante nobis diuina gratia, per quam, ceu legitimus Rex & Dominus, vobis ordinatio legitimoque modo præpoſiti ſumus, eiuſmodi media arripere, quibus reſpectus noſter Cæſareus, ſummaque in terris auctoritas legitime tueri atque conſeruari poſſit. Cumque quilibet facile ſecum colligere & perpendere queat, quam pernicioſæ incommoditates, periculoſæ anguſtiæ, & quærimoniæ miſerotum hominum ex bello & ſeditionibus exoriantur: icciteo coram DEO TER OPTVMO MAXVMO, ac omni mundo teſtatum volumus, nos ad iſtiuſmodi intemperiem nullam vmquam cauſſam, anſam, neque occaſionem præbuiſſe. Vice verſa vero omnibus & ſingulis, Cæſareo-Regio mandato noſtro obtemperantibus, inquietosq; ac ſeditioſos homines (ſi qui forſitan à mandato hocce noſtro Cæſareo, contra omnem ſpem expectationemque noſtram, adeo paterne adhortari noluerint) cane peius & angue, vti veteri habetur in prouerbio, deuitantibus omnem noſtram Cæſareo-Regiam gratiam, tutelam, atque protectionem clementiſſime pollicemur. Viennæ I IXX. Iun. A. C. M.DC.IIXX.

## CAPVT. XV.

### EIVSDEM CAESAREAE MAIEST. AD DOMINOS ELECTORES EPISTOLA, BOHEMIAE *Ordines concernens, ſub Dato vlt. Iun.*

NOS MATTHIAS &c. Quibus de cauſſis, ob in noſtro Regno Bohemiæ, atque adeo noſtra in Regia Reſidentia, & arce Pragenſi, non ita pridem exortum motum, & ſubſequuram aliam pernicioſiſſimam intemperiem, Cæſareas noſtras Patentes litteras per S. R. Imperium diuolgari curauerimus, id ex inſertis exemplaribus copioſioribus cognoſcere poteritis. Clementiſſime ieeireo vobis mandamus, vt modo commemoratas noſtras Parentes litteras in noſtra & S. R. Imperii libera eiuirate Colonia, aliiſque locis, vbi alias iſtiuſmodi res, ad cuiuſcunque notitiam atque monitionem, publicari ſolent, ad valuas publice adfigatis, ſummoque ſtudio eo potiſſumum incumbatis, vt quoque Patentes iſtæ litteræ noſtræ Cæſareæ, pro decenti more & æquitate, vi noſtrarum & S. R. Imperii Conſtitutionum, abſq; vlla mora atque tergiuerſatione ipſo facto exequantur,

tur, iiſdemue per omnia debita obedientia præſtetur: Atque in hoc Clementiſſimam noſtram voluntatem exequimini: Nos vero Cæſarea noſtra gratia impoſterum, vti & hactenus, vobis ſemper bene cupimus. Viennæ vlt. Iun. An. Chriſti M.DC.IIXX.

## CAPVT XVI.

### EIVSD. C. M. PATENTES LITTERAE, AD S.R. IMPERII *Electores & Principes, Militarium Copiarum dimiſsionem concernentes.*

NOS MATTHIAS &c. Notum facimus vobis omnibus & ſingulis S.R. Imperii Septemuiris, & Principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus &c. Manifeſtum atque cognitum procul omni dubio vobis, atque adeo omnibus in & extra S.R. Imperium erit, qualis videlicet motus atque ſeditio paullo ante, XXIII. videlicet die Maii, in propria etiam noſtra regia reſidentia & arce Pragenſi, nobis, Legitimo ipſorum rege, abſentibus, exorta, & quam indigne noſtri in regno noſtro Bohemiæ conſtituti, atque poſt nos relicti vicarii, officiales, aliique regii miniſtri habiti & tractati fuerint. Quum icciro de fide digniſſimis Viris percepimus, cottidianæ etiam aduentantes relationes ſatis ſuperque teſtentur, prædictos noſtros regni Bohemiæ aduerſarios (qui in hoſtilibus ſuis attentatis, reiecta atque poſtpoſita noſtra clementia & manſuetudine, quam ipſis tam in obſignatis, quam patentibus litteris Cæſareis non vna dumtaxat vice manifeſtauimus, & omnia ſaluberrima media, ad compoſitionem ſublationemque iſtius exortæ intempeiei, aliquoties propoſuimus.) in pertinaci ſuo propoſito indies magis magiſque pergere, &, ad peragendam ſuam in ludibrium atque contemptum Cæſareæ noſtræ auctoritatis, præeminentiæ, atque Iuriſdictionis vergentem intentionem, omnibus ferme in locis, immo in ipſo etiam S.R. Imperio, eiuſdemue Electoratibus, Principatibus, Prouinciis, Ciuitatibus, villis, Pagis, Magiſtratibus & ditionibus, tam equites peditesque conſcribere. Cum vero, pro vt Sereniſſimæ Veſtræ Dilect. minime ignorant, iſtiuſmodi modo commemoratæ militarium Copiarum lectiones & conſcriptiones, in noſtris & S.R. Imperii ſaluberrimis conſtitutionibus, eumprimis vero Anni M.D.LXX. Receſſu, abſque noſtro, tamquam Regentis Romanorum Imperatoris, ſummiq; capitis, præſcitu, conceſſis litteris Patentibus Cæſareis, præſtitaque conſueta decentique cautione, aliiſque neceſſariis requiſitis, omnino prohibeantur: icciro mandamus Vobis ſingulis & Vniuerſis ex poteſtate auctoritateque noſtra Cæſarea, vt in prædictis Veſtris Electoratibus, Principatibus, Comitatibus, Prouinciis & ciuitatibus, omnibuſque Veſtris ſubditis & inquilinis, cuiuſcumque ſtatus atque dignitatis etiam illi ſient, commemoratas ante Bohemorum militares conſcriptiones, diribitoria, liberoſque tranſitus, abſque exhibitione noſtrarum Cæſarearum litterarum Patentium, Conceſſionum, aliorumque in ante dictis S.R. Imperii receſſibus neceſſariorum conſuetorumque requiſitorum, omnino non concedatis, ſed abſque vlla mora ſeuere admodum prohibeatis, reali execu-

 tione,

Digitized by Google

tione, detentione, diſsipatione, abſque vllo vllius hominis reſpectu, conatibus iſtiuſmodi remoram iniiciatis, eoſdem reuocetis atque annulletis, idq; ſub pœna Cæſareæ noſtræ inclementiæ, & in commemoratis ante S. R. Imperii Conſtitutionibus atque Receſsibus præſcriptæ mulctæ. Volumus præterea, atque definitiua & ſeuera tamdem noſtra eſt ſententia, vt Cæſareis Copiis hiſce Patentibus, ceu Originali ipſi, plena fides habeatur, & de iſtis omnibus obſequioſiſsima exequutio præſtetur. Manifeſtum, porro, cognitumque quoque eſt quo pacto videlicet quidam noſtrorum ſubditorum in Regno noſtro Bohemiæ eo vſque audaciæ proceſſerint, vt etiam in noſtram Pragenſem arcem, Regiamque noſtram Reſidentiam, adeoque ipſam Cancellariam Bohemicam, ipſum Iuſtitiæ aſylum, in quo non immerito omnis reſpectus obſeruari, & quilibet tutus eſſe debebat, armata manu irruerint, ac inibi duos ex noſtris Vicariis vnumque Secretariũ, perdilectos noſtros fideles, inauditos, & abſque vlla vllius iudicis cognitione ſumma cum violentia appræhendiſſe, eoſdemve per feneſtras in profundam arcis foveam præcipitaſſe, &, ni ſingulari Dei prouidentia vita ſalua incolumes euaſiſſent ac ſeſe in tutum recepiſſent, procul omni dubio, ex præſcripto ipſorum Apologiæ, ipſorum furor atque immanis tyrannis innocentium fideliſſimorum noſtrotum vitæ neutiquam peperciſſet. Super hæc omnia & aliis quoque noſtris miniſtris & Conſiliariis inſidias ſtruxerunt, eoſdem ve tam bonis, quam honoribus ſuis priuarunt atque ſpoliarunt, XXX. Directores, Regentes, & Conſiliarios Prouinciales propria auctoritate inter ſe inuicem crearunt, omneis expeditiones, adeoque totum ferme imperium ad ſe pertraxerunt, arci peregrinam conſcriptam cuſtodiam impoſuerunt, priores præſidiarios vero nouo Sacramento ſibi obligarunt, ſupremum Regni Bohemici Burggrauium arreſto detinuerunt, eumdem præ ſuis foribus certa militum manu cuſtodiuerunt, exitu vrbis, quemadmodum & alios abſentes Vicarios, prohibuerunt, &, ad Citationes noſtras Cæſareas, comparere eidem abſolute, cæteris inquilinis autem abſque ipſorum, Ordinum, conſenſu, interdixerunt, Eccleſiaſtica Collegia, contra Conuentus Prouincialis expreſſum textum, atque Decretum Ordinum tam Sub Vna, quam Sub Vtraque, abrogarunt, ipſis tabulæ Prouinciali incorporata bona de facto ſubtraxerunt, ex Regno in perpetuum proſcripſerunt, per inconuenientes fictaſque informationes non ſolummodo noſtras fideles Prouincias atque ſubditos, verum etiam noſtri ac S. R. Imperii Electores & Principes contra nos irritare, immo prorſus à nobis diuellere conati ſunt, editam ſuam Apologiam multis cõtumaciis inconuenientiiſque ornarunt, Regiæ ac Prouinciali Contributioni manus iniecerunt, in iure Prouinciali cum Ordinum conſenſu conſtitutos ſupremos Quæſtores, Contributionumque iſtarum Collectores, ab officiis ſuis remouerunt, alios iiſdem ſubſtituerunt, peregrinum equitum peditumque exercitum, abſque noſtro, tamquam Bohemiæ Regis, prę ſcitu & voluntate, conſcripſerunt, Prouinciam, eiuſdemue inquilinos, cum introductione peregrini iſtius militis admodum dure onerarunt, & in armis ad ſiſtendum ſeſe, abſque vllo iure & poteſtate, per patentes litteras exhortarunt, ciuitatem noſtram Crummauienſem, tamquam bonum noſtrum hæreditarium, cum abrogatione atque remotione noſtrorum inibi à nobis conſtitutorum officialium, & Bohemicam Buduiſam extrema cum interminatione ſibi dedi poſtularunt, hac addita grauiſſima

crude-

crudeliſſimaque appendice, niſi deditio fieret, tum ſeſe eaſdem igni gladioque ita vaſtaturos, vt intra tridui temporis ſpacium ſcopis in vnum cumulum congeri debeat, inſuper nec infanti in vtero materno parſuros: illos ex Ordinibus vero, qui hanc intemperiem minime probarunt, ad confœderationem cum ipſis ineundam coegerunt, noſtras Patentes & in Bohemiæ Regni emolumentum ipſis tramiſſas Cæſareas litteras, quibus ipſos, ad armorum depoſitionem, vlteriorem militarium Copiarum conſcriptionem, & debitam nobis obedientiam clementiſſime adhortati ſumus, publicari prohibuerunt, diſtinctas noſtras litteras, fideliſſimas atque adeo paternas exhortationes, quod nimirum controuerſiam iſtam abſque exercitu & per decentia ordinariaque in iure conceſſa media tollere velimus, nauci æſtumarunt, Cæſareum noſtrum curſorem Veredarium, qui, tamquam ſummum noſtrum Regale, noſtra & S. R. Imperii grauiſſima negotia concernit, non vna dumtaxat vice interceperunt, litteras noſtras reſerarunt, & tamdem in Prouincialibus finibus aditus occuparunt, noſtris vero armata manu eoſdem occludere conati ſunt: Supra Priorem ſuam iterum nouam quamdam Defenſionem, Die Lunæ poſt S. Iohannis Baptiſtæ A. C. M. DC. IIXX. videlicet, conſtituerunt, in qua, inter alios articulos, illos à nobis indictos Conuentus Prouinciales, & eorundem vnanimem conſenſum, quibus etiam ipſi aliquoties interfuerunt, pro intolerabilibus & impoſſibilibus taxarunt, vice verſa tamen ipſimet grauiſſima onera Prouincialibus ſubditis impoſuerunt, & proprium noſtrum Dominium, ac bona Cameræ ad ſe pertraxerunt.

Porro quoque inter alia enormia mentionē faciunt, ipſorum exercitum ad defenſionem Prouinciæ ſpectare, noſtram vero, ceu ipſorum Regis atque Domini, militis lectionem, peregrinam eſſe, Prouinciali Conſtitutioni aduerſari, grauiſſima ſeueriſſimaque interminatione contra nos vtentes, ſin videlicet copiæ noſtræ progreſſuræ ſient, quod tum omnia monaſteria & clerici in vniuerſa prouincia ab ignobili vulgo hoſtiliter inuadi poſſint, cui malo ſeſe non dumtaxat non reſiſtere poſſe, ſed multò potius ob id excuſatos eſſe velle. An igitur hæc omnia nobis & prouinciis, vti de ſe gloriantur, in emolumentū, & non potius in Cæſareæ noſtræ auctoritatis atq; reputationis ludibrium contemptumve, adeoque totius Regni extremam perniciem & damnum vergant, illud cuilibet ſanæ mentis prudenter diiudicandum relinquimus.

## CAPVT. XVII.

### *ALIA EIVSDEM CAESAR. M. AD ORDINES BOHEMIAE, TRAMISSAS LITTERAS PATENTES concernens, epiſtola, ſub dato Viennæ IOANNIS Baptiſtæ.*

GENEROSI, HONESTI, prudentes, perfideles dilecti &c. Nos proprio Curſore ex Dominorum, Equitum, Ciuiumque Ordinibus, SVB VTRAQVE, tum temporis congregatis perſonis epiſtolam, penes Cæſareas illas patentes litteras, quæ in noſtro regno publice adfixæ fuerunt, tramiſimus: cum-

que nullum ipſorum reſponſum receperimus, ſecundum quoque curſorem cum litteris, & incluſis copiis, ad illas perſonas, quæ ex omnibus Ordinibus proxime elapſo die Lunæ congregatæ eſſe debuerunt, ablegauimus: ex quibus II. Epiſtolis vos noſtram clementiſſimam Voluntatem, paternamque curam, quo pacto videlicet tota iſta controuerſia abſque vllis præparationibus bellicis iterum vel componi, vel prorſus omnino tolli poſſet, procul omni dubio pereepiſtis. Interea autem ex fide digniſſimorum hominum relatione cognoſcimus, Comitem à Thurn/ cum exercitu ſuo ciuitati Buduiſæ adpropinquaſſe, conſuli ac Senatoribus iſtius Reipub. ſcripſiſſe, & per delegatos ſuos (quemadmodum etiam ſubditis noſtris Crummauienſibus, ſignificaſſe, quod noſtras militares copias, vrbi in præſidium atque cuſtodiam impoſitas, dimittere, & vrbe excedere deberent, ni dicto audientes eſſent, ſeſe etiam infantem in materno vtero trucidaturum: quod tamen neque illi, neque aliecui alii, vt videlicet adeo rigide perfideles noſtri ſubditi tractentur, conuenit, ferre etiam, multo minus concedere illud diutius poſſumus. Quocirca omnem noſtrum equitum peditumque exercitum luſtrare ſinimus, hocque cum expreſſo mandato, quod abſque vlla remora atque cunctatione in Regnum noſtrum Bohemiæ ſecedat, & perfideles noſtros ſubditos contra illos, qui ipſos, ſub noſtro titulo ac nomine, offendere conentur, protegat & defendat. Id quod vobis tenore Præſentium ſignificare voluimus, quo maturius malum, quod inde exoriri poſſit, perpendatis, & potius à veſtro propoſito, per paternam hancce noſtram exhortationem, abſtineatis, quam vt noſtri Bohemiæ, veſtrorum ipſorum, & Subditorum veſtrorum pernicies, eiuſdemue auctores & impulſores eſſe velitis. Viee verſa vero perdilecti noſtri ſubditi, qui ſeſe motibus iſtis minime immiſcuerunt, certi ſient, quod ipſos alioſque per haſce noſtras militares copias etiam in minimo lædere neutiquam permiſſuri, ſed multo potius eoſdem protecturi atque clementiſſime defenſuri ſimus. Et hæc ad inſtructionem veſtram vos minime celare voluimus. Viennæ ipſo die Ioannis Baptiſtæ A.C. M. DC IIXX.

## CAPVT XIIX.

### *ORDINVM BOHEMIAE, AD CAESAREAS ISTAS Litteras Reſponſio, ſub Dato Praga 30. Iun. A. C. M. DC. IIXX.*

INVICTISSIMæ atque Clementiſſime Romanorum Imperator &c. A Deo Ter Optumo Maxumo Cæſareæ V. M. omnem proſperitatem humilimo cum obſequio optamus. Eo ipſo tempore, quo hunc curſorem, cum incluſiua iſta omnium III. Dominorum Regni huius Bohemiæ Ordinum reſponſione, aliiſque rebus, ablegaſſemus: alia à Cæſarea V. M. ad nos exarata epiſtola, ſub Dato Viennæ, proxime elapſo die Mercurii, nobis fuit reddita: ex quibus percepimus, quod Cæſarea V. M. (potiſſimum ea de cauſſa, quod Dominus Comes à Thurn/ non contemnendo ſane exercitu Buduiſæ adpropinquauerit, ipſoſque Buduiſenſes grauiſſima interminatione terruerit, vt vrbe excederēt, vel, ſin hoc facere recuſarent, ipſum eos vi ad illud compulſurum &c.) conſcriptum exercitum

ſum luſtrare, eumdemue in Regnum Bohemiæ mittere decreuerit, hac addita clauſula, quot quantæque periculoſæ pernicioſæque res ex eo ſequuturæ ſient.

Quocirca, clementiſſime Imperator, Rex, atque Domine, Cæſaream V. M. humillimo cum obſequio rogamus, vt primum hancce omnium III. Ordinum adiunctam reſponſionem clementiſſime admittere, & de eadem maturam deliberationem inſtituere clementiſſime non dedignetur: quo facto, procul omni dubio Cæſarea V. M. ex omnibus hactenus Cæſareæ V. M. tramiſſis rebus clementiſſime cognoſcet, hancce defenſionem, à Dominis Ordinibus inſtitutam, non contra Cæſaream V. M. ſed vice verſa, pro eadem, & ad legitimam defenſionem huius Regni, Bohemiæ, noſtrarum coniugum & liberorum eſſe ſuſceptam, adeo vt nulla prorſus neceſſitas requirat, quod Cæſarea V. M. aliquot militares copias conſcripſerit, eaſdemue in hoc regnum, ad iſtius ſummam perniciem atque interitum, mittere decreuerit. Ad Buduiſenſes vero, tamquam huic regno incorporatam ciuitatem, quod attinet, Cæſaream V. M. in ipſa rei veritate certiorem reddere poſſumus, Comitem à Thurn/ in proprium ipſorum emolumentum, ex Ordinum mandato, moderate admodum cum ipſis tractaſſe, ne videlicet externus atque peregrinus miles forſitan ab ipſis detineretur, potiſſimum quod illud in Conſtitutionibus ac decretis Conuentuum Prouincialibus regni huius Bohemiæ ſeuere ſiet prohibitum, ſed multo potius vt eumdem dimitterent, hac adiecta pollicitatione, ſin hoc fieret, nullum ipſum (Comitem) vrbi præſidium ex noſtro exercitu impoſiturum. Poſtquam vero illud ipſum facere recuſaſſent, & hoc ipſo facto ſeſe pro hoſtibus Prouinciæ declaraſſent, aſperiora ſane verba, de quo tamen, iſtis præſertim in caſibus, nemo miretur, ipſis data ſunt: nihilominus tamē Dominus Comes iſte ipſis minimum etiam detrimentum inferre noluit; id quod exemplo Crummauienſium apparet, quorum nulli, cum, Comitis dicto audientes, peregrinun militem dimiſiſſent, vnicum etiam damnum illatum, neque ipſorum vrbi externum peregrinumue aliquod Præſidium fuit impoſitum. Ex quibus omnibus Cæſarea V. M. clementiſſime poterit colligere, quod hoc tempore, nulliſque legitimis cauſſis exſiſtentibus, in Buduiſienſium gratiam, ipſorumque lenem admodum forſitan relationem, peregrinus miles in hoc Regnum introduci debeat.

Quamuis autem minime dubitemus, noſtros huiuſque Regni hoſtes Cæſaream V. M. per dies nocteſque, eo deducturos, modo vt voluntas ipſorum expleatur, & peregrinus exercitus in hoc Regnum introducatur: nihilominus tamen humillime confidimus (pro quo etiam Cæſaream V. M. nomine omnium III. Ordinum obſequioſiſſime rogamus) Cæſaream V. M. ad ipſorum pernicioſiſſima conſilia minime ſe commoueri paſſuram, multo minus iiſdem aſſenſuram, penes enim ante commemoratam deſignationem, quam Domini Ordines epilogo Suæ Reſponſionis inſeruerunt, nos porro etiam Cæſaream V. M. celare nolumus, quod hactenus, diuina nobis adſiſtente gratia, noſtro negotio adeo prouide inuigilauerimus, vt etiam nemo ex illis Sub Vna in minimo quoq; læſus fuerit.

Sin aūt à Maieſt. V. C. aliquot militares copiæ, cōtra cōſtitutiones Prouinciales & Decreta Prouincialiū Conuentuū, introduci debeāt, timemus ſane, ꝙ ignobile vulgus in omnibus III. Ciuitatibus Pragenſibus, vt & in Circulis, quamprimum

mum etiam quicquam horum perceperit, omnia monaſteria, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, hoſtilirer inuadere audeat: cui quidem, vti mallemus, reſiſtere, perquam graue nobis futurum eſſet, & eo ipſo facto (quod tamen malum Deus Ter Optimus Maximus clementiſſime auerrunceato) forſitan multus innocens ſanguis profundi poſſet: pro qua dein innocentis ſanguinis profuſione non huius Regni Ordines, ſed potius ille, qui peregrinum exercitum in hoc Regnum introduxiſſet vel miſiſſet, rationem reddere tenebitur: Maius quoque exinde metuendum foret periculum, ſi videlicet Ordines in hiſce ineuitabilibus & coactis, ad contrariam defenſionem, neceſſitatibus contra militares iſtas copias externa auxilia & Protectionem quærere neceſſum habeant: id quod Cæſarea V. M. clementiſſime, iterum, atque iterum, perpendere ne dedignetur. Iterum tamen humillima cum obſeruantia confidimus, Cæſaream V. M. ob paucas quaſdam perſonas & malos conſiliarios, tamquam horum, fururorumque malorum auctores, Conſilium mutaturam, neque, ad maiores forſitan motus anſam occaſionemque daturam: Eamdem diuinæ Protectioni humillime commendantes. Dabantur in Pragenſi arce, Sabbathi XXX. Iun. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XIX.

### *PLENARIA CAESAREAE M. AD DISTINCTAS BOHEMIAE ORDINVM LITTERAS, RESPONSIO ſub dato Viennæ 9. Iul. Anno Chriſti M. DC. IIXX.*

MATTHIAS &c. Generoſi, Strenui, perdilecti fideles &c. Binas Veſtras Literas, quarum vnæ XVII. alteræ XXX. proxime elapſi Iunii die datæ erant, vna cum, ſupra priorem, contra nos inſtituta veſtra defenſione, per proprium veſtrum curſorem accepimus, ex quibus, ſupra omnes noſtras paternas exhortationes & fideles inculcationes, percepimus, quod non dumtaxat modo commemoratæ noſtræ paternæ admonitiones, declarationes & mandata apud vos locum nullum inuenerint, verum etiam, viceverſa, multi graues ſane, atque adeo intolerabiles prorſus articuli eidem veſtræ epiſtolæ immixti fuerint, cumprimis periculoſæ comminationes & proteſtationes, quod videlicet (ſin forſitan à nobis conſcriptus exercitus in Bohemiæ Regnum, contra Prouinciales conſtitutiones & Decreta Prouincialium Conuentuũ, introduci debeat) timeatis, ignobile vulgus in omnibus III. Pragenſibus Ciuitatibus & circulis omnia monaſteria & Eccleſiaſticos homines hoſtili modo inuadere auſit, & licet malum iſtud præcauere velitis, illud tamen vobis impoſſibile futurum eſſet: item quod propter innocentis ſanguinis metuendam profuſionem non vos, ſed is, qui peregrinum militem in Prouinciam veſtram introducturus eſſet, rationem reddere teneatur.

Quamuis vero de fidelibus noſtris ſubditis iſtiuſmodi conatus minime ſperemus, multo minus inducamur, quod huiuſmodi Chriſtiano nomini indigna facta ipſis in mentem venire debeant, cumprimis quod nullam certam cauſam prætendere poſſint, nos quoque fideles noſtros ſubditos lædere in animum

mum numquam induxerimus, ſed dumtaxat irrequietos patriæ perturbatores pro ipſorum merito punire velimus, idque non per peregrinum, ſed in noſtro Regno & Prouinciis, tum etiam in S. R. Imperio conſcriptum inquilinum militem. Nihil quoque gratius acceptiuſue nobis contigiſſet, neque etiamnum contingeret, quam vt hiſce omnibus ſuperſedere potuerimus, quemadmodum vos etiam mox ab initio ad exoptatam pacem adhortati ſumus, tamdiu etiam nullas militares copias conſcripſimus, quouſque vos ipſi arma arripuiſtis &, bellum, ſubſequutamque innocentis ſanguinis profuſionem pacificis tranquilliſque mediis prætuliſtis. Cum igitur, vobis ipſis auctoribus. eo vſque peruenire oportuerit, & apud vos adeo paternæ atque clementiſſimæ noſtræ admonitiones re ipſa nullum locum in uenerint, iccirco Deus Ter Optumus Maxumus nobis eiuſmodi media clementiſſime largietur, quibus innocentes Eccleſiaſtico-politicos ſubditos defendere, atque ſub vmbra alarum noſtratum protegere poſſimus: imprimis cum eiuſmodi attentata omni Rationi, ipſi etiam naturæ, Decretis Conuentuum Prouincialium, omnibus conſuetudinibus, Iuribus, conſtitutionibus Prouincialibus, & compoſitioni inter eos Svb Vna, & Svb Vtraqve, Litteriſque Maieſtatis Veſtris è diametro repugnent, aduerſentur, atque adeo à nullo ſanæ prudentiſque mentis viro probari laudariue queant.

Ad perturbatores deſtructoreſque pacis quod attinet, quos in ius vocare nolitis, ſed re ipſa, pro ipſorum merito, puniri caſtigariue petatis: æquum illud æſtumamus, & iſtiuſmodi tranſgreſſores Iure plectere noſtra ſtat ſententia. Quum vero, ex præſcripto omnis Rationis, iuriumque naturalium efficacia, nemo pro iſtiuſmodi hominibus haberi poſſit & debeat, priusquam de hiſce audiatur, conuincatur, & condemnetur; iccirco heic terminus hæreat: Vice verſa vero Priuilegia veſtra, iura, atque conſtitutiones Prouinciales ipſimet tolletis, & pernicioſum admodum exemplum ſupra voſmetipſos, veſtros liberos & poſteros introducetis, id quod nos quoque, tamquam legitimus veſter Rex, qui pro Conſtitutionibus Prouincialibus, & Priuilegiis Veſtris iuramentum præſtitit, nullatenus probare, neque ad iſtas inconuenientias ſilere omnino poſſumus. Cumque in epilogo Veſtro eiuſmodi minas ſpiretis, quod nimirum extra Regni limites peregrina auxilia & protectionem contra noſtras vireis implorare neceſſum habeatis, illud ipſum omnibus in rebus iam modo ipſo facto præſtitiſtis: aſt certa infallibilique ſpe lactamur, nullum Chriſtianum Magiſtratum Veſtram intemperiem adprobaturum, imprimis cum cuilibet metuendum, vt ſub eodem prætextu ſimile, vel deteſtabilius etiam quiddam, à ſubditis ſuis experiri oporteat. Et hoc, loco Reſponſionis, vos, ad veſtram ad nos datam epiſtolam, latere noluimus. Viennæ 9. Iul. An. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XX.

## *ORDINVM BOHEMIAE, AD LITTERAS CAESAREAE M. CONTRARIA EPISTOLA, SVB DATO Pragæ 19. Iul. A. C. M. DC. IIXX.*

POTENTISSIME Inuictiſſimeque Romanorum Imperator &c. Cæſareæ V. M. Litteras, ſub dato 19. Iulii, proxime elapſo die Veneris, XIII. huius, acce-

 pimus.

pimus. Ad haſce Cæſareæ V. M. quam primum reſpondiſſemus: aſt Sereniſſimus Dominus Elector Palatinus Rheni inſignem quamdam legationem ad nos ablegauit, & neceſſaria, Cæſareæ V. M. huic Regno, adeoque vniuerſo Rom. Imperio admodum conducibilia negotia proponi curauit: quemadmodum etiam eius rei gratia ad inclytum Celſiſſimumque Dominum Septemuirum Saxoniæ noſtros Legatos miſimus, eiuſque reſponſionem ſingulas per horas auidiſſimo animo expectamus. Ex hac, aliiſq; ineuitabilibus de cauſſis ſubiectiſſimæ noſtræ Reſponſioni mora iniecta eſt, cuius tantillæ morulæ gratia Cæſarea V. M. gratioſiſſime nos excuſatos habeat.

Quamprimum igitur iſtas Cæſareæ V. M. ad nos exaratas Litteras debita cum Reuerentia accepiſſemus, ex iis ſemper lætum aliquod Remedium eorum, (quæ hactenus, inſtinctu malorum deprauatorumque aliquot Conſiliariorum, Cæſareæ V. M. Ordinum, SVB VTRAQVE, huius Regni hoſtium, in ludibriū Cæſareæ V. M. huiuſque Regni ſummum extremumque excidium & interitum ſuſcepta ſunt) ſperauimus: aſt, proh dolor, contra omnem ſpem & expectationē noſtram, experiri neceſſum habemus, quod Cæſarea V. M. etiamnum paucas dumtaxat aliquot perſonas infidelium pernicioſorumque Conſiliariorum magis, quam vniuerſos Ordines, SVB VTRAQVE, Cæſareæ V. M. obſequentiſſimos ſubditos, quemadmodum & alia diuerſis ex locis communicata ſaluberrima Conſilia, foueat: econtra vero noſtra omniumque Ordinum SVB VTRAQVE, fideliſſima monita aduerſus propriam noſtram mentem intentionemque aliter explicet, pro comminatione æſtumet, idque ea potiſſumum de cauſſa, quod ſcilicet in nuperis ad Cæſaream V. M. datis Litteris mentionem fecerimus, ſi videlicet Cæſarea V. M. peregrinum quemdam exercitum in hoc Regnum introducere velit, tum vulgus ignobile monaſteria Eccleſiaſticoſque alios homines hoſtiliter inuaſurum, vbi ob innocentis ſanguinis profuſionem non nos, ſed multo potius is, qui peregrinum militem in Regnum hocce introduxiſſet, rationem reddere teneatur.

Illud vero ſincero obſequentiſſimoque ex amore erga Cæſaream V. M. tam ad oſtentationem beniuolentiſſimæ inclinationis, quam Ordines SVB VTRAQVE, erga Ordines SVB VNA, gerunt (quod ſcilicet ipſorum perniciem non exoptent, ſed, vice verſa, in Chriſtiana charitate atque Concordia cum illis viuere malint) factum eſſe omni aſſeueratione teſtamur. Verum enimvero Ordinum, SVB VTRAQVE, huius Regni, repetita ante ſaluberrima Cæſareæ V. M. humillime propoſita media proh dolor locum nullum inuenire potuerunt, verum econtra hoſtiles in hoc Regnum inuaſiones ſeueriſſime nobis interminantur: quum tamen multo potius ſperauerimus Cæſaream V. M. per alia conducibiliora remedia totam iſtam controuerſiam ad exoptatum finem perductam, cumprimis quum Cæſarea V. M. noſtra Priuilegia, libertates, Maieſtatis Litteras, Prouincialium Conuentuum Decreta, & Ordinum SVB VTRAQVE, cum illis SVB VNA compoſitionem labefactare, multo minus tollere noluerit, ſed, vice verſa, auctoritate & exiſtimatione inſignes præcellenteſque Viros conſtituere voluerit, qui omnia in hoc Regno acta & actitata, loco Cæſareæ V. M. amice componerent. Quocirca Ordines hactenus indubiam infallibilemque ſpem conceperant, ipſorum grauamina hoc modo ſublata fore: aſt reipſa experimur

rimur Cæſaream V. M. contra priorem ſuam clementiſſimam intentionem in vltimis hiſce litteris & hoc addi iuſſiſſe, quod videlicet dumtaxat perturbatores Patriæ, non quidem externo, ſed inquilino, in hoc Regno & S. R. Imperio, aliiſque Cæſareæ V. M. Prouinciis conſcripto milite caſtigare velit, quæ verba & ſeueras admodum comminationes, ex inſtinctu malorum Cæſareæ M. V. Conſiliariorum factas, liberi Ordines huius Regni SVB VTRAQVE, minime ſunt promeriti, quod videlicet, pro fideliſſimis obſequentiſſimiſque, cum oblatione Corporum & ſanguinis ſui proprii, Cæſareæ V. M. & toti laudatiſsimæ domui Auſtriacæ, fortunato infortunatoque tempore exhibitis beneficiis, meritis & officiis iſtiuſmodi gratiam iam reportare debeant: Rogant igitur Cæſaream V. M. iidem fideliſsimi Ordines, ne pro perturbatoribus Patriæ habeantur, ſed multo potius pro fidelibus ſynceris Bohemis, diuinæ veritatis amatoribus, Cæſareæ V. M. obſequentiſsimis ſubditis, & Patriæ dilectiſsimæ protectoribus contra omnes Prouinciarum vaſtatores, qui tam antea, quam etiamnum hodie cum infidelibus corruptiſsimiſque ſuis Conſiliis Cæſareæ V. M. Ordinum, huiuſque Regni extremam perniciem ſectantur atque meditantur, quem in finem etiam, vt videlicet hoc Regnum bello petatur, omnes ſuas actiones & conſilia eo conuertunt.

Quod autem Cæſarea V. M. nullo peregrino, ſed in hoc Regno, aliiſque, Cæſareæ V. M. ac S. R. Imperii Prouinciis conſcripto exercitu punire velit, eo ipſo mali conſiliarii, hoſtes noſtri, rectum intellectum Cæſareæ V. M. ſupra conſtitutionem Prouincialem præſtiti Iuramenti inuertendo deprauant, immo modo dictam Conſtitutionem Prouincialem turpiter ac malitioſe corrumpunt, illudque exinde extorquere volunt, cum Cæſareæ V. M. exercitus in eius atque S. R. Imperii Prouinciis conſcriptus fiet, ideo Cæſareæ V. M. eſſe licitum, vt hoc Regnum hoſtiliter inuadat, eiuſque ſubditos miſeros peſſumdet.

Quæ tamen conſequentia ipſis minime conceditur, inuerſa ſiquidem iſta ipſorum interpretatio Cæſareæ V. M præſtito Iuramento è diametro repugnat, illud enim neutiquam requirit quod Cæſarea V. M eum in eiuſdem, & S. R. Imperii Prouinciis conſcripto milite Regnum hocce, eiuſdemue miſeros ſubditos vexare, & Ordines per ſeuera iſtiuſmodi media punire, ſed, vice verſa quod vniuerſam Regni Bohemiæ communionem, eiuſdemque Conſtitutiones, Iura, Priuilegia, ſtatuta, libertates, Iuriſdictiones, & omneis laudatiſſimas conſuetudines conſeruare, Regnum augendo locupletare, & omne illud, quod ad emolumentum incrementumque Regni Bohemici pertineret, præſtare debeat.

Aduerſatur inſuper iſta hoſtium falſa interpretatio Conſtitutioni Prouinciali, & vnumquemque pro Regni huis hoſte declarat, qui per vnicum etiam medium cum exercitu hoc Regnum hoſtiliter inuadere meditetur. In quo autem hæcce aduerſariorum portentoſa conſilia, & doloſæ technæ, cum Cæſareæ V. M. præſtito Iuramento & ſæpius nunc commemorata conſtitutione Prouinciali conueniant, id clementiſſimæ ac prudentiſſimæ Cæſareæ V. M. deliberationi humilimo cum obſequio rellinquimus.

Cumque porro fiat mentio, quod Cæſareæ V. M. nihil gratius acceptiuſque contingat, quam vt iſta grauamina vtrimque tollerentur, hac tamen addita cautela, ſi, ex impulſu Ordinum, innocentes Eccleſiaſtico-politici ſubditi

forſitan lædantur, tùm Cæſaream ipſius M. ipſos defenſuram atque protectu-ram: iccirco Inuictiſſime Imperator, Rex, atque Domine clementiſſime, Cæſareæ V. M. in ipſa rei veritate ſignificamus, ſi ſiniſtras iſtas opiniones & mala conſilia pernicioſorum improborumque hominum poſtponere, & econtra, fideliſſimorum Cæſareæ V. M. ſubditorum beniuolentiſſimas intentiones, ſaluberrimaque ſæpius in medium prolata media clementiſſime perpendere dignaretur, hoſtiles tum in hoc Regnum impreſſiones minime fore neceſſarias, ſed exinde non dumtaxat Cæſareæ V. M. & huic Regno, verum etiam aliis Cæſareæ V. M. Prouincijs infinitas vtilitates ſua ſponte profuturas.

Non neceſſarium eſt inſuper, quod Cæſarea V. M. Eccleſiaſtico-politicorum hominum ergo, ſingulares vireis bellicas Prouincijs, ad earumdem defenſionem, immittat: ſiquidem Ordines SVB VTRAQVE, numquam ſibi in animum induxerunt, neque etiamnum hodie inducunt alteram partem SVB VNA, vel alios ex ipſorum medio, qui in vera charitate atque concordia pacifice cum ipſis viuere volent, vel lædere, vel iiſdem minimum etiam damnum inferre.

Inter alia porro hancce in Cæſareæ V. M. Litteris Reſponſionem reperimus, Ordinum intentionem videlicet omni rationi, omni naturæ, Decreto Conſtitutionis Prouincialis, Sanctioni, Iuri, ipſi Conſtitutioni Prouinciali, & initæ inter Ordines, SVB VNA & SVB VTRAQVE, compoſitioni, Maieſtatis etiam Litteris expreſſe aduerſari, & à nemine ſanæ mentis probari approbariue poſſe.

Ex quibus omnibus manifeſtiſſime etiam cognoſcimus, quod ſupra dicti improbi conſiliarii & inimici noſtri Cæſareæ V. M. perſuadere conentur, omne illud, quod ipſimet aduerſus Deum, Cæſaream V. M. propriam ſuam conſcientiã, intellectum, Conuentus Prouincialis Decreta, Statuta, Iura, Prouinciales conſuetudines, compoſitionem inter Ordines, Sub Vtraq;, & SVB VNA, contra Maieſtatis Litteras, veram infucatamque concordiam, vniuerſalem pacem, & Cæſareæ V. M. ſupra nos fideliſſimos eius ſubditos pacificum imperium fecerunt (quod maxime à nemine, bonam conſiderante conſcientiam, rerumque iſtarum experto adprobari nequit) in nos fideles Ordines SVB VTRAQVE retorſiue reieciſſe, noſtramque beniuolentiſſimam intentionem aliter atque aliter explicaſſe. Quomodo vero illud cum ipſa rei veritate, & expreſſa litrera nobis, in puncto Relligionis, datarum conceſſarumue Maieſtatis Litterarum, conſtitutione Prouinciali, Compoſitione, & Prouincialis Conuentus conſenſu (quod per ſe liquidum, clarum, manifeſtumque eſt, & friuolis inuerſis ipſorum interpretationibus ne latum quidem vnguem cedet) conueniat, id denuo Cæſareæ V. M. & cuilibet ſanæ mentis prudentique viro ad diiudicandum in medio relinquimus. Dum quoque Cæſarea V. M. clementiſſime æquum eſſe autumet, vt turbatores pacis publicæ promerita pœna plectantur, attamen ne quiſpiam pro iſtiuſmodi nauci & ſeditioſis hominibus habeatur, priuſquam de hiſce ordinario modo auditus, conuictus, atque condemnatus fuerit. Ad illum articulum, Inuictiſſime Imperator, Rex, atque Domine clementiſſime, Cæſareæ V. M. humillima cum deuotione reſpondemus: ſi nimirum illud ipſum Ordinibus SVB VTRAQVE contigiſſet, vt ad tam multifarias ipſorum multis nunc ab annis tam in Vniuerſalibus Prouincialibus Conuentibus, quam extra eoſdem, per Ordinarios



Digitized by Google

dinarios Defenſores, aliaſque præcipuas perſonas, factas preces, ordinario modo auditi, & non per epiſtolam quamdam, quæ ſub Cæſareæ V. M. nomine, ex falſa fictaque relatione perniciosorum Conſiliariorum, Cæſareæ V. M. & noſtrorum hoſtium, Viennæ data fuit, inaudita cauſſa, contra omne Ius & æquitatem condemnati fuiſſemus, neque inimici etiam officium defenſorium (ad conſeruandas, liberi Relligionis exercitii ergo, datas Maieſtatis Litteras, Decreta Prouincialia, compoſitionem Ordinum SVB VTRAQVE, & SVB VNA) aliaque ſalutaria media nobis ſubtraxiſſent, Ordinibuſque nullam violentam remoram inieciſſent, omnis iſta ſubſequuta intemperies procul omni dubio declinari euitarique potuiſſet.

Quoniam autem illegitima condemnatio legitimæ audientiæ prælata fuerit, hoſtes etiam noſtri, iactabundi quaſi, grauiſſimas minas ſpirauerint, quod videlicet noſtri iudices, & aliquot ex noſtro medio capita ſaltatura forent, atque adeo liberum Relligionis exercitium coarctarint, Maieſtatis Litteras, compoſitionem, Prouincialiſque Conuentus conſenſum debilitare, & funditus quaſi euellere atque extirpare conati fuerint, cum tamen modo, immo ſæpius nunc commemoratæ Maieſtatis Litteræ & noſtra compoſitio vnumquemque, qui nobis remoram aliquam inicere conaretur, tamquam communis pacis perturbatorem publice declaret, & Prouincialis cōſtitutio Ordinibus poteſtatem faciat, vt in perturbatores publicæ pacis abſque vllo iudiciali proceſſu, ſeuere admodum animaduertant &c.

Iccirco hac, aliiſque de cauſſis, minime conuenit, vt cum iſtiuſmodi communis pacis violatoribus, Cæſareæ V. M. totiuſque Prouinciæ hoſtibus, noſmet in quopiam iudiciali proceſſu immiſceamus: & ita contra ipſos reipſa ab exequutione, iuxta Conſtitutiones Prouinciales, & permulta tam in hoc Regno, quam aliis etiam in locis, conſueta, vſitata, vſurpataque exempla, ad futuram admonitionem improborum, malorumque hominum, proceſſimus: quo ipſo facto Priuilegia noſtra minime debilitauimus, ſed multo magis confirmauimus, nobiſque noſtriſque liberis & poſteris nullum odioſum exemplum rellinquimus: Cæſareæ V. M. iuramentum vero eo ipſo noſtro facto firmatur, non infirmatur.

Quod autem in Cæſareæ V. M. epiſtolæ epilogo affirmetur, quaſi verba noſtra minas ſpirent, dum ſonant: peregrinum auxilium implorare neceſſum habuimus &c. Licet vero illud diuerſis in locis quæſiiſſemus, confidere atque ſperare tamen Cæſaream V. M. nullum Chriſtianum Magiſtratum indecentes hoſce (hæc Cæſareæ V. M. verba formalia) Ordinum Bohemicorum conatus approbaturum, cum quilibet metuere neceſſum habeat quod ſimile, vel etiam deteſtabilius quidpiam à ſuis ſubſiditis aliquando experiri cogatur.

Pro hac obiectione Ordines huius Regni, SVB VTRAQVE, Omnipotenti altiſſimoque Deo confidunt, quod nihil indecenter atque incongrue contra Cæſaream V. M. attentauerint: ſummo ſtudio enim hactenus eo adlaborarunt, & magna induſtria in id vnice incumbunt, ne videlicet quidpiam ad læſionem diuini nominis, Cæſareæ V. M. atque Reputationis, neque quod à cæteris hominibus adprobari non poſſet, inchoarent: quo in legitimo etiam ipſorū propoſito hactenus ab omnibus impediti permanſerunt, & vlterius, Deo volente, adhuc permanebunt.

 Qnum

Digitized by Google

Quum vero, præter omnem ſpem & expectationem, hoſtilis quidam in hoc Regnum impetus fieri debeat (quod tamen, vti humillime confidimus, Cæſarea V. M. ſatis mature prohibebit) nihilominus tamẽ Ordines Deo Ter Optumo Maxumo, (qui cumprimis, tamquam iuſtus Iudex atque protector ſuorum vere Credentium, in hac ſua propria cauſſa pro nobis fortiter dimicabit) iterum atque iterum vnice confidunt, ipſum eiuſmodi humana auxilia & media clementiſſime ipſis largiturum, quibus Relligionis patriæque hoſtibus maſcule ſeſe obponere queant. Pari modo Chriſtiano quoque Magiſtratui, ſi iuramentum, fidelibus ſuis ſubditis præſtitum, decenti more perpendat, per illud ipſum auxilium, quo nobis in tam iuſtiſſima cauſſa præſto eſſe poſſit, à ſuis ſubditis, ſi modo omne promiſſum etiam reipſa ſeruaretur, nihil periculi omnino metuendum foret.

Confidimus tamen, & ſimul Cæſaream V. M. humillime rogamus, vt, poſthabitis pernicioſiſſimis iſtis Conſiliariis, fideliſſimum, candidiſſimum, perneceſſarium, atque adeo ineuitabile hocce Ordinum huius Regni propoſitum clementiſſime adprobare, Cæſareo-Regiam auctoritatem interponere, & nos ratione huic Regno præſtiti Iuramenti, contra improbos iſtos conſiliarios & pernicioſos communis pacis turbatores (qui ad omnem iſtiuſmodi diſcordiam, intemperiem, atque adeo omne malum pernicioſiſſimis deteſtabilibusque ſuis conſiliis anſam occaſionemque præbuerunt) clementiſſime tueri atque defendere ne dedignetur, quo citius huic intemperiei obuiam iri, & hoc Regnum, tamquam præcipuum membrum S. R. Imperii, ſub auſpicatiſſimo feliciſſimoque Cæſareæ V. M. Imperio, vna cum ſuis Priuilegiis, in conſtanti inuiolabilique pace ſartum tectumque conſeruari queat. Id quod Deo Ter Optumo, adeoque toti S. R. Imperio gratiſſimum acceptiſſimumque erit officium, eoque ipſo Cæſareæ V. M. corona Cæſarea magis magiſque confirmabitur.

Quoniam etiam Cæſarea V. M. vti ſupra commemorauimus, clementiſſime promiſerit, certos quoſdam auctoritate & exiſtumatione præſtantes viros, ceu Commiſſarios, abſque vlla mora conſtituere, qui omne illud, quod hactenus in hoc Regno accidiſſet, loco ac nomine Cæſareæ V. M. per decentia ordinaria media ad exoptatum finem perducerent, (quemadmodum, abſque omni dubio, Cæſarea V. M. à ſereniſſimis Dominis Electoribus, Palatino atque Saxone, peramice, ad idem faciundum, adhortata fuit, nos quoque ab Inluſtriſſimo modo commemorato Domino Septemuiro Palatino ad Rhenum per inſignem ſuæ Celſitudinis præſentem legationem exhortati fuimus, & ſereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ clementiſſimam Reſolutionem, per noſtros delegatos in reditu indies expectamus) eo ipſo ſane nihil nobis contingeret exoptabilius.

Si igitur Cæſareæ V. M. ſaluberimum hocce medium arriſerit, & abſque vlla mora in effectum deduci curauerit, vti nos Ordines hactenus humillime ſperauimus, ſperamuſque adhuc hodie, procul omni dubio breui tempore omnibus noſtris Priuilegiis, tam in Relligionis, quam politiæ negotio, conſtantiſſimaque pace gaudebimus, adeoque per diuinum auxilium, mediatoribus iſtis præſtantiſsimis Commiſſariis Cæſareis (probatæ fidei viris, non Cæſareæ V. M. Ordinumque hoſtibus) omnis iſta exorta intemperies atque diffidentia vtrimque tolletur,

Sin

Digitized by Google

Sin vero, vice verſa, Cæſarea V. M. præter omnẽ ſpem expectationemque noſtram, contra exoptatam pacem, vti hactenus accidit, ſeſe à commemoratis improbis corruptiſque conſiliariis impoſterum quoque ſeduci paſſa fuerit, & econtra ſummam beniuolentiam Ordinum, Cæſareæ V. M. fideliſsimorum ſubditorum, aliaque ſincera praſtantiſsimorum virorum conſilia, poſtponere atque negligere voluerit, Ordines tum iterum atque iterum coram Deo Ter Optumo Maxumo, omnique mundo, proteſtantur teſtanturve, ſi, quod tamen idem Deus clementiſsime auertat, perniciosius quiddam ſubſequuturum ſiet, nos tum ab omni culpa immunes, liberique eſſe volumus: vice verſa vero Cæſarea V. M. omneſque, illi, qui hactenus ad iſtiuſmodi perniciosiſsima conſilia & ſubſequuta attentata, anſam occaſionemque præbuerunt, & à peſtifero ſuo propoſito etiamnum hodie minime deſiſtunt, coram Deo Ter Optumo Maxumo omnique mundo eorum omnium rationem reddere tenebuntur.

Quæ nunc igitur Cæſareæ V. M. clementiſsima ſiet Voluntas atque intentio, eius rei quamprimum, vti humillime rogamus, clementiſsime certiores fieri cupimus. Dabantur in Pragenſi arce XIX. Iulii A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XXI.

## *ORDINVM AVSTRIACORVM AD CAESAREAM MAIEST. MONITORIALES LITTERAE.*

POſtquam Ordines Auſtriaci periculoſum in Regno Bohemiæ exortum motum aliquanto maturius perpendiſſent, ad Cæſaream M. ſequentes monitoriales Litteras ablegari curarunt.

Ad motum Bohemicum, quod attinet, grauis adhuc de eodem inſtituitur deliberatio atque diiudicatio, quoniam vna, atque altera pars nondum ſufficienter audita, & Cæſarea M. eius rei gratia ſingularem inquiſitionis cognitionem inſtituere intenta eſt. Poſito autem, (ſed non conceſſo) Ordines, SVB VTRAQVE, eſſe conuictos, & pro rebellibus declaratos: nihilominus tamen re ipſa depræhenditur, Cæſareæ M. adeoque toti illius laudatiſsimæ Domui Auſtriacæ nihil perniciosius, & quod magis in Cæſareæ S. M. contemptum ludibriumque vergat, fuiſſe perſuaſum, quam quod arma contra Bohemos ſumpſerit.

Quamuis enim Cæſarea M. certam victoriam in manibus quaſi habere autumet, attamen nihil amplius lucratur, quam quod antea ſuum fuit: qua de cauſſa illud etiam nullum lucrum nuncupandum, ſiquidem illud ante victoriam illæſum permanet, poſtea vero vaſtatum corruptumque, iterum ad ipſius manus peruenit: immo Cæſarea M. ipſa per grandes militarium copiarum conſcriptiones introductionemque Hungarorum non ſolummodo amœniſsimum florentiſsimumque inter omneis Auſtriacas Prouincias Regnum deuaſtat, de quo (ad inſignes eius opeis potentiſsimumque titulum quod attinet) etiam Rex Hiſpaniarum, vel alii in Europa potentiſsimi Principes minime gloriari, vel, vrgente neceſsitate, præualere poſſunt: ſed vice verſa aliis quoque ſuæ M. C. Prouinciis tam grauem intolerabilemque incommoditatem infert, quibus ſe ipſam

Digitized by Google

pſam omnibus mediis,ad proprium ſuum, Hungaricorum,aliorumque limitum perneceſſarium ſubſidium pertinentibus, omnibus modis deſtituit: Hac namque conditione ex Bohemia nullos prouentus percipiet, & Bohemicæ incorporatæ Prouinciæ propriæ ſuæ defenſionis inſtitutione excuſando ſeſe tuebuntur. Ex Hungaria paruum ſane C. M. emolumentum capit, abſque auxilio enim hæreditariarum ſuarum Prouinciarum ægre fineis (Hungariæ) tuetur, vt iam taceamus quod in iſta corona Regiam ſuam reſidentiam figere neceſſariamque ſuſtentationem inibi percipere debeat. Auſtriacæ Prouinciæ per periculoſas iſtiuſmodi militum conſcriptiones, tranſitus, diribitoria, aliaſque, quas bellum parit, incommoditates, exſuguntur, adeo vt Cæſarea S. M. eius rei gratia nullum Conuentum Prouincialem celebrare poſſet. Durante irrequieta iſta intemperie nulla ex S. R. Imperio ſperanda ſubſidia, bonaque Cameræ & reditus iſto in bello detinentur: ex omnibus itaque regnis & Prouinciis Cæſarea S. M ne oboli quidem pretium redituum loco, vel minimum etiam medium ad Maieſtatis ſuæ proprium, Turcorum finium, vel continuandi inchoati belli ſubſidiũ, percipere poterit. Ante hæc quidem tempora fides præualebat, quæ tamen hodierno tempore, proh dolor, ob notoria grandia debita, prouinciarumque exhauſtionem, omnino euanuit, corruitque eo magis adhuc indies, quam diu iſtiuſmodi conſcriptiones, & pericula bellica durabunt.

Ad continuationem belli autem quantum fidei in externa peregrinaque auxilia collocandum ſiet, id priora tempora ſatis ſuperque teſtantur, & de iiſdem Glorioſiſſimus Romanorum Imperator Maximilianus, ipſiuſque Domini Anteceſſores non vna dumtaxat vice maxumopere conqueſti, eorumdemue vanitatem experti ſunt: Circumſtantiæ inſuper teſtantur exteros, cum iſtiuſmodi conceſſionibus auxiliorumque contributionibus ſuis, ad continuandos, qui neceſſario requiruntur, belli ſumptus, ob redituum prouentuumque ſuorum exilitatem minime ſufficere, vel tamen, ſi ſufficiant, longam moram nectere. Sin igitur C. S. M. manipulo pecuniæ ad tam infeſtum bellum ſeſe flecti patiatur, in perſoluendo autem militi ſtipendio poſtmodum hæreat, vniuerſum denique debitorum onus Prouinciis incumbit, quæ tamen alias adeo oneratæ, &, per ꝑparationes iſtas bellicas, vaſtatæ ſunt, vt immerenter, vna cum ſua Cæſ. M. ad maledictionẽ perniciemque multorum honeſtorum Chriſtianorum hominum, qui dicto modo bonis ſuis ita priuantur, funditus interire neceſſum habeant. Sed, procul omni dubio, quidam ſibi imaginantur Cæſaream S. M. per promeritam Bohemorum mulctam, bonorumque confiſcationem damnum ſuum reſarcire poſſe, exemplo Cæſaris Rudolphi II. & Confiſcationis Poppelianæ, aliorumque condemnatorum Bohemicorum virorum Inluſtrium: aſt, quiſquis ille ſiet, toto cœlo errat: res enim iſta ad Ordines minime ſpectabat, ſed iure, non bello, agebatur, neque ad litis iſtius deciſionem Cæſareæ M. ſumptus requirebantur: hocce motu vero res potentes admodum Ordines, & inſignem nobilitatem tangit. Cæſareæ S. M. inſuper militarium copiarum conſcriptiones ſunt difficiles, nec tanta etiam victoria exreſcentes iſtos ſumptus perſoluere potis eſt, nulla ſiquidẽ victoria, qualis qualis etiã illa ſiet, monarchæ cuidam opes, ſed tantum territoria & regalia parit, quæ hoc in loco alias Cæſareæ S. Maieſt. debentur, pecunia vero remanet penes populum, Capitaneos, miniſtros, aliosque officiaIeis &c.

Rex

Rex Ferdinandus A. C. M. D. XL VII. & XL VIII. Bohemos debellabat, magisque quam Domini Anteceſſores ſui antehac fecerant: licet vero quamplurimæ, immo potiores familiæ eo tempore condemnarentur, nihilominus tamen bellum non plus vtilitatis conferebat, quam victoria prodeſſet: Cæſareæ M. S. miniſtri ſiquidem, qui tum temporis circa M. S. erant, fiebant locupletes, debita Cæſareæ S. M. vero adeo in immenſum creſcebant, quod poſtmodum omne lucrum iterum ad Bohemos redierit, adeo vt, poſtquam ipſis priuilegia ſua adempta fuerint, eadem magis, quam maiorum ſuorum temporibus, corroborata confirmataque ſint.

Equidem Cæſareæ S. M. tamquam prudentiſſimo Domino, debitorum intolerabilia plane onera hactenus ſummopere curæ cordique, fuerunt, & in proximo Conuentu Prouinciali, certos quoſdam delegatos ad deliberationem iſtam dari petiit: verum prædicta iſta debitorum onera adeo late ſeſe extenderunt, vt vix ylla ad perſolutionem media excogitari poſſint, niſi conſtans pax atque firma concordia hiſce in Prouinciis certam quamdam viam præmonſtrauerint. Sin igitur Cæſarea S. M. nunc difficilimis copiarum militarium conſcriptionibus, periculoſiſſimiſque præparationibus bellicis (ſingulis menſibus ad minimum CC. florenorũ M. conſtantibus) ſeſe immiſcere debeat, Prouinciis ſano exhauſtis viroque deſtitutis, Cæſarea S. M. ex oneribus iſtis ſeſe numquam extricare poterit, & vere aureo hamo piſces cæperit, vbi metuendum omnia bona Cameræ, ciuitates atque Prouincias peregrinorum Principum Dominio ſubiectas, atq; adeo prorſus a laudatiſſima domo Auſtriaca auulſas iri: quæ tamen omnia præcaueri poſſent, ſi Cæſarea S. M hoſce in Regno Bohemiæ exortos motus abſque vi armorum iterum compoſuerit.

Nunc vero extremum, extra præparationem iſtam bellicam, Cæſareæ S. M. laudatiſſimæque Domui Auſtriacæ, metuendum imminenſque periculum multo pluris æſtumandum: ad inſtans enim bellum conatus ac præmeditata conſilia ſemper ſpecioſa atque acceptabilia, initium facile, medium graue laborioſumque, exitus vero incertus eſt: Cæſarea S. M. in adeo decrepita ſenectute periculoſis morbis obnoxia ſolummodo quiete indiget, & curam, irrequietam vitam ac innumeras moleſtias, quæ in iſtiuſmodi exercitiis bellicis ineuitabiles, abſque familiarium morborum auctione vitæque abbreuiatione, declinare minime poſſet. Sin igitur Cæſareæ S. M. (quam Deus Ter Optumus Maxumus adhuc diu florentem incolumemque conſeruet) ſub iſtis motibus fatalis quiſpiam caſus accidat, certo certius coronam iſtam Bohemicam omnino à domo Auſtriaca tranſlatam iri: à multis ſiquidem annis hactenus (vt heic minime ſilentio inuoluamus, quæ ſæpius in Bohemia à fide digniſſimis honeſtiſſimiſque hominibus audita ſunt) binæ Relligiones, cumprimis Euangelica, in omnibus ferme Prouinciis palmam obtinens, ſupra tardas expeditiones aulicas, viles ac nauci pretii effectus, derogationem Priuilegiorum, inæqualem ſuper. & inferiorum officiorum diſtributionem, intolerabilia iudicia & ſententias, periculoſos Proceſſus in Prouincialibus Conuentibus, ſuperbiam, falſitatem & auaritiam Regentium, audaciam Eccleſiaſticorum, contemptum metuendamque obpreſſionem Euangelicorum, magnam diffidentiam, clandeſtinam impatientiam & curam priuationis bene recuperatarum iuriſdictionum &c. conqueſti ſunt: acerrima inſuper


ſuper

Digitized by Google

ſuper in Auſtriacis & Styriacis Prouinciis contra eoſdem (Euangelicos) Romano-Catholicorum attentata, illos ipſos terruerunt; qui, dum hactenus ſalutaria media onerumque iſtorum ſubleuationem à Cæſarea S. M. auide expectarunt & implorarunt, eo magis à Cæſareis miniſtris oppreſſi ſunt, & in hodiernum etiam diem grauiter immo plus, quam antea, adhuc premuntur. Summa quoque aſperitas olim Regis Ferdinandi, ſeueræ actiones Archiducis Caroli, inſperatæ & potentes admodum incurſiones Archiducis Leopoldi, ſuſpecta facta Regis Ferdinandi, Archiducum Maximiliani & Alberti (qui hac in controuerſia mediatores eſſe debebant) auxilia bellica, omniumque iam commemoratorum Dominorum Conſiliariorum graues minæ & calumniæ, omnem ferme confidentiam è cordibus ipſorum radicitus quaſi euulſerunt, & vti adparet, Bohemi, vel reformationem vel mutationem meditantur: quamobrem omnia paterna manſueta media abſq; periculoſiſſimo armorum ſtrepitu in tempore, & mature ſatis excogitanda.

Ad deſignationem coronationemque Regis Ferdinandi quod attinet, iſto fulcro ſane nemo nitatur: ſæpius enim in Hungaria, Bohemia, aliiſque, Prouinciis accidit, vt, viuentibus etiamnum ſuis Regibus, Principibus atque Dominis, nominati, electi, atque coronati ſucceſſores aliis cedere neceſſum habuerint. Quocirca omnes ad diffidentiam anſam occaſionemque præbentes cauſſæ ſummopere euitandæ, ne paruum, nupero tempore magna cura & moleſtia recuperatum, impoſterum facilima ſane incuria toti laudatiſſimæ Domui Auſtriacæ iterum amittatur. Similis quoq; conſideratio in perſequenda victoria coincidit: Cæſarea S. M. namque, ope & auxilio totius laudatiſſimæ Domus Auſtriacæ, magnas quidem vireis & exercitatos belli duces comparare poteſt: id igitur coronæ Bohemicæ non contemnendum damnum inferre queat. Si vero Deus Ter Optumus Maxumus, vti plerumque fieri aſſolet (fortuna namque vitrea eſt, cum ſplendet frangitur) Cæſareæ S. M. forſitan infortunium immiſerit, & manum retraxerit, tum communiones, priuatiq; homines, æque, ceu potentes principes & monarchiæ, modum ſeruare neſciunt: metuendum ſiquidem eos ipſos non dumtaxat Prouincias hoſtiliter inuaſuros, verum etiam proprium naturalemque ſuum Dominum prorſus omnino amiſſuros, alterius Domini tutelæ atque protectioni ſeſe ſubmiſſuros, & prius Regimen numquam ſane iterum admiſſuros.

Rex iccirco non minimo in periculo verſatur, vincantur Bohemi, vel non vincatur. Si enim vincantur, in perniciosiſſimam deſperationem incidunt, quam quilibet monarcha cane peius & angue vitare debet, ne eidem idem accidat, quod olim Romanorum Imperatori Sigiſmundo contigit, qui omnibus, Romani pontificis, S. R. Imperii, Archiducis Alberti, Dominorumque fratrum ſuorum coniunctis viribus auxiliaribus à paruo quaſi Huſſitarum manipulo victus ac fugatus eſt: vel idem, quod Balduino, Gottofredi Boullionæi ducis fratri germano, qui M. C C. viris, Coliphũ vna cum XXIX M. militibus ſuperauit: vel, quod Lodoico, vltimo Flandriæ Comiti, qui, dum aliquando rebelles ſuas gentes domare, armiſque ad priſtinam obedientiã reducere deſtinaſſet, ciuitatum inquilinis etiam grauiter interminatus eſſet, vt videl. facta deditione, arma deponere, apertis capitibus, flexis genibus, laqueum circa collum geſtantibus, clemen-

men

Digitized by Google

mentiam vel inclementiam prædicti Comitis expectare debeant, pari modo ipſe victus eſt: ii enim (ſubditi) ceu rabidi lupi, in deſparationem verſi, numero V. M, in Comitem ſummum impetum fecerunt, eidemq; XL. militum M. trucidarunt.

Similiter & omnibus temporibus infinita innumerabiliaque exempla reperiuntur, quod in omnibus ferme Prouinciis, præſertim vero bellis Hungaricis, paruæ copiæ magnam maioremque militum manum feliciter vicerint, adeo vt Magnates viribus ſuis non admodum confidere debeant. Malum hocce aliud malũ cumulat: Cæſareæ enim S.M. exercitus plerumque non pſolutus eſt, adeoque facilime ad ſeditionem inclinare poſſet: ſin enim ſtipendiis defraudatus fuerit, Cæſarea S.M. tum miniſterio ſuo in anguſtiis minime ſecura eſt, ſed milites plerumque, defectu ſtipendiorum, hoſti ſuam operam addicere ſolent, id quod in ſummum Cæſareæ S.M. periculum, damnum, atque detrimentum vergeret.

Porro quoque probe conſiderandum eſt quod miſeri agricolæ, à militibus male tractati, ſpoliati, & ad extremam inopiam redacti, omniaq; adeo extrema paſſi, ex deſperatione inſurgere, &, præſertim cũ ipſi egeant, & nihil amplius militi erogare queant, arma arripere poſſint: quo facto nihil certius ſperandum quam finitimos vna cum ipſis, Bohemis, cum ſummo tam S. M. Cæſareæ, eiuſdemue fideliſſimarum Prouinciarum, quam ipſorum etiam Bohemorum periculo, ſeſe coniuncturos, & generalem quemdam motum ſeditionemque excitaturos. Quod itaque hæc noſtra cura, ob Bohemiæ coronam ſuſcepta, non cõtemnenda fiet, id priora tempora caſuſque nobis liquido præmonſtrãt, quibus Bohemi tertia etiamnum vice, rellicta laudatiſſima domo Auſtriaca, aliis capitibus ſeſe ſubmiſerint. I. Poſt mortem Regis Rudolphi II. A. C. M. CCC. VII. II. Poſt Ducem Fredericum, cognomento Pulchrum A C. M. CCC. IX. vbi per CXX. ſub Comitum Lucemburgenſium imperio permanſerunt. III. Poſt mortem Regis Ladiſlai A. C. M. CCCC. LVIII. Parumque ſane abfuit, quod non etiã vice nunc quarta, poſt mortem Lodoici A. C. M. DXXX. Ferdinandus Romanorum Imperator ab Electore Saxoniæ, & duce Bauariæ, Regno pulſus fuerit.

Ex quibus omnibus Meridiana etiam luce clarius adparet, quam facilime florentiſſimum adeo Regnum à laudatiſſima iſtiuſmodi domo deriuari, quamque difficilime iterum recuperari poſſit, etiam eo potiſſimum ipſo tempore, quo pacta, adfinitates, & ipſe ſanguis, iuxta iſtiuſmodi electionem, quæ tamen ex familia minime procedit, magnã ad ſucceſſionem acceſſionem præparare potuerunt. Hocce tempore autem, vbi prætenſio ad Regnum vnice & ſolummodo in libera Ordinum electione conſiſtit, & impoſterum non amplius ad certam quamdam domum ſiue familiam alligata eſt, (in quam etiam illi ex laudatiſſima domo Auſtriaca exorti Reges, datis de ſeſe litteris Reuerſalibus, conſenſerunt, & eo ipſo facto Iuri ac iuriſdictioni ſuæ quaſi renunciarunt) ſub iſtiuſmodi graui iactura ad Regnum illud recuperandum parua ſane ſpes ſupereſſet, cum corona iſtiuſmodi ſane capita reperire poſſet, quæ non ſolummodo alienam potentiam minime veritura, verum etiam adeo pinguem offam ſibi difficilime iterum ex faucibus extorqueri paſſura eſſent.

Cumque, vti habetur in prouerbio, nulla calamitas fiet ſola, ſed malum plerumque ſequatur & alterum, ideo penes periculum Bohemicum, periculum etiam Hungaricum in promptu eſt. Quamprimũ enim Romano-Catholici Cæ-



Digitized by Google

ſareæ S.M. auxiliareis Hungaros contra Bohemos adduxerint, Hungari, intemperiem hancce Relligionis negotium æſtumantes, ocyus ad arma proſilient, factiones excitabunt, & Tranſyluaniæ principem ad ſuas partes pertrahent: quoniam vero is perpotens, & Hungaris, ob idem ferme linguæ idioma, conformes ritus, opes, & ſimilē formam imperii, gratus acceptuſque eſt, ac Turcorum Imperatoris, cuius vaſallus eſt, vires ac potentiam minime extimeſcit, Palatinus vero, impar viribus ſuis, nihil contra ipſum attentare audeat: iccirco idem, quod à morte Regis Lodoici accidit, facillime iam quoque contingere poſſet, vt Tranſyluano in Regem adſcito, corona Bohemica quoque à laudatiſſima domo Auſtriaca transferretur.

Equidem Regis Ferdinandi temporibus hoc ſupererat & reſtabat adhuc remedium, quod, locupletiſſimarum inexhauſtarum prouinciarum & S. R. Imperii auxilio, ſub ſpe pacifici Regiminis, Tranſyluanus in arctum cogi potuerit: aſt hodierno noſtro tempore ſi Bohemica ſubſidia Cæſareæ S. M. ſubtracta, aliæ Prouinciæ plane exhauſtæ, S. R. Imperii contributiones admodum exiles, & bona Cameræ detenta eſſent, parua ſane ſpes de regni iſtius recuperatione concipienda foret. Penes omnia iſta adhuc ſumma cum induſtria perpendendum erit, quod Turcici Imperatoris legati nondum ad ſuos ſeſe receperint, qui Chriſtianarum Prouinciarum diſcordiam, belli confuſionem & perniciem propriis etiam ſuis oculis intuentur, quæ omnia Conſtantinopolim verſus perſcribent, & vti Rationi humanæ non adeo videtur abſonum, Regem ſuum iſti Chriſtianorum negotio implicabunt, eumdemue incitabunt ne tam idoneam exoptatamque occaſionem Chriſtianos hoſtiliter inuadendi è manibus iterum elabi patiatur. Qua immaniſſima autem innocentiſſimi Chriſtiani ſanguinis profuſione, pernicie atque iactura Prouinciarum iſtæ tributariæ, vel multo magis eidem Turcorum Imperatori propriæ fieri poſſint, quiuis ſanioris prudentioriſque mentis facile æſtumare poteſt: quorum malorum omnium cauſſæ licet primis motoribus imputandæ eſſent, nihilominus tamen Cæſarea S. M. vniuerſa laudatiſsima domus Auſtriaca, & Hiſpania iſtius belli molem & ſuſpicionem apud Chriſtianitatem in ſe deriuabunt.

Vlterius præterea periculum ob S. R. Imperii iacturam exoritur: Bohemorum enim iactura S. R. Imperii iacturam poſt ſe trahit, quemadmodum, vice verſa primus tutiſſimuſque gradus ad Imperium conſequutio Bohemicæ huius Coronæ eſt: idque praxis Romanæ ſucceſſionis oſtendit, ex propriis enim reditibus, quiuis Romanorum Imperator ægerime ſeſe de S. R. Imperii prouentibus ſuſtentare poteſt: quemadmodum CAROLVS IV. prouerbii loco ſæpius dictitare ſolebat: ROMANORVM IMPERATOR CVM BOHEMORVM ABVNDANTIA MENSAM SVAM STERNERE, AVCTORITATEMVE SVAM CVM EADEM SVPERFLVITATE EXORNARE NECESSVM HABET. Si itaque Cæſarea S. M. Bohemicam coronam vi & armis ſubiugare volet, omnem ſuam, laudatiſſimæque domus Auſtriacæ, potentiam atque vires ſummo cum periculo illuc conuertere cogetur, quod nullo modo perſuadendum, ſed multo potius MEDIAE, tamquam tutiſſimæ, VIAE inſiſtendum, h. e. vt Monarchæ, in omnibus etiam manifeſtiſſimis rebellionibus & enormitatibus, conniuere & tempori aliquid

*Chreia Cæſaris Caroli IV.*

quid

quid condonare debeant: ſedatis enim motibus, hominibuſque vna cum Prouinciis illæſis conſeruatis, per prudentia remedia læſa auctoritas facillime recuperari poteſt: vbi vero populi & prouinciæ etiam vi & armis conſeruantur, ibi quoque reputatio euanuit, & recuperari numquam poteſt.

*Lodoicus Pius.*

Lodoicus, cognomento Pius, Romanorum Imperator, ob res præclare geſtas Domini ſui parentis, & Domini Aui, inter ſummos qui vmquam fuerant, numerabatur Monarchas, nihilominus tamen, decrepitæ ſenectutis ergo, tam ſe, quam potentiſſimas ſuas Prouincias, & populos, per vnicum, ambitioſum, ſuperbum & auarum hominem, Bernhardum Hiſpanum videlicet, Cubicularium ſuum, impulſu & inſtinctu ipſius etiam Imperatricis, regi patiebatur: licet vero ſubditi de oneroſo moleſtoque iſto imperio non vna dumtaxat vice conqueſti eſſent, attamen Cæſar hoc viro carere noluit: quocirca populi & ſubditi vnanimi omnium conſenſu aduerſus modo commemoratum iſtum cubicularium inſurrexerunt, eiuſdemue grauiſsimum intolerabileque imperium amplius tolerare noluerunt: cumque Imperator pernocioſiſsimam illam exinde metuendam intemperiem vi & armis compeſcere conaretur, nihilominus tamen cum vidiſſet Rebellionem maiores vires acquiſiuiſſe, adeo vt etiam remotio ſibi metuenda eſſet, prædictum Bernhardum Hiſpanum omnino prorſus abrogauit. Imperatricem vero, quouſque Prouinciæ iterum ſedatæ fuiſſent, è latere ſuo ſeiunxit, eamdemue alium in locum ablegauit: quo facto Rempublicam & imperium ſuum adeo prudenter adminiſtrauit, vt non ſolummodo omneis & ſinguli illud adprobauerint, verum etiam à multis modis damnoſa iſta ſeditione impoſterum deſtiterint. Paullo pôſt dilectiſſimam ſuam coniugem ſibi iterum adſociauit, atque imperium Prouinciaſque ſuas in bona conſtantique reputatione conſeruauit, quibus alias excedere neceſſum habuiſſet.

*Ioannes cognomento cæcus, Rex Bohemiæ.*

Ioannes, cognomento cœcus, rex Bohemiæ, è familia Domus Luccemburgicæ oriundus, famoſiſsimus alias & inclytus heros, omni ferme tempore Rheni incolas, ſiue Belgas circa ſe fouebat, quibus officia in Regno Bohemiæ pro ſuo lubitu communicabat, eoſdemue per abſentiam ſuam Vicarios conſtituebat: verum iis pro arbitrio ſuo Rempublicam adminiſtrantibus, Bohemi quidem eius rei gratia conquerebantur, aſt nihil obtinebant: quocirca præcipui Domini, vt pote Dominus à Leippa, Wartenbergius, Roſenſteinius, Landenſteinius, aliique plures, inſurgebant, militareis copias conſcribebant, & tam à rege, quam Regina Regni inſignia & clenodia auferebant. Licet autem rex ipſe non contemnendum ſane exercitum collegiſſet, tamen cum Regina ad Regni limites vſque ſecedebat Cum vero controverſia iſta vtrimque maiores indies vires adquireret, Lodouicus Imperator tamquam arbiter ſeſe interponebat, binas inter ſeſe inuicem altercantes diſſidenteſq; partes Agriam verſus euocabat, &, ad præcauenda maiora mala, differentiam iſtam, vtriuſque partis conſenſu, hoc modo componebat: quod, primum, Rex peculiari iuramento ſe obſtringere coactus fuerit omneis Rheni accolas, ſiue Belgas, inter quos etiam Epiſcopus quidam Moguntinus, & Epiſcopus Olenzis vna cum Camerario fuerunt, remouere, officiis Bohemos præficere, eoſdemue, per ſuam abſentiam, vicarios conſtituere, eaque omnia Cæſare præſente exequi: quo facto Bohemi tum primum iuramentum præſtiterunt, quod videlicet Regi impoſterum omnem obedientiam præſta-



Digitized by Google

re velint: præſtito autem modo dicto iuramento iidem (Bohemi) Cancellarium, qui antea ipſum Regem, omneque fermè imperium in manibus ſuis habuerat, in vincula coniecerunt, in quibus etiam vitam cum morte commutauit. Sublata denique vtrimque omni controuerſia, Rex vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpiritum, maiori, quam antea, Reputatione Regnum adminiſtrauit. Erat autem hic rex Romanorum Imperatoris filius, Cæſaris Caroli IV parens, duorum Imperatorum auus, & Romanæ Imperatricis cuiuſdam abauus, ſapientiſsimorum & inuictiſsimorum heroum, qui vmquam antea vixerant, celeberrimus, &, quoad amicitiam & opes, in S. R. Imperio princeps potentiſsimus, nihilominus tamen prudentiſsimus iſte Imperator, durante adhuc ſuorum Ordinum rebellione, ſalutarius conducibiliuſque eſſe autumauit, ſi reputationem ſuam ſuſpenderet, quam ius ſuum vi & armis perículoſe exequeretur; potentiſsimi ſiquidem Ordines non, vti minores ſolent prouinciæ, ſibi frenum iniici patiuntur: experientia namque omnibus temporibus teſtata eſt, quod illi Monarchæ, qui exortam rebellionem manſuete, & cum Reputationis ſuæ propriæ ſuſpenſione, tollere conati ſunt, & periculoſis anguſtiis ericundati fuerunt, omni tempore Reputationem ſuam iterum impetrauerint: qui autem reſpectu reputationis, ſumma violentia, vehementia, armiſque ſeſe vindicare voluerunt, ii ſemper reputationem ſuam amiſerunt, & fortunæ ſuccubuerunt.

Carolus V. magnanimus victorioſuſque Monarcha Don Pietro di Toleto, vicem Hiſpaniarum Regis Neapoli agentem, ad Neapolitanorum multifaria conqueſta grauamina, indiſcretionem ipſius contra Nobilitatem concernentia, non, iuxta Salernitani principis & Marchionis del Cuaſto conſilia, in Hiſpaniam reuocare volebat: exiſtimabat enim id Maieſtati & Cæſareæ Reputationi ſuæ aduerſaturum, ſi illum, quem ad tanta honorum culumina euexerat, à munere iſto iterum remoueret. Poſtquam autem Cæſarea S. M. animaduertiſſet, Ordines, ob commemorata ſua grauamina, Regem Occidentalis Franciæ in auxilium vocaturos, vicarium ſuum in Hiſpaniam reuocare, quam Regnum amittere, & grauiſsimo periculo ſeimplicare maluit. Pari modo idem glorioſiſsimus Imperator cum Ferdinando Gõzaga, cui vniuerſũ ſuum imperium in Italia commiſerat, egit: Cum enim Mediolanenſes & relliqui Itali de ſumma ac intolerabili prorſus Gonzagæ auaritia conqueſti eſſent, Cæſarea S. M. etiam ſi Ferdinandus iſte ſummum officium adminiſtraſſet, Conſaluum, tamquam manſuetum, diſcretum, atque benignũ Dominum, in Italiam ablegauit, ſine cuius conſilio Ferdinandus ille ne minimũ quidem propria auctoritate attentare auſus fuit. Ita Cæſarea S. M. remotione præcipuorum, chariſſimorum, fideliſſimorumque ſuorum ſubditorum, multo ſalutarius eſſe exiſtumauit, ſi reputationem auctoritatemque ſuam Cæſaream ſuſpenderet, quam vt Ordinum diffidentiam vi & armis compeſceret.

*Dux Albanus ſtolidus Caroli V. conſiliarius.* Vice verſa poſtquam idẽ laudatiſsimus Imperator, poſt reportatã à Germanis victoriã, A.C.M.D.LII. in deliberatione de vlteriori inſtituẽda adminiſtratione, magis Duci Albano (qui ſuaſerat, quod Imperator Germanos, quos iam iam debellauerat, cum acrimonia, & vehementia regere, numquam vero ipſis ſua priuilegia reſtituere deberet) quam celeberrimo, experientiſsimo, & prudentiſsimo Capitaneo Caſtaldo (q moderationẽ, & vt ad libertatem auidæ Germanorum nationi aliquantulum indulgeretur, ſuaſerat) obtemperaſſet, Cæſar, præter omnem

nem ſpem & expectationem, omnem gloriam & reputationem, quam hactenus in potentiſsimis Regnis, vtpote Occidentali Francia, Italia, Germania & Hiſpania immortali laude conſequutus fuerat, cum ſua fuga coram Electore Saxoniæ Mauritio, prorſus omnino deleuit & extinxit: ſiquidem S. R. Imperii principes & Ordines multo plura Priuilegia & libertates, tam in Relligionis, quam Politiæ negotio, tum temporis acceperunt, quam antea exoptaſſent.

Nihil autem hoc ipſo in negotio clarius manifeſtiuſque eſſe poteſt, quam iactura Belgii, quæ Prouinciæ, propter exortas aliquot periculoſas innouationes cum Inquiſitione, auctionem antehac conſueti numeri Epiſcopatuum, introductionem Hiſpanorum &c. iam ſatis in arctum redactæ erant, licet per aliquot libellos ſupplices onerum iſtorum ſubleuationem & mitigationem, aſt fruſtra, petiiſſent. Cum igitur Hiſpaniarum Rex Philippus, contra Gomezii præſcientiam, & ad omnem moderationem clementiſsimamque indulgentiam dantum conſilium, in tam ardua deliberatione paullo ante dicto Duci Albano (qui, pro more ſuo, ad vindictam, acerbitatem, pœnamque, inaudita parte adflicta, ſuaſerat) obtemperaſſet, nulli cedere, atque adeo ſummo rigore, vi, & armis Reputationem exiſtumationemque ſuam Regiam tueri voluiſſet; iccirco penes iacturam aliquot auri myriadum, & debitorum ſuorum grauiſsimam auctionem pulcherrima ſua hæreditaria Regna, & florentiſsimas Prouincias, cum omnibus annuis prouentibus & reditibus, amiſit, cum labefactatione. Reputationis Regiæ pacem nuperis ſuis ſubditis impertiuit, cum illis tranſigere, concludere, eoſdemve pro liberis Ordinibus renunciare atque proclamare neceſſum habuit. Verum itaque permanet, idque ex praxi, & rerum politicarum experientia, quod plerumque Monarchæ, in ſummis inſperatiſque caſibus, motibus, & manifeſtiſſimis rebellionibus fortunæ patienter cedentes, auctoritatem ſuam exiguo quidem tempore ſaltim ſuſpendant, contumaces, & cedere nolentes vero, eamdem ſæpe in perpetuum amittant.

*Philippus Rex Hiſpania.*

Sed heic quidam obiiciunt, Chriſtiani nominis caput obligari, vt videlicet malum puniat: Bene admodum & recte ſane loquuntur, ſi iſtiuſmodi pœna abſque ſingulari iniuſtitia, offenſione innocentium & ad correctionem corrupti ſtatus præſumatur: vbi vero innocens per iſtiuſmodi pœnitentiam magis patitur, quam nocens, ibi centum peccatores abſoluere, quam vnum iuſtum condemnare, melius eſt. Cæſarea S. M. de XXX. perſonis, à quibus offenſa fuit, conqueritur, vice verſa vero multa innocentium hominum M. tam viros, quam mulieres, Eccleſiaſticos & ſeculares, bello, latrociniis, horrendiſque incendiis crudeliſſime perſequitur: ſpoliantur, deuaſtantur, calumniantur, atque indigniſſimis ſane modis tractantur, qui M. S. Cæſaream defendere debebat, omnia Iuſtitiæ & politiæ opera prorſus inuertuntur, vera pietas, veruſq; Dei cultus euaneſcunt, quos tamen Cæſarea S. M. fouere tenetur, horrenda peccata atque ſcelera committuntur, quæ Monarcha funditus extirpare debebat, quæque maledictionem ſupra ipſos Dominos, Prouincias atque populos inducunt. Hoc igitur non punire malum, ſed augere eſt: non REPVTATIO SED DEVASTATIO dicitur: neque id quoque reputatio aliqua nuncupanda eſt, violenter aliquem cogere & obprimere poſſe, quum iſtiuſmodi encomium etiam cuilibet potentiſſimo hoſti hæreditario, tyrannis, atque virtute deſtitutis improbis hominibus com-

*Obiectionis ſolutio.*

Digitized by Google

commune ſiet. Aſt hoc verum præconium, res digna nomine, laudabile, & non vulgare eſt, cum prudentia, manſuetudine, abſque violentia & ira, motum vel ſeditionem aliquam pernicioſam ſedare: per prudentiam & auctoritatem arma ſuis ſubditis è manibus exorquere, intempetiem ſedare, pacem reparare, homines ad officium perducere, in eoq; cum amore & bona voluntate continere poſſe: Nam, vt Ladislaus II. Rex Hungariæ dictitabat, *non paruum negotium eſt placare Regnum nouitatis auidum.*

***Simile à medico. Applicatio.*** Quemadmodum enim bonus medicus irrequietum & male habentem ægrotum curioſa cura, ſalubri domicilio, ſubtili puroque potu melius tractat, eidemue magis parcit quam ſano homini, &, ni faciat, morbus magis magiſque adcreſcit, medicus vero exinde maiorem laborem inſumit, minoremque gloriam & honorem reportat: ita quælibet rebellio, motus, & ſimilis intemperies peculiaris quidam morbus Reipublicæ eſt. Si igitur illam vi & armis iterum ſedare volueris, tum ſpirando majus incendium excitas, quod poſtmodum longius latiuſque ſe extendit: aſt ſyncera prudentia, moderatione, & reali bona reformatione omnia ad exoptatum finem perducuntur: arma etiam & peregrina auxilia adeo minus neceſſaria, quaſi medicus ad citam curationem ægrotantis peregrinis aromatibus, quæ non in ipſius poteſtate, nec omni tempore in neceſſitatibus habentur, conſideret.

Cæſarea S. M. in limine ſui imperii ſuper florentiſſimas nobiliſſimaſque haſce Prouincias, pacem vniuerſis & ſingulis promiſit, in quo omneis ſane Prouinciæ adquieſcunt, exultant, lætanturque ſupra illud, & penes ſeſe percipiunt quod eo maxumopere indigeant: vice verſa vero, dum Cæſarea S. M. in omnibus Prouinciis magnas præparationes bellicas fieri imperet, ſuos debellare, tam præcellentiſſimum Regnum hoſtiliter inuadere, fideliſſimas ſuas Prouincias, abſque vlla data cauſſa, grauiſſime onerare in animum inducat: exinde certe nihil aliud ſequi poteſt quam graueis innocentis ſanguinis profuſiones, & magnæ inter Chriſtianos diffidentæ, qui tamen ſuæ M. fidei in defenſionem, & vt pro imminentibus periculis paterne præmoneantur, commiſſi ſunt atque concrediti. Hæc & ſimilia omnia omni Reputationi grauiter repugnant: caput nominis Chriſtiani ſiquidem lanienam immanemque innocentis Chriſtiani ſanguinis profuſionem excuſare minime poteſt, cumprimis iſtiuſmodi Chriſtianorum qui Cæſareæ S. M. imperio ſubiecti, iſtiuſque corporis tutelæ atque protectioni commiſſi ſunt: vnde etiam laudatiſſimi Monarchæ, aliique pii principes patriæ patres nuncupantur.

***Aliud ſimile à liberis. Accommodatio.*** Si interdum liberi inobedientes atque petulantes fiunt, non tamen ad necem vſque virgis cæduntur, ſed potius, ne parens ſe ipſum ſuo priuet, eoque grauem pœnitentiā & cordolium ſibi ipſi accerſat, iſto in loco caſtigantur, in quo nullum prorſus, vel minimum etiam damnum queat exiſtere: ita quoque ſubditi aliquando inſurgentes, rebellionemque excitantes, non vi & armis, grauiſſimiſque interminationibus, tamquam peregrini & hoſtes, quorum iactura iſti monarchæ nihil de ſuo cedit, ſed paternis melioribus informationibus, atque conniuentia à prudentiſſimo Monarcha caſtigantur, vt videlicet eoſdem ad priſtinam obedientiam reducat, & ne bono ſuo proprio, inexcuſabili apud poſteros rellicto exemplo, ſeipſum defraudet atque ſpoliet. Vnde de ſapientiſſimi &

præ-

Digitized by Google

præcellentiſſimi Imperatoris Antonini imperio (cui, ob conſeruandam libertatem, non paucæ quidem Orientales ſuæ Prouinciæ rebellauerant, & legatos ſuos, rebelles iſtos redarguere & repræhendere conantes, trucidauerant, nihilominus tamen ipſis poſtulata clementiſſime conceſſerat, & Prouincias Imperio conſeruauerat) hoc prouerbium in genere circumfertur: ROMANI IGNOSCENDO CRESCVNT: id ꝙ Monarchis magnam ſane laudem parit. Quocirca laudatiſsima domus Auſtriaca ad tam altum honorum faſtigii excreuit, quod præ omnibus aliis illuſtriſsimis familiis olim plerumque manſuetudine, clementia, atque benignitate imperium ſuum moderauerit; adeo vt etiamnum hodie loco prouerbii de eadem dicatur, quod AVSTRIACA INCLEMENTIA MELIOR SIET, QVAM SAXONICA GRATIA &c. procul omni dubio quod apud laudatiſsimam inclytamque domum Saxonicam forſitan aliquando acrimonia, pœnæque rigor plerumque gratiæ atque clementiæ prælatus fuerint.

*Antoninus Imperator.*

*Prouerbiū de Romanis, & Auſtriacis.*

Quum itaque Cæſareæ S. M. Dominus parens MAXIMILIANVS II. laudatiſsimæ pientiſsimæque memoriæ, inter alia pulcherrima exempla prudentiſsimi moderatiſsimique ſui Imperii, Ferdinandum ducem Saxoniæ &c. (qui Gothæ, vna cum multis proceribus, viriſque illuſtribus, aduerſus Cæſarem, ſereniſsimos Dominos Electores, atque adeo vniuerſum S. R. Imperium rebellauerat, coronæ Romanæ violentas inſidias ſtruxerat, idque etiam publice profiteri neutiquam erubuerat) non ſolummodo vita, quam, ob læſæ Maieſtatis crimen amiſerat, non priuaſſet, verum etiam eumdem longe ante ipſius obitum ex vinculis priſtinæ ſuæ libertati reſtituiſſet, ni S. R. Imperiū, & laudatiſſima Domus Saxonica, ob diuerſimodam metuendam intemperiem, Captiuitatem ipſius libertati prætuliſſent: iis ſane pacificis, ſaluberrimiſque laudatiſſimi Regiminis mediis, omnium hominum amorem in ſe deriuauit, &, quicquid etiam voluerit, feliciter obtinuit: Immo per manſuetum & ſapientiſſimum gubernandi modum prædicta laudatiſſima Domus Auſtriaca hactenus Romanum Imperium ſumma Reputatione, quaſi iure hæreditario, poſſedit: econtra odioſa & maledicta eſt apud omneis paſſim genteis Regula Hiſpanica, ob vehementem ſuam aſperitatem & præconceptā Reputationem, adeo vt omneis libertatis ſuæ amanteis populi eādem pro intolerabili exiſtument; licet culpa, reſpectiue, non ipſorum Dominorum, ſed miniſtrorum, qui eo ipſo præ cæteris omnibus magnam auctoritatem & reſpectum conſequi ſatagunt.

*Maximilianus II.*

Epilogi loco Cæſareæ S. M. abſque omni dubio ſedulo inculcabitur, aduerſari ipſius Cæſareæ Maieſtati, totique domui Auſtriacæ quod Bohemi arma ſumant. Cæſarea S. M. vero minime: contra illud ſuperius aliquot exemplis demonſtratum eſt potentiſſimos Inuictiſſimoſque Romanorum Imperatores atque Monarchas illud ipſum minime curaſſe, ſed, etiamſi exercitum collegerint, eumdem iterum dimiſiſſe: qui etiam hoc tempus acutius aliquanto intuetur, reipſa comperit Bohemorum præparationem bellicam ex metu Cæſareæ offenſionis, & quod Officialibus Prouincialibus, aliiſque, qui aduerſus coronam Bohemicam minas ſpiraſſent, Bohemi minime confidant, ſed multo potius aduerſus offenſionem armati in procinctu ſtare velint, inſtitutam eſſe, quemadmodum Bohemorum hac de re publicata diuolgataque ſcripta Meridiana luce clarius luculentiuſque teſtantur.



Digitized by Google

Vice verſa Cæſareæ S. M. armatura non fit ex metu Bohemorum, neque ſuæ ipſius perſonæ, vel ſuarum Prouinciarum aſſecuratione, ſed, vt Bohemos ad obedientiam reducat: iccirco Cæſarea S. M. abſque vlla iactura Cæſareæ ſuæ Reputationis conſcriptum exercitum iterum dimittere poſſet, quo melius Prouinciæ oneribus ſubleuarentur, & Bohemi eo minus ſeſe excuſare queant, quod ex metu Cæſarei exercitus ſua grauamina Cæſareæ S. M. renudare non potuerint. Quamobrem intermiſſio conſcribendarum militarium copiarum Cæſareæ S. M. multo potius inſeruiret ad oſtentandam Cæſ. S. M. magnanimitatem, & præbendum intellectum, quod videlicet ſuorum ſubditorum arma pro nihilo quaſi æſtumaret, ſed ſibi bene confideret, ſolummodo per ipſius Cæſareæ M. auctoritatem, ſine armis, eadem pônere, quam cum ſubditis dimicare. Sin igitur Cæſarea S. M. contra adeo manifeſtiſſimas cauſſas cum militarium copiarum conſcriptionibus perrexerit, tum ſane non dumtaxat apud peregrinos, verum etiam apud proprias ſuas Prouincias magnam diffidentiam excitabit, quaſi iſtiusmodi militum lectiones non ſolummodo contra Bohemiam, ſed etiam aduerſus alias Auſtriacas Prouincias directæ fient; id quod Cæſareæ S. M. laudatiſſimis proauis, in conſeruata apud Ordines ſyncera Correſpondentia & Reputatione Cæſarea, è diametro quaſi repugnaret.

Quum itaque haecce noſtra deductione vniuerſis & ſingulis ob oculos ponatur, quod Cæſareæ S. M. laudatiſſimæ Domui Auſtriacæ, & Prouinciis populiſque ſuis nihil pernicioſius, nihilque ad violandam Cæſaream Reputationem periculoſius perſuaſum fuerit, quam ſi Bohemos bello peteret: iccirco nihil amplius reſtat, quam ſi, quid factu opus, Cæſarea S. M. clementiſſime reſoluat, & ad vnicum dumtaxat finem ſpectet: NIMIRVM QVO PACTO CÆSAREA S. M. CORONAM BOHEMICAM PRO SE, SVISQVE POSTERIS, IN PACE ET QVIETE CONSERVARE POSSET.

## CAPVT XXII.

POſtquam Cæſarea M. interea ſatis ſuperque cognouiſſet Ordines Bohemiæ, apud S. R. Imperii Sereniſſimos Dominos Electores, & Principes, diſſimiles ſane informationes hinc inde ſpargere; iccirco binas Informationes, ad omnium notitiam, publicari iuſſit. Quarum prima proſtat ſupra cap. xvi.

## CAPVT XXIII.

### *PRO CAESAREA S. M. INFORMATIO II.*

POſtquam Inuictiſſima, Potentiſſimaque Cæſarea S. M. A. C M. DC XI. ex ſingulari Dei Ter Optumi Maxumi Prouidentia imperium Coronæ Bohemicæ feliciter inchoaſſet, Abbas Braunauienſis apud eamdem de ſubditis ſuis maxumopere vehementerque conqueſtus eſt, quod videlicet non ſolummodo contra ipſius præſcientiam, verum etiam, licet ſeſe iiſdem fortiter obpoſuerit, præter volun-

voluntatẽ, nouum templũ in ſuo pago, qui tamen alias nullũ amplius Dominum recognoſceret, exædificare in animum induxerint, &, cõtra omne ius & æquitatem etiam coram ſuis oculis in ædificando præfracte pergant. Quocirca Cæſaream S. M. humillime in auxilium vocare & rogare, ſubditis iſtis clementiſſime iniungere ne dedignaretur, vt videlicet ab iſto ædificio impoſterum abſtineant, & ad officium ſuum reuertantur, ſibique, ceu legitimo ipſorum Domino, conſuetam debitamque obedientiam præſtare non deſiſtant. Itaque clementiſſimus Dominus Imperator iſtam Abbatis petitionem adprobauit, & quamprimum Braunauienſibus, vt huius rei gratia Cæſaream ſuã M. ex omnibus circumſtantiis certiorem facerent, & interea ab incæpto ædificio deſiſterent, clementiſſime iniunxit: aſt neutrum horum (vti perhibetur, litem .n. iſtã meã non facio, ſed interpretis munere fungor) exequuti ſunt, ſed vice verſa Regia mandata nulla Reſponſione dignarunt, ſed Defenſores ac directores Conſiſtorii Pragenſis ſollicitarunt, eorundemue opẽ & auxilium contra Cæſareã S.M & Abbatem ſuũ implorarunt, quo facto animoſiores redditi cæptum templum eo animoſius alacriuſque continuarunt: id quod Abbatem miris modis vexabat atque excruciabat.

Cum autem Cæſarea S. M interim, ob grauiſſima, quæ S. M incumbebant, expedienda negotia, ex Regno Bohemiæ in alias Prouincias ſuas ſeſe contuliſſet, atque poſt reditum, qui A. C. M. DC. XVI. factus eſt, commemoratam iſtam controuerſiam iterum tollere decreuiſſet, litteras Maieſtatis, vti appellãtur, (quamuis hoc in negotio aliquanto rigidiorem ſeſe exhibere potuiſſet) reuoluit, & inter vtroſque Ordines SVB VTRAQVE, & SVB VNA, factam compoſitionem diligentius perpendit. In quibus inter alia repperit, quod templa extruere vnice S. R. Ordinibus competat: ſubditorum vero, præſertim vero clero ſubiectorum, ne minima quidem fiat mentio: Compoſitio autem ſolummodo ſubditos in Cæſareæ S. M. ditionibus atque Dominiis differenter concernat, adeo vt iuri tertii ne minimum quoque hoc in caſu detrahatur, neque vel Compoſitionẽ, neq; ipſas etiã Maieſtatis litteras ad cleri ſubditos torqueri poſſe. Quo facto Cæſarea S. M. comitem à Thurn/ vna cum duabus aliis perſonis è Defenſorum medio, ad ſe vocauit, iiſdemue ſequentẽ reſolutionem clementiſſime communicauit: quod videlicet ſubditi in bonis Eccleſiaſticorum templa exædificare minime poſſint, idque neque ſub prætextu litterarum Maieſtatis, neque ſubſequutæ vtrimque tranſactionis: immo quod etiam ii, qui rebellibus iſtiuſmodi ſubditis ſuppetias, tutelam atque protectionem præſtant, neque vnicam dumtaxat fundamentalem cauſſam, quibus certo nitantur, adferre queant. Hac reſolutione Cæſarea nihilominus æquitati ipſi conſentanea, percepta; defenſores, ira vindictaque ardentes, collegas ſuos conuocant, eorumdem ſententias exquirunt, nouas technas nouaſque explicationes pro ſuo lubitu excogitant, omnia quæ dumtaxat Cæſareatum Prouinciarum ſubditis, non quidem à Rege ipſo, ſed à tertiis conceſſa ſunt, etiam de bonis Eccleſiaſticis intellecta volunt: idque potiſsimum hac de cauſſa, quod piæ iſtiuſmodi fundationes cumprimis reges pro fundatoribus ſuis agnoſcant, & ita bona Eccleſiaſtica Cameræ propria bona male ſano quidem intellectu nuncupent. Et hanc regiæ recta contrariam opinionem defenſores, ex adſumpta poteſtatis plenitudine, Braunauienſibus pro intellectu inculcant, hunc modum ipſis præſcribunt, quod illud ipſum verus nucleus,

cleus, & proprius ac genuinus compoſitionis tranſactioniſque intellectus fiet, quem etiam mordaciter admodum tuentur atque defendunt.

Hac ipſa de cauſſa ciueis magis magiſque irritarunt, qui poſtmodum Regiæ S. M. mandatis Regiis non amplius obtemperare, de propoſito ſuo ne latum quidem vnguem recedere, neque claueis templi, vti ipſis iniunctum erat, prius ad Bohemicam Cancellariam perferre voluerunt antequam præcipua capita, & tamquam anteſignani ſiue coryphæi iſtius rebellionis atque ſeditionis in vincula conijcerentur. Cumque in pago Cloſtergrabenſi ſimilis ferme controuerſia exoriretur, & Dominus iſtius loci, Archiepiſcopus Pragenſis videlicet, de iure ſuo templum, nuperrimo tempore à ſuis ſubditis propria auctoritate conſtructum, ſolo æquari curaret: defenſores, itidem nouas ſubinde occaſiones quæritantes, nouum Conuentum Confeſſioni ſuæ addictis hominibus indicebant, numero tot, quot poſſent, conuocabant, prætendentes omnem ipſorum ſalutem iam in ſummo verſari diſcrimine, libertates ſuas violentiam pati, Maieſtatis litteris clanculum inſidiari, magnas vires bellicas, quæ, contra Patriæ leges, patriam obruituræ eſſent, in aperto campo conſpici, atque adeo ſummum periculum, ni inuigilent, & rebus ſuis mature conſulant, ipſorum capitibus imminere. Hiſce & ſimilibus vanis paniciſque prorſus conſternationibus omnibus metum iniiciunt: quem rumorem cum ignobile vulgus, quod ſuſpicionibus alias magis, quam æquom eſt, locum relinquit, percepiſſet, res ad manifeſtum tumultum ſeditionemque ſpectauit. Quam graue autem curioſiſſimo patri patriæ, & vniuerſalis pacis atque tranquillitatis amatori, Cæſareæ S. M. id acciderit, & quam moleſte illud ipſum tulerit, ipſius ad vicarios & officiales Regni eius rei gratia ablegatæ litteræ ſatis ſuperque adeoque ſummo cum cordolio teſtantur: in iis ſiquidem ſuis ſubditis (Bohemicis) omnem ſecuritatem, neceſſariamq; defenſionem atque protectionem clementiſſime eſt pollicitus, modo Regni membra atque Ordines ipſi debitam obedientiam præſtarent & ab iſtiuſmodi ſuſpectis conuentibus abſtinerent: ſin vero & porro dubium quoddam vel periculoſa inter vtriuſque Religionis Ordines controuerſia interim ſuboriretur, iiſdem clementiſſime iniunxit, vt ſcilicet iſtius litis deciſio ad velociſſimum Cæſareæ S. M. aduentum vſque differretur: interea pacifice abſque rixis victitarent, & pernicioſas ſuſpiciones, quarum nulla prorſus cauſſa exiſtat, ſummo ſtudio vitarent, vnicuique etiam ſuis Priuilegiis gaudere, vti, & pro ſuo lubitu frui clementiſſime conceſſit.

Sed ſpretis neglectiſque hiſce omnibus iidem defenſores XXI. D. Maii maiori, quàm antea, numero conuenerunt, &, poſtquam pridie populum per paſtores ex omnibus ſuggeſtibus perfecto, gratioſo, acceptoque ſermone ad inſurgendum inuigilandumque excitaſſent, iniqua hæcce conſilia inter ſe inuicem excogitarunt, quæ ſubſequuta dies Mercurii in lucem protulit: qua magna hominum armata manu ſtipati arcem Regiam Cæſareæ S. M. Regiam reſidentiam Bohemicamque Cancellariam (locum alias rutiſſimum, oppreſſorum & innocentium aſylum portumque vnicum) violenter occuparunt, conſiliarios, regnique officiales præcipuos, inluſtri familia oriundos (quibus hoc in caſu nulla culpa imputari poterat) contra omnia diuina humanaque iura, S. R. Imperii Conſtitutiones, omnium populorum temporumque conſuetudines ſumma violentia

lentia inauditos cauſſaque incognita, multo minus conuictos confeſſoſque, nulloque contra ipſos inſtituto proceſſu, immo SS. Eucahriſtiæ vſu (quem tamē humana bonitas corruptiſſimis etiam hominibus, nefandis latronibus, atque ſceleratiſſimis quibuſcumque perſonis permittit) minime conceſſo, de feneſtris in imum præcipitarunt: quo facto omnia, contra Cæſareæ S. M. dignitatem, reputationem, atque auctoritatem, vnanimi omnium conſenſu moliri auſi ſunt, dum arcis præſidiarios, Pragenſium, aliarumque ciuitatum inquilinos, à præſtito Cæſareæ S. M. iuramento abalienarunt, & in ſua verba iurare coegerunt, quoſdam, legitimis de cauſſis in vincula coniectos, propria auctoritate è carceribus violenter eripuerunt, alios Cæſareo-Regios fideles miniſtros vero, præmiſſis grauiſſimis interminationibus, carceribus incluſerunt, alios bonis ſuis priuarunt, grandi ære mulctarunt: arcem munitionemque Carolſteinium, tamquam locum firmiſsimum, in quo corona Bohemica aliaque Regni Priuilegia adſeruantur, remoto ab officio Burggrauio, aliiſque præcipuis Regni Officialibus abrogatis, occuparunt, annuos Antemonitanorum reditus (qui ad neceſſariam Hungaricorum finium defenſionem deputati erant aliosque Regios cenſus auaris ſuis manibus ad ſe rapuerunt, quæſtores Prouincialium Contributionum loco remouerunt, iiſdem alios ſubſtituerunt, iſtamque Contributionem (quod ipſi etiam Regi minime licuit) contra expreſſum S. R. Imperii tenorem, in alios vſus conuerterunt, tam equitum quam peditum militareis copias conſcripſerunt, Cæſareæ S. M. perfideles dilectos, & conſtantia S. R. Imperii membra grauiſsimis minis ad ſuas partes pertraxerunt, alios ſibi repugnantes inobedienteſque ſubditos irritarunt, ſcholas conſenſu omnium Regni Ordinum fundatas, adeoque præcellentem Academiam, Bohemicæ Iuuentutis conſeruatricem, inque bonis moribus honeſtatis propagatricem, eiuſdemue Profeſſores, aliosque Eccleſiaſticos homines, eruditiſsimos clariſsimoſque viros ex tota Prouincia in exilium pepulerunt, templa vaſtarunt (eorumdemue Reditus & Prouentus ſibi reſeruarunt, contra Cæſareo-Regios officialeis omnem violentiam exercuerunt, officio ſuo fungi eoſdem prohibuerunt, iiſdem, antequam intemperies iſta ſedaretur, loco excedere interdixerunt, Burggrauium, cui, poſt Regem omnis concredita poteſtas, in propriis ſuis ædibus armata præ foribus manu cuſtodiuerunt.

Omnem vero iſtam audaciam non alio modo excuſant, quam quod litterarum Maieſtatis Priuilegia, & coanguſtatæ Relligionis SVB VTRAQVE, conſeruatio, immo ipſius Cæſareæ M. florentiſsimique iſtius Regni ſalus & proſperitas hunc neceſſariæ defenſionis modum ſibi præmonſtrauerint: Cuius figmenti vanitas ex hoc liquido apparet, quod etiam ne minimum quidem hoſtem vel fingere, vel nominare poſsint, qui opprimi oportuiſſet, vel etiam quod Regnum in extremam perniciem atq; interitum forſitan coniectum fuiſſet. Equidem in ipſorum per typos diuolgata Apologia I V. perſonæ nominantur, quæ, etiam inauditæ, publici hoſtes Regni ac vniuerſalis quietis atque tranquillitatis hoſtes & perturbatores iniurioſe appellantur, ad quam ſuo loco reſpondebitur. Aſt iudicet nunc quilibet ſanæ mentis iudex, an videlicet ob commemoratas iſtas cauſſas iugum obedientiæ excuti, frenum rebellionis ſolui, conſtitutiones opprimi, & innocentia Regni membra damno pernicioſiſsimi adeo belli implicari oportuerint, & an ſubditis contra legitimum ſuum Regem inſurgere, vicinarum

 Prouin-

Prouinciarum, Regum, Electorum, aliorumque S. R. Imperii principum & Ordinum opem & auxilium implorare, eoſdemue contra Cæſaream S. M. irritare atque commouere licitum conceſſumque fuerit?

Notum, præterea, manifeſtumque eſt omnibus & vniuerſis, in ipſa rei veritate quoque certum, conſtans, atque immotum permanebit, Priuilegiis litteriſque Maieſtatis ne minimum quidem derogatum fuiſſe, neq; etiamnum hodie derogari: immo Cæſareæ S. M. numquam in mentem venit, minimam etiam litteram contra clementiſsime conceſſas confirmationes immutare vel in dubium trahere; id quod peculiares aliquot Cæſareæ S. M. editæ Reſolutiones atque declarationes ſatis ſuperque teſtantur. In iis vero rebus, quæ ſub libertate Relligionis atque adeo abſque vllo dubio occurrunt, vtpote an licitum ſiet ſubditis in territorio Eccleſiaſticorum Dominorum templa extruere &c. illarum inquam rerum ſententiæ, explicationes, & deductiones inter litigitantes minime defendendæ, neque defenſoribus ob id licuit quod inopportuno adeo tempore falcem ſuam alienæ meſsi immiſerint, ſed definitiua iſtiuſmodi ſententia, explicatio, & deductio, tamquam cauſſa, cuius nouum Priuilegium nullam mentionem facit, merito Cæſareo-Regiæ S. M. ſyncero iudicio reſeruata fuit.

Quamobrem inconcinnum admodum videtur, quod inaudita iſtiuſmodi attentata ſub prætextu Relligionis defendantur, quæ ipſam etiam Cæſaream S. M. non parum concernunt. Licet vero eadem Cæſarea S. M. neceſſariis mediis minime deſtituta ſiet, quibus pro merito tranſgreſsionem, rebellioneque iſtam punire atque Cæſaream ſuam auctoritatem tueri poſſet: nihilominus tamen pro innata ſua Cæſarea bonitate atque clementia, quæ multifaria pericula, quæ plerumque ex bello exoriri ſolent, quaſi iam oculis ſuis ex commiſeratione & cordolio intuetur, coram vniuerſo mundo proteſtatur ſe nihil aliud in votis habere, quam quod, ex præſcripto S. R. Imperii Conſtitutionum, per ordanatiam rei inueſtigationem ius obſeruetur, & iuxta omneis ſolemnitates & conſuetudines vtrimque militareis copiæ dimittantur, atque adeo extremum periculum huius Regni per legitima iuſtitiæ media mature auertatur: quam æquiſsimam etiam Cæſaream ſuam inclinationem, animiq; legitimam intentionem tam per patentes, quam alias quoque priuatas litteras omnibus & ſingulis Relligioni SVB VTRAQVE addictis hominibus innuere voluit, quemadmodum quilibet ex ſequentibus Exemplaribus cognoſcere poterit, ſi, ex ſincero, & non ab affectibus corrupto ſenſu, manſuetam, omnibuſque S. R. Imperii Conſtitutionibus, iuribus, & Conſuetudinibus conformem mentem Cæſareo-Regiæ S. M. æſtumare voluerit.

## CAPVT XXIV.

CVm in prioribus actionibus Litterarum Maieſtatis (quas tam Imperator RVDOLPHVS, quam & Cæſar MATTHIAS, tanquam Bohemiæ Reges, pientiſſimæ glorioſiſſimæque memoriæ, Ordinibus Bohemiæ clementiſſime donarunt) ſæpius crebra fiat mentio, quarum cauſſa etiam tota iſta controuerſia & periculoſiſſima ſuſequuta intemperies exortæ ſunt, iccirco earum tenorem heic inſerere voluimus.

*CAESA-*

## CAESAREAE MAIEST. RVDOLPHI II. P.M. MAIESTATIS LITTERAE:

NOS RVDOLPHVS II. Diuina fauente clementia electus Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ, Dux Lucemburgiæ & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ, Comes Tyrolis &c.

IN SEMPITERNAM REI MEMORIAM, tenore præſentium litterarum, notum facimus omnibus & ſingulis: poſtquam omneis III. Ordines noſtri Regni Bohemici, verum corpus verumque ſanguinem Domini & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI SVB VTRAQVE Specie percipientes, noſtri perfideleis dilecti in vniuerſali Conuentu Prouinciali (qui præcedentis ANNI M. DC.IIXX. die Lunæ poſt Exaudi in arce Pragenſi inchoatus, & eiuſdem anni die VENERIS poſt IOHANNIS BAPTISTÆ finitus eſt) Nos, tamquam ipſorum Regem, humillime ac decenti ordine rogaſſent, vt videlicet in Bohemica Confeſſione fidei, (quæ ab aliquibus AVGVSTANA nuncupatur CONFESSIO) A. C. M.D.LXXV. in communi Prouinciali Conuentu collecta, & Cæſareæ M. MAXIMILIANO, glorioſiſſimæ memoriæ, Domino noſtro parenti amantiſſimo tradita (quæ ipſis tunc temporis, vti certiſſime percepimus, & ex ſuauiſſimi noſtri Domini parentis manu propria exaratis litteris, aliiſque tabulæ Prouinciali incorporatis monumentis cognouimus, confirmata fuit) & inter ſe inuicem inſtituta atque in procemio commemorata compoſitione & tranſactione, aliiſque requiſitis Relligionem ſuam concernentibus, conſtanter tuerentur, & Chriſtianam ſuam Relligionem SVB VTRAQVE, libere, atque impedite exercerent; propagarent, atque adeo in omnibus Ordines à nobis aſſecurarentur, quemadmodum etiam hic articulus, tabulæ Prouinciali, & libro viridi vniuerſalium Conuentuum Prouincialium A. C M. DC. IIX die Lunæ poſt Exaudi ſub littera K. 8. inſertus, hæc omnia in ſeſe latius copioſiuſue complectitur.

Quoniam vero nobis eo ipſo tempore, ob grauiſſima, quæ nobis incumbebant, negotia, & quorum gratia commemoratus Conuentus Prouincialis potiſſumum inſtitutus erat, quæque nullam moram remoramque patiebantur, illud ipſum confirmare minime potuerimus: iccirco, ad vlteriorem huius rei expeditionem, dilationem ad futurum vſque Conuentum Prouincialem, die Iouis ante MARTINI inſtitutum clementiſſime petiimus, interea quoque iiſdem Ordinibus certo promiſimus, niſi illud in commemorato modo Conuentu Prouinciali exequeretur, quod tum liberum Relligionis ſuæ exercitium vſurpare, & vſque ad finalem articuli huius depoſitionem, ad aliam perpenſionem vel tractationem aliorum ipſis à nobis in propoſitione conuentus Prouincialis proponendorum articulorum nullo modo obligati & obſtricti eſſe debeant, quemadmodum illud clementiſſima noſtra petitio & facta aſſecuratio ſatis ſuperque teſtatur. Poſtquam autem Conuentus Prouincialis, qui, vti diximus, die Iouis ante MARTINI inſtitutus erat, aliis grauiſſimis de cauſis à nobis iterum dilatus, & alius quidem die Martis poſt PAVLI CONVERSIONIS A.C.M DC.IX. inſtitutus, noſtriſque mandatis in arcem Pragenſem indictus fuiſſet, commemorati iſti Ordines,

dines, SVB VTRAQVE, iterum priorem ſuam Confeſſionem, factamque inter ſe inuicem tranſactionem nobis obtulerunt, neque deſtiterunt nos, tanquam ipſorum Regem & Dominum, tam per exhibitos libellos ſupplices, quam per inſignes & ſplendidas interceſſiones ſollicitare, vt in ipſorum, ceu fidelium noſtrorum ſubditorum, petitionem clementiſſime conſentiremus.

Poſtquam vero illud negotium cum ſupremis noſtris Officialibus Prouincialibus Regni huius Bohemici in diligentiſſimam deliberationem Cæſaream pertraxiſſemus: conducibile, vtile, & neceſſarium eſſe autumauimus, ſi, ad humillimam factam omnium III Ordinum, SVB VTRAQVE, Dominorum, Equeſtris Ordinis, Pragenſium, aliarumque ciuitatum delegatorum Regni huius Bohemici petitionem, vniuerſalem Prouincialem Conuentum poſt diem Solis Rogationum ANNI huius M. DC.IX. per Regia noſtra mandata ad Pragenſem arcem indiceremus, & in publicatis iſtis mandatis ſimul adnecteremus, quod videlicet in Conuentu iſto per definitiuam tamdem ſententiam in propoſitione Conuentus de articulo, Religionem concernente, decernere & ſimul ſtatuere velimus, quo pacto, ſcilicet omneis & ſinguli, tam SVB VTRAQVE, quam etiam SVB VNA, quique nobis exhibitæ confeſſioni addicti ſunt, Religionem ſuam, abſque vlla moleſtia & impedimento tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium hominum libere exercere & propagare poſſint, id quod noſtra mandata, ſub dato in arce noſtra Pragenſi Sabbathi poſt Dominicam IVBILATE Anni huius M DC.IX. commemorato iſto in articulo latius commonſtrant. Quem ad Conuentum quum omnes iſti III. Ordines obſequioſiſſime ſeſe contulerint, nos quoque, iuxta clementiſſimum noſtrum promiſſum, in prædicto noſtro mandato articulum de Religione in propoſitione Conuentus Prouincialis ante omnia proponi curauerimus, omneis dicti III. Ordines SVB VTRAQVE, vnanimi omnium conſenſu, priorem ſuam petitionem per nobis humillime oblatum Scriptum renouarunt, eiuſdemue ſufficientem aſſecurationem, & confirmationem apud Prouincialem tabulam humillimo ſtudio implorarunt.

Quum itaque nobis nihil gratius acceptius ve poſſit contingere, quam vt in noſtro Regno inter omneis III. Ordines, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE SPECIE, nunc & in perpetuum conſtans concordia, pax, & vniuerſalis tranquillitas, ad incrementum & conſeruationem Reipublicæ, propagentur, & quælibet pars in ſua Religione, penes alteram, inuiolata, ſarta, tectaue conſeruetur, atque adeo A C M. DC.IIX. facto Prouincialis Conuentus Decreto, & nupero noſtro publicato mandato (in quibus Confœderatos Ordines, ſæpe nunc commemoratam Confeſſionem amplectentes, pro iis, qui hactenus ſemper fuerunt, nempe pro noſtris fideliſſimis obſequentiſſimiſque ſubditis, ſub noſtra clementiſsima protectione, ad omneis conſtitutiones, iura, Priuilegia atque libertates huius Regni pertinentes, & ad quos Regium noſtrum iuramentum, iura, & Prouinciales Conſtitutiones ſeſe extendunt, habuerimus & cognouerimus, eoſdemue etiamnum hodie pro iiſdem adhuc & habeamus, & cognoſcamus) per omnia ſatiſfiat; iccirco, ratione inſignium interceſsionum, eorumdemue Ordinum SVB VTRAQVE, humillimæ petitionis, nobiſque toto noſtri Imperii tempore fideliſsimorum præſtitorum officiorum, aliiſque grauiſsimis de cauſis, maturo conſilio, decente deliberatione, bona noſtra conſcientia,

tia, Regia Bohemica poteſtate, conſilio præcipuorum noſtrorum Officialium, Prouincialis iuris Adſeſſorum, & relliquorum conſiliariorum, articulum, Religionem concernentem, cum omnibus III. huius Bohemici Regni Ordinibus in præſenti Prouinciali Conuentu & arce Pragenſi, definiendo concluſimus, & Ordines, SVB VTRAQVE, hiſce noſtris litteris Maieſtatis aſſecurauimus.

Primo, quemadmodum antea apud prouincialem tabulam Lit A. 32. confirmatum eſt, quod ad Relligionem, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE SPECIE, attinet, quod videlicet neutra pars alteram lædere & conuitiari, ſed, vice verſa, ceu veri minimeque fucati amici, conſtanter tueri debeat, illud hoc in articulo ratum permaneat, & binæ partes, vti & iam, ſic quoque & inpoſterum, inter ſe inuicem confœderatæ ſient: ſub pœna transgreſſoribus in Conſtitutione Prouinciali interminata. Quoniam vero ii SVB VNA in hoc Regno Bohemiæ liberum impeditumque Relligionis ſuæ exercitium habent, in quo ab iis SVB VTRAQVE, confeſſionemque amplectentibus, ne quicquam perturbari debent, icciico hac in re ſeruetur conformitas & æqualitas. Iccirco conſentimus, iiſdemue ius & potentiam adtribuimus, quod videlicet ſupradicti confœderati Ordines, SVB VTRAQVE, Domini, & Equeſtris dignitatis homines, Pragenſes, montanæ, aliæque vrbes, vna cum omnibus ſuis ſubditis, & in ſumma omneis Bohemicam confeſſionem (quæ laudatiſſimæ & beatiſſimæ memoriæ Imperatori Maximiliano, dilectiſſimo Domino & patenti noſtro in vniuerſali Conuentu Prouinciali A. C. M. D. LXXV. & iam denuo nobis exhibita fuit, & in qua eoſdem tueri atque defendere promiſimus) amplectentes, nemine excepro, Chriſtanam ſuam Relligionem SVB VTRAQVE iuxta ipſorum confeſſionem, & factam inter ſe inuicem tranſactionem, libere & impedite omnibus in locis exercere, & in toto iſto diuino cultu atq; ordinatione & ſanctione Eccleſiaſtica, qua iã fruuntur, vel imposterũ conſtitui queat, pacifice victitare poſſint vsq; ad vniuerſalem ob relligionẽ in S. R. Imperio compoſitionem. Et ita neq; iam, neq; in futurum tempus ad compacta, quæ in vniuerſali Conuentu Prouinciali A. C. M. D. LXVII. in Priuilegiis Prouincialibus & alibi omiſſa ſunt, renebuntur.

Porro quoque Ordinibus, SVB VTRAQVE, impoſterum hanc peculiarem gratiam atque Cæſaream clementiam pollicemur, & omnibus III Ordinibus, hanc Confeſſionem amplectentibus, inferius Pragenſe conſiſtorium iterum plenarie adtribuimus, elementiſſimeque in id etiam conſentimus, quod videlicet confœderati Ordines SVB VTRAQVE illud Conſiſtorium cum ſuis paſtoribus, vel miniſterio Eccleſiaſtico, reforment, Prædicantes ſuos, tam in Bohemico, quam Germanico idiomate, ordinari ſinant vel ante ordinatos illinc, abſque vllo Archiepiſcopi Pragenſis inpedimenro, ſuis Collaturis & parochiis præficiant.

Similiter & iiſdem Ordinibus Pragenſem Academiam (quæ alias & antiquitus illis competiit) cum omnibus ſuis requiſitis denuo & elementiſſime adtribuimus, ea lege vt in eadem idonei & clariſſimi omnium facultatum profeſſores foueantur, & ſupra Conſiſtorium & Academiam idonei & prudentes Defenſores conſtiruantur.

Antequam autem hæc omnia decenti ordine peragantur, non minus omneis III. Ordines SVB VTRAQVE, vti ſupra commemorauimus quod videlicet

licet Relligionem ſuam abſque impedimento vllaque remora exercere poſſent, perfecte atque plenarie relinquantur: quot etiam perſonas idoneas iidem confœderati vnitique Ordines, SVB VTRAQVE, ſupra commemoratum ipſorum conſiſtorium & Academiam vnanimi omnium conſenſu ex omnibus III. Ordinibus pari numero conſtituerint, & eaſdem nobis, tamquam ſuo Regi atque Domino, exhibuerint, illas omneis & ſingulas, nulla exclusa, volumus & debemus, intra duarum Septimanarum ſpacium exhibitæ nobis deſignationis, confirmare, pro defenſoribus declarare, & ſupra Ordinibus præſtitum iuramentum, in aliam inſtructionem nullo alio nobis præſtando iuramento obligare.

Quum vero, aliis grauiſſimis de cauſſis & impedimentis, prædicto tempore eaſdem non confirmaremus, vel confirmare nollemus, ii nihiloninus ſupra vtrumque (Conſiſtorium videl. & Academiam) Defenſores permaneant, omneque illud non minus peragant quam ſi Defenſores à nobis conſtituti fuiſſent: ſin quoque aliquot ex ipſis morerentur, tum Ordines, SVB VTRAQVE, in defunctorum locum alium ſubſtiuant, eumdemue viuentibus cæteris adiungant: id quod inpoſterum quoque ſupra commemorato modo, tam à nobis, quam noſtris hæredibus & futuris Bohemiæ Regibus, quemadmodum etiam ab iiſdem Ordinibus & Defenſoribus SVB VTRAQVE inuiolabiliter atque ſancte vtrimque obſeruetur.

Sin quoque aliquis ex confœderatis omnibus III. Ordinibus huius Regni, SVB VTRAQVE, ſupra iam habentia alias ad ipſos pertinentia templa (quæ ipſis impoſterum etiam tueri atque conſeruari debent) forſitan in ciuitatibus, vrbeculis & pagis, vel alibi, plura templa & ſeminaria, ad pie educandam iuuentutem, extruere velit, illud ipſum pariter, non ſecus quam Dominis, & Equeſtris Ordinis Viris, & Pragenſibus, montanis, aliiſque ciuitatibus in genere, & alicui in ſpecie, iam & impoſterum quoque abſque vllo impedimento conceſſum ſiet.

Quoniam etiam in multis noſtris Regiis & Reginæ huius noſtri Regni Bohemici vrbibus, non pauci, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE, inter ſe inuicem ſimul cohabitent: iccirco conſtans & peculiare noſtrum eſt mandatum, quod ad conſeruandam charitatem & Concordiam neutra pars, in peragendo ſuo diuino cultu, alteri quicquam præſcribere, ſepulturam mortuorum cadauerum in templis & cœmiteriis, quemadmodum & conſuetum campanarum vſum, minime prohibere, & ita, de hodierni huius diei dato, nullus ex ſupe: & inferioribus Ordinibus, Ciuibus, vrbecularum pagorumque inquilinis, Eccleſiaſticis, vel ſecularibus, à ſua Relligione abalienari, & per inſidioſas fraudulentaſque ad id excogitatas technas, ad alteram Relligionem cogi debeat Id quod ad nihil aliud, quam ad conſeruationem charitatis & concordiæ, fideliter inſtitutum eſto.

Quocirca, vi verborum noſtrorum Regiorum, ſancte pollicemur, quod omneis III. confœderati Ordines, Bohemicam Confeſſionem amplectentes, vna cum omnibus ſuis poſteris, in omnibus ſupra commemoratis rebus, à nobis, noſtris hæredibus, & futuris Bohemiæ Regibus, perfecte & plenarie, abſque omni confuſione atque perturbatione, conſeruari atque tueri debeant, quemadmodũ & eos ipſos paci Relligionis S.R. Imperii, tamquam eiuſdem præcipuũ membrum,

brum, includimus, iiſdemue hoc in negotio neque à nobis, noſtris hæredibus, vel futuris Bohemiæ Regibus, neque ab aliis Eccleſiaſticis, vel ſecularibus perſonis, futuris & perpetuis temporibus nulla importantia neque præſcriptio fieri debet. Contra ſupra dictam pacem Prouincialem, & Ordinibus, SVB VTRAQVE, à nobis clementiſſime præſtitam aſſecurationem, nolumus quod vnicum aliquod mandatum, vel aliud quiddam, quod minimam etiam remoram atque impedimentum creare poſſet, à nobis, noſtris hæredibus, & futuris Bohemiæ Regibus, vel à quoquam alio, edi, vel etiam acceptari debeat: poſito autem quod tale quidpiam forſitan ederetur, vel ab aliquo acceptaretur, nihilominus tamen illud ſiet inefficax, neque de eodem vel cum, vel abſque iure aliquid pronunciari neque decerni debet: quem in finem etiam omnia alia mandata, hactenus contra Ordines SVB VTRAQVE, Bohemicamque Confeſſionem amplectentes, ex omnibus quibuſcunque locis promulgata, præſentibus hiſce tollimus, annullamus, & pro mortuis agnoſcimus: Et quod omne, quod iidem Ordines tam iam, quam etiam antea ſub articuli huius confirmatione petierunt, omniaque iſta, quæ interim acciderunt, neque hodie, neque in futurum tempus, ad vnicum præiudicium vel derogationem honeſtæ famæ omnium III. Ordinum, in genere, & in ſpecie, à nobis, noſtris hæredibus, & futuris Bohemiæ Regibus imputari vel de modo dictis Ordinibus male interpretari debeat, idque in futura perpetua tempora.

Mandamus igitur omnibus noſtris ſupremis Officialibus Prouincialibus, iuris Prouincialis Adſeſſoribus & Conſiliariis, ſingulis etiam Ordinibus & Inquilinis huius Regni Bohemici, præſentibus & futuris, fideliſſimis noſtris, quod ſæpius nunc commemoratos Dominos, Equeſtris Ordinis viros, Pragenſes, montanas, aliaſque ciuitates, omneis III. Ordines Regni huius Bohemici, vniuerſos eorundem ſubditos, atque adeo omneis SVB VTRAQVE, Confeſſionem hancce Bohemicam amplectentes, tenore præſentis noſtræ aſſecurationis, litterarumque Maieſtatis, pro vt verba in omnibus articulis, ſententiis & clauſulis ſonant, defendatis, protegatis, iiſdem nihil præſcribatis, multo minus idem faciundum aliis permittatis, idque ſub euitatione noſtræ iræ & inclementiæ.

Et volumus præterea, ſin forſitan aliquis ex Eccleſiaſticis, vel ſecularibus perſonis, haſce noſtras Maieſtatis litteras tranſgredi conetur, immo noſmet, hæredes noſtros, & futuros Bohemiæ. Reges, adeoque omneis Ordines, obligatos iudicamus, omneis iſtiuſmodi tranſgreſſores, tamquam perturbatores & violatores communis pacis atque tranquillitatis, comprehendere, econtra vero Ordines vna cum ſuis tueri atque defendere, quemadmodum illud ipſum in conſtitutione Prouinciali articulus de Prouinciæ, eiuſdemue Conſtitutionum & iurium defenſione expreſſe teſtatur.

Et denique tam ſupe: quam inferioribus Officialibus tabulæ Prouincialis huius Regni Bohemiæ iniungimus, quod, in futuram rei memoriam, haſce Maieſtatis litteras in relatione Prouincialis Conuentus, quæ in hoc ipſo Conuentu ab omnibus III. Ordinibus Regni huius Bohemiæ fiet, modo commemoratæ iſti Prouinciali tabulæ inſerant, & poſtmodum hoc noſtrum Originale ad alia Prouincialia Priuilegia & libertates ad Carolſteiniū ſeponant atque cuſtodiant. In fidem teſtimoniumque commemoratorum iſtorum Cæſareum no-



Digitized by Google

ſtrum ſigillũ ad Maieſtatis noſtras litteras adpendi mandauimus: quæ dabantur in Regia noſtra arce Pragenſi Die Iouis poſt S. Procopii A. C. M. DC.IX. Regnorum noſtrorum Romani XXXIV. HVNGARICI XXXVII. & BOHEMICI etiam XXXIV. ANNIS.

RVDOLPHVS.

Adamus de Sternberg ſupremus Burggrauius Pragenſis.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Maieſt. proprium.

Paulus Michna &c.

## TRANSACTIO, QVAE INTER ORDINES, SVB VNA, ET SVB VTRAQVE, FACTA, ET TABVLAE *Prouinciali A. C. M. DC.IX. die Sabbathi poſt Egidii inſerta eſt.*

AD articulum, Relligionem concernentem, quod attinet, qui, iuxta clementiſſimam Cæſareæ S. M. petitionem, in Prouinciali Conuentu A. C. M. DC. IIX. die Lunæ poſt Dominicam EXAVDI celebrato, vſque ad ſubſequentem Conuentum, & iſtius (articuli) totalem definitiuam ſententiam dilatus fuit, quoniam modo dicta laudatiſſima Cæſarea S. M. cum omnibus III. huius Regni Ordinibus eumdem in Prouinciali hocce Conuentu concluſerit, & illi parti, corpus, ſanguinemque Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Sub Vtraque ſpecie percipienti, per paullo ante commemoratas Maieſtatis Litteras, certam adſecurationem cautionemque præſtiterit, quod videlicet libero ſuo Relligionis exercitio, Bohemica Cæſareæ S. M. exhibita Confeſſione, & facta inter ſe inuicem tranſactione & compoſitione libere, publice, & impedite vti frui poſſet: inſuper quoque inferius Conſiſtorium & Pragenſem Academiam, vna cum omnibus requiſitis, iis, Ordinibus ſub Vtraque, (quemadmodum ante dictæ, in peculiari Conuentus Prouincialis relatione tabulæ Prouinciali inſertæ, & die Iouis poſt S. Procopii A. C. M. DC. IX. datæ Maieſtatis Litteræ ſatis ſuperque teſtantur) clementiſſime adtribuerit, iccirco omnia in iiſdem Litteris compræhenſa requiſita non immerito in ſuo valore rellinquuntur.

Quoniam etiam Pars Sub Vna, cum Ordinum Sub Vtraque delegatis conſtitutiſque Perſonis tranſegerit, quod videlicet Ordines Sub Vtraque, alteram partem, Sub Vna, eiuſdemue omnia templa, diuinum cultum, Cæremonias, Collaturas, Monaſteria, Collegia, erogationes, donationes, decimas, annuos reditus, accidentia, & priſcas conſuetudines relliquas minime impedire, ſed, quemadmodum & alteram partem Sub Vtraque, in poſſeſſione ſua quietam rellinquere & velit, & debeat: ſimiliter ſi Cæſarea S. M. etiam, tamquam Rex Bohemiæ

miæ in ſuis Dominiis, vel alius quiſpiam ex ſuperioribus Ordinibus, ſiue Sub Vna, vel Sub Vtraque iſte ſiet, pro ſe, vel ſuis ſubditis, ſuæ Paroeciæ vel Collaturæ, ſacerdotem quemdam Sub Vna, & ab Archiepiſcopo Pragenſi conſecratum, præficere vellet, quod id iure præſtare poſſet, & debeat.

Quantum vero ad Pragenſes, aliaſque huius Regni ciuitates attinet, quoniam communio omnium trium Pragenſium ciuitatum, earumdemve diuini verbi præcones atque miniſtri, & permultæ adhuc aliæ vrbes magno numero ad Ordines Sub Vtraque ſeſe contulerint, Confeſſionem Bohemicam receperint, & quod, ex præſcripto Conſtitutionis, qua ii Sub Vtraque, iuxta ipſorum Confeſſionem, fruuntur, & impoſterum quoque fruentur, pacifice viuere velint, polliciti fuerint: icc irco, ad præcauendas contentiones & metuendas Communionũ rixas, hæc vtrimque cautela poſita, quod, ſi quis in Paroecia vel Communione quapiam adhuc reperiatur, qui iuxta normam ſacerdotis cuiuſdam Sub Vtraq;, qui ab Archiepiſcopo Pragenſi iuxta Bohemicæ Confeſſionis tenorem conſecratus eſſet, viuere velit, quod ex illis quilibet, & pro ſuo etiam lubitu, (attamen abſque ad rixam contentionemque data occaſione iſti Communitati, & à Cæſarea S. M. Ordinibus Sub Vtraque clementiſſime conceſſo Conſiſtorio) ad iſtiuſmodi ab Archiepiſcopo Pragenſi conſecratum ſacerdotem ſeſe conuertere, & officia Eccleſiaſtica ab eodem rite percipere poſſit.

Sepulcra cadauerum mortuorumque hominum quod concernit, ii Sub Vtraque, apud Parochias, vel templa & Communiones Sub Vna non ſepeliri debent, & econtra &c. niſi id fiat peculiari conſenſu & voluntate Collatoris, vel templi iſtius Curatoris Eccleſiaſtici. Sin vero aliquot homines Sub Vtraque ad Communionem ſiue Parochiam quamdam Sub Vna pertinerent, & ad eamdem vel decimas vel alios annuos reditus conferrent, ii, abſque rogatione ſuperiorum Collatorum, iſtis in locis ſepeliri poterunt, & econtra &c.

Si vero Collatorum quiſpiam, vel alius, quicumque etiam ille ſiet, ſepulchra mortuorum cadauerum minime concedere vellet, hæredes ſuperſtites rum decimas, alioſque annuos reditus impoſterum porrigere & exhibere neutiquam tenebuntur: ſed, vice verſa, ſubditorum iſtorum Dominus & Magiſtratus ad aliam Eccleſiam prouentus iſtos annuos transferre, & inibi mortuorum ſepulchra inſtituere poterit. Quibus in locis & ciuitatibus autem, vel in Cæſareæ S. M. Reginæ, regnique dominiis, ii Sub Vtraque propria ſua templa & ſepulchra cum iis Sub Vna pariter atque ſimul non habent, ii, vi & efficacia ſupra ſæpiuſque commemoratarum Maieſtatis Litterarum, peculiaria templa, ad exercendũ diuinum cultum exædificare, & certa loca ad mortuorum ſuorum ſepulturam eligere poterunt.

Sin quoque aliquis cum altero, Collaturæ cuiuſdam cauſſà, coram ordinario huius Regni Iudicio, iam ante hancce tranſactionem, in, ſub iudice adhuc dependente, lite, victor euaſiſſet, & lis in iudiciali cognitione adquieſceret, binæ contrariæ concertanteſque partes definitiuam iſtius litis ſententiam expectare tenebuntur: attamen illi, & ita quilibet qui ante alterum Collaturam cuiuſdam Eccleſiæ obtinere volet, poſſeſſori iſtius Collaturæ non moleſtus ſiet, neque ſeſe illi immiſceat, niſi id ipſi per ordinarium Iuris modum (ex præſcripto vtrimque inſtitutæ tranſactionis) peculiariter conceſſum fuerit. Cum igitur aliquoties nunc



Digitized by Google

nunc dictæ Maieſtatis Litteræ, huic ab Ordinibus vtriſque, tam Sub Vna, quam etiam Sub Vtraque ſpecie, factæ compoſitioni econtra modo dicta vtrimque facta compoſitio iſtis Maieſtatis Litteris minime aduerſetur, & iſta partium cautela vtrimque neceſſaria, atque adeo nulli parti recta protectionis explicatio violabilis exiſtat: icirco Cæſarea S. M. non ſolummodo promiſſis Litterarum Maieſtatis clementiſſime adquieſcit, verum etiam vtrimque factam compoſitionem tranſactionemque pari Cæſarea clementia approbat, & clementiſſime in id conſentit vt videlicet obſignata Copia, ſub prouinciæ ſigillo huius Regni, tam litterarum iſtarum Maieſtatis, quam articuli huius Prouincialis Conuentus, illis Sub Vna, &, vice verſa, illis Sub Vtraque à Prouinciali tabula communicetur. Actum die Iouis poſt S. Procopii A. C. M. DC. IX.

## CAPVT XXVI.

## *EIVSDEM GLORIOSISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS RVDOLPHI II. PRINCIPIBVS & Ordinibus Sileſiæ Communicatæ Maieſtatis Litteræ.*

NOs RVDOLPHVS II, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Morauiæ, Dux Lucemburgiæ, Sileſiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Wirtembergæ & Teccæ &c. Notum facimus pro nobis, noſtris hæredibus, & futuris Bohemiæ Regibus, tenore præſentium litterarum, omnibus & ſingulis. Poſtquam noſtri fideles & obedientes Auguſtanæ Confeſſioni addicti Principes & Ordines, in ſupe: & inferiori Sileſia, præterito tempore per delegatos ſuos Generoſum, & ampliſſimos, doctiſſimos, honeſtiſſimoſque viros, perdilectos noſtros fideles, Vicardum Promnitzium, Baronem Pleſſenſem in Soraum/ & Tribel/ & Hoyerverda, Ian-Georgium à Zedlitz in Stroppa, Sigiſmundum à Burghaus in Stoltz, Andream Geislerum I. V. D. & Venceslaum Otterum, inter alia Prouinciæ grauamina, cumprimis à nobis, tamquam Bohemiæ Rege & ſupremo Duce Sileſiæ, humillime petiiſſent, vt videlicet Auguſtanam Confeſſionem libere atque impedite exercere, & ob id per omnia aſſecurari poſſint. Cumque iiſdem, ſub Dato X VI. M. Decembris proxime elapſi anni, clementiſſime ſignificari curaſſemus, nos, ſi quilibet in eo iure perſeueraret, nec violenter de illo ipſo præcipitaretur, ipſis poſtmodum nullam omnino iniuriam à quouis inferri permiſſuros, ſed in Relligionis negotio eoſdem, quemadmodum laudatiſſimorum Dominorum noſtrorum Anteceſſorum, vtpote Imperatorum FERDINANDI & MAXIMILIANI, temporibus factum fuerit, clementiſſime ſartos tectoſq;, quemadmodum eos ipſos ab inchoato noſtro Imperio repeiſſemus, conſeruaturos. Quoniam vero hiſce cum delegatis ſuis porro nos humillime certiorem fecerint, hancce Reſolutionem noſtram Cæſaream in hoc ipſis grauem oneroſamque ſatis videri, quod iſta conditionalis ſiet, & eo ipſo Romano-Catholicis, aduerſus Auguſtanæ Confeſſioni addictos homi-

homines rixas contentioneſque excitare, anſa occaſioque præbeatur, humillime igitur rogare ipſos denuo, vt, in Puncto Relligionis, ſimilis clementiſſima Cæſarea Reſolutio, qualem Ordinibus noſtris Bohemiæ SVB VTRAQVE dediſſemus, ipſis obſequioſis Principibus & Ordinibus pari ſatisfactione elementiſſime impertiretur.

Quum igitur iſtiuſmodi noſtrorũ obſequentiſsimorum fidelisſimorumque Auguſtanæ Confeſsioni addictorum Principum & Ordinum humillimas preces oculis miſericordiæ elementiſsime ſimus intuiti, iuxta illud quoque multifaria, magnaque & multis modis onerosa pericula, quæ, vti etiam aliis in locis, in Sileſia ob Relligionum Controuerſias, exorta probe perpendiſſemus, quæque impoſterum (ſi vna pars, vti hactenus factitatũ, ius & Iurisdictionem ſuam, quam olim & ante inchoationem Imperii noſtri, homines aduerſus ſe inuicem perſequuti ſunt, contra Cæſareas fundationes, monaſteria, templa, Conſiſtoria, decimas, annuos reditus & prouentus, ſiue ex prima fundatione, quam iure patronatus, vel alio quouis titulo, ſcrupuloſe inquirere poſſet, & in petitorio allegare, de eo altercari, alteramque partem turbare & coanguſtare debeat) quam facillime eo magis magiſque cumulari poſſent: itaque vt malo iſti in tempore occurratur, & quemadmodum etiam in omnibus noſtris Regnis & Prouinciis, ita etiam in Sileſia inter vtriuſque Relligionis, Romano-Catholicos nimirum, & Auguſtanæ Confeſsioni addictos, cultores, noſtros obſequentiſsimos Principes & Ordines, fideleſque ſubditos, iam & impoſterum, conſtans amor, pax, concordia & Confidentia, in Reipub. incrementum, propagari atque conſeruari, etiam neutra pars binarum iſtarum commemoratarum Relligionum deinceps in ſua poſſeſsione & exercitio perturbari, ſed in iſto ſtatu pacifice atque tranquille, abſque vlla vllius hominis remora, rellinqui & poſsit & debeat: ideirco, commemoratis hiſce, aliiſque grauiſsimis de cauſis, cumprimis vero ob ab iiſdem obedientiſsimis Principibus & Ordinibus nobis, toto noſtri Cæſareo-Regii Imperii tempore, quibuſuis occurrentibus occaſionibus beniuolentiſsime & ſingulari eum conſtantia præſtita officia, quorum vlteriorem continuationem nobis omni obſequio porro pollicentur, permoti, noſtra bona voluntate, & ex maturo præconcepto conſilio ſupremorum noſtrorum officialium Prouincialium, Iuris Prouincialis Adſeſſorum, Nobilium Conſiliariorum, aliorumque fideliſsimorum noſtri Regni Bohemiæ, articulum, Relligionem concernentem, elementiſsime denique concluſimus: in cuius rei maiorem confirmationem, vtque dicta eo conſtantius & firmius ſeruarentur, iiſdem noſtris obedientiſsimis, Auguſtanam Relligionem & Confeſsionem amplectentibus, Principibus atque Ordinibus, vt & cæteris fideliſsimis noſtris ſubditis omnia iſthæc, tenore ipſis ſupra iſta clementiſsime exhibitarum Maieſtatis litterarum, confirmauimus.

PRIMO: Quum Romano-Catholici in Sileſia liberum ſuum impeditumque Relligionis exercitium habeant, in quo ab Auguſtanæ Confeſsionis cultoribus minime impediuntur, ſed multo potius in conſeruandis ſuis templis, cultu diuino, Ceremoniis, monaſteriis, ſcholis, parochiis, fundationibus, decimis, cenſibus, accidentiis, annuis reditibus, & veteribus Conſuetudinibus, (vti hactenus iſtiuſmodi omnia tranquille atque pacifice poſſederunt) quemadmodum etiam litteris Maieſtatis, & interdicto VTI POSSIDETIS, ITA POSSIDEA-

SIDIATIS &c. pacifice rellinquuntur, eoſdemue ita rellinquere & debent, & volunt: iccirco; quo melius æqualitas & conformitas vtrimque ſeruaretur, conſentimus iuſque & poteſtatem facimus quod videlicet obſequentiſsimi Principes & Ordines, atque adeo omneis inquilini totius Sileſiæ, licet illi Eccleſiaſticis, vel Secularibus Principibus, Dominis Commendatoribus & Principatibus noſtris hæreditariis ſubiecti ſient, in Prouincia, Ciuitatibus & pagis, Auguſtanamque Relligionem & Confeſsionem amplectentes, nemine prorſus excepto, Relligionem ſuam libere & impedite vbiuis exercere, & apud modo hancce ipſorum Confeſsionem, ſacerdotium, & Conſtitutionem Eccleſiaſticam, qua iam vtuntur fruuntur, pacifice & tranquille permanere poſsint, nec ad aliam, quam hactenus habuerint, Relligionem ſub quouis Eccleſiaſtico, vel ſeculari Magiſtratu cogi, multo minus ob id forſitan in exilium pelli, vel ab officiis remoueri, vel vllo alio modo tribulari & perturbari debeant, ſed multo potius, & vice verſa iidem Auguſtanæ Relligioni addicti homines, cuiuſcumque etiam ſtatus atque conditionis iſti ſient, vna cum ipſorum templis, cultu diuino, Ceremoniis, Scholis, parochiis, monaſteriis, fundationibus, decimis, cenſibus, accidentiis, reditibus annuis, aliiſque prouentibus, quemadmodum iſta omnia hactenus poſſederunt & vſurparunt, liberi impeditique rellinquantur.

SECVNDO: Volumus & conſtituimus quod omne illud, quod vna pars, tam Romano-Catholici, quam ſyncerae incorruptæque Auguſtanæ Confeſsioni addicti homines, olim, quemadmodum & ante, quam poſt inchoationem laudatiſsimi noſtri Imperii, contra fundationes, monaſteria, templa, conſiſtoria, prouentus, decimas, alioſque annuos reditus, ſiue ex prima fundatione, iure patronatus, aut alio quouis titulo, quomodo iſte in petitorio fingi, vel excogitari poſsit & queat, iure poſtulare potuerint, pacifice poſsidere, cumprimis autem templa & Scholas, haud perpenſo ad quem olim iſtæ pertinuerint, & ob id ſua iura patronatus adhuc prætendere poſsint, retinere, minimeque ab aduerſa parte eius rei gratia, vel cum, vel abſque iure perturbari & coanguſtari debeant.

TERTIO: In hoc quoque conſentimus, ſi forſitan ex Principibus & Ordinibus præter iam habentia ſua templa, cum quibus omnibus pacifice defendi atque protegi debent, in ciuitatibus, vrbeculis, pagis, vel aliis in locis plura templa, ſacras ædeis, vel Scholas, ad piam inſtitutionem & educationem iuuentutis, erigere & exſtruere velint, quod illud, quemadmodum Principibus atque Dominis, eorumdemue omnibus ſubditis, ita etiam hæreditariis Principatibus, tam in ciuitatibus quam pagis in genere, & alicui in ſpecie, iam, & impoſterum liberum rellictum ſiet.

QVARTO: Auguſtanæ Relligioni addictis Principibus & Ordinibus hanc peculiarem gratiam impertimus, quod ii Principes, qui temporibus glorioſiſsimi Domini aui, & Domini parentis noſtri, ſub inchoatione noſtri Imperii, conſiſtoria ſua habuerunt, & hucuſque in Eſſe conſeruarunt, eodem Priuilegio & impoſterum gaudere, & à nullo vmquam homine impediri debeant: & quod cæteris quoque, Auguſtanæ Confeſsioni addictis, Principibus & Ordinibus, qui hactenus nulla habuerunt Conſiſtoria, noua condere liceat, in quibus iiſdem, nō ſecus ceu aliis, qui hactenus ea tenuerunt, in Ordinationis, & matrimonialibus cauſsis procedere fas æquumq; eſto. In quo cumprimis hæreditariis Principatibus

patibus clementiſſime liberum rellinquimus, vt in Ordinationibus, quemadmodum antehac, ſacrum ritum iſtum continuent, & paſtores priſca manuum impoſitione ordinari permittant: in cauſſis Matrimonialibus vero vel Conſiſtoria Auguſtanam Confeſſionem amplectentium Principum vſurpent, vel per Capitaneos, & Prouinciales ad id negotium conſtitutas perſonas, itidem Auguſtanæ Confeſſionis, certo quodam in loco generale quoddam Conſiſtorium conſtituant: attamen ad clementiſſimam noſtram ratificationem vſque, quæ intra vnius menſis ſpacium, poſt ipſorum obſequentiſſimam Propoſitionem, ſubſequetur, vel, id ni fiat, conſiſtorium ab ipſis inchoatum obſeruetur, & abſque vlla vllius hominis iniecta remora atque impedimento à deputatis ad id perſonis dirigatur. Et ad illud inſtitutum Conſiſtorium omnes & ſingulas matrimoniales cauſas remittere ipſis liceat, expreſſa haece conditione tamen ſibi reſeruata, quod in modo dictis iſtis matrimonialibus & connubialibus cauſſis, quemadmodum in hocce, ſic quoque & in aliis omnibus Conſiſtoriis diligentiſſime obſeruetur, ne videlicet quiſpiam ſanguine ſibi iunctam in vxorem ducat, vel, ſi fieri debeat, modus tamen coercendi & puniendi, pro more in S.R.Imperio, & inter Auguſtanam Relligionem amplectentes, hactenus recepto, obſeruetur.

Q v i n t o: Sepulturæ mortuorum cadauerum, tam in templis, quam Cœmiteriis, quemadmodum & campanatum in deductione funerum conſueti clangores iis, qui templa iſtiuſmodi frequentarunt, minime denegari debent: nihilominus tamen apud Romano-Catholicas Eccleſias Auguſtanæ Confeſſioni addictis hominibus nihil aliud, quam in locis iſtis conſueti receptique ritus, vice verſa quoque Romano-Catholicis apud Auguſtanam Confeſſionem amplectentes homines nihil aliud, quam vſitatæ apud ipſos ceremoniæ, permittatur. Sin vero fiat, tum, ob denegatam ſepulturam, ad Eccleſiam iſtam pertinentes reditus ſubtrahantur, &, vna cum ipſa ſepultura, conſentiente Magiſtratu, ad aliam Eccleſiam transferantur: propter peregrinorum funera autem omne illud, Collatoris & parochi iſtius loci bona cum voluntate, peragatur. In quibus locis & Ciuitatibus autem Confeſſionis Auguſtanæ homines peculiaria ſua templa & ſepulturas, vel coniunctim cum Romano-Catholicis non habuerint, illi, ex præſcripto clementiſſimæ huius noſtræ Conceſſionis, tam templa quam Cœmiteria extruere, & peculiaria ad modo dictas iſtas ſuas ſepulturas loca ſeligere poteſtatem habebunt.

Ne vero, Sexto, hoc ipſo in negotio ſæpe nunc commemoratis noſtris obſequioſiſſimis Principibus & Ordinibus, atque adeo omnibus noſtris in Ducatu Sileſiæ & noſtris in eodem Principatibus hæreditariis fideliſſimis ſubditis & inquilinis, aliquod impedimentum siue remora iniiciatur: iccirco omnia mandata (quæ antehac contra Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, in ſpecie autem contra illos qui ob prohibitos gradus in contrahendo matrimonio, alioſque in puncto Relligionis edita ſunt) tenore pſentiū iterū tollimus, & plane annullamus.

D e n i q v e & hoc quoque volumus, quod videlicet, ad conſeruandum charitatis & concordiæ vinculum, quælibet pars alteri, tam Romano-Catholici, quam Auguſtanæ Relligioni addicti homines, in tam clementiſſime conceſſo libero Relligionis exercitio, Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, & communicatis libertatibus atque Priuilegiis, nihil præſcribere, Eccleſiaſtici Politicis, & econtra

Politici Eccleſiaſticis negotiis minime immiſcere, multo minus alter alterum iniurioſis conuitiis proſcindere; ſed nunc multo potius, tamquã vnius corporis cõiũncta membra, ſeſe inter ſe inuicem diligere, honorare, promouere, & vtrimq; in omnibus noſtris & communis patriæ occurrentibus neceſſitatibus, tamquã fidi amici conſiſtere, & in ſumma de hodierni diei Dato, nullus ab altero, quemadmodum ex Principibus, Dominis, & Ordinibus, ita etiam ex ciuitatibus, vrbeculis, & paganis ruralibuſque hominibus, ob Relligionis negotium, lædi, & ad aliam forſitan Relligionem, ſiue violenter, ſiue fraudulenter cogi debeat.

Et hæc omnia & ſingula, quæ ordine recenſuimus, confirmamus & obſignamus tenore præſentium litterarum, ex Regia Bohemica plenitudine, poteſtate, atque potentia: &, ceu ſupremus Dux Sileſiæ, ponimus, ſancimus, & conſtituimus, vi regiorum verborum noſtrorum pollicentes, quod videlicet ſæpius nunc commemorati Auguſtanam Confeſſionem amplectentes Principes & Ordines, vna cum prædictis in noſtris Prouinciis & hæreditariis Principatibus degentibus dilectiſſimis noſtris ſubditis, tã pro ſe, q̃ ſuis poſteris, apud omnia iſta commemorata, à nobis, futuris Bohemiæ Regibus, ſupremis Sileſiæ Ducibus, vſque ad Chriſtianam, perfectam, & finalem Compoſitionem & vniuerſalem Concordiam in Relligionis negotio in S. R. Imperio ſanciendam, plenarie & perfecte in pace & quiete illæſi relinqui, &, ceu alii, in pace Relligionis S. R. Imperii ſarti tectiue conſeruari debeant: vice verſa quoque iiſdem ne minimum quidem neque à nobis, neque, vti ſuo loco dictum, omnibus noſtris ſucceſſoribus, neque ab aliis Eccleſiaſticis, vel ſecularibus Perſonis, omnibus præſentibus, & futuris temporibus, impedimentum vel importantia quædam fieri, multo minus aliquid contra iſtam S. R. Imperii pacem publicam, hancque noſtram aſſecurationem ſuſcipi molirique debeat, quod minimam etiam remoram ſupra commemoratis omnibus inÿcere poßit: Sin vero quidpiam præter omnem ſpem & expectationem forſitan ederetur, vel ab aliquo acceptaretur, illud tamen eo modo neque cum, neque abſque iure diiudicari vel poſsit, vel debeat.

MANDAMVS igitur ſuperioribus aliiſque noſtris Capitaneis Supe: & inferioris Sileſiæ, quod ſæpius nunc commemorati obſequentiſsimi Principes & Ordines, atque adeo omneis noſtri fideles ſubditi & inquilini, in ſupe: & inferiori Sileſia, toties commemoratam Auguſtanam Confeſsionem amplectentes, cum hac noſtra aſſecuratione & Maieſtatis litteris, iuxta omneis in iiſdem compræhenſos articulos, ſententias, atque clauſulas, defendantur, protegantur, neque ſibi ipſis ſiniſtri quidpiam ob id importent, multo minus aliis, idem faciundum, permittant. Sin vero quiſpiam, ſiue is Eccleſiaſticus, vel ſecularis ſiet, hanc noſtram aſſecurationem, & clementiſsime impertitas Ordinibus Sileſiæ Maieſtatis litteras tranſgredi conetur, eumdem, quiſquis etiam ille fuerit, tamquam violatorem & perturbatorem communis pacis & tranquillitatis, noſtro loco, & ex ipſis à nobis, vel ſæpius citatis noſtris Dominis Succeſſoribus, clementiſsime commiſſo conceſſoque officio, compræhendere, & ita obſequioſiſsimos noſtros Principes & Ordines conſtanter tueri, protegere, atque defendere fas iuſque eſto: idque ſub euitatione noſtræ, noſtrorum Dominorum ſucceſſorum & futurorum Bohemiæ Regum, Ducumque ſupremorum in Sileſia, grauiſsimæ indignationis, pœnæ & inclementiæ &c.

In

In fidem præmiſſorum, maioriſque aſſecurationis gratia, haſce litteras maiori noſtro Cæſareo-Regio Sigillo confirmari iuſsimus. Dabantur Pragæ in arce noſtra Regia XX. die M Auguſti, à ſalutifero partu Domini & Seruatoris noſtri IHESV CHRISTI M. DC. IX. Regnorum noſtrorum, Romani XXXIV. Hungarici XXXVII & Bohemici etiam XXXIV. Annis.

RVDOLPHVS.

Adamus de Sternberg, Supremus Burggrauius Pragenſis.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Maieſt. proprium.

Paullus Michna.

## CAPVT XXVII.

POSTQVAM vero Tampitius cum exercitu ſuo, Cæſareæ Maieſtatis iuſſu, in Regnum Bohemiæ ſeſe contuliſſet; Neohuſium, Guilielmi Slabatæ oppidum, ſequentem epiſtolam ad eundem Comitem Tampitium ablegauit. Generoſe &c. Poſtquam C. V. XI. V. die Auguſti ſummo mane, cum Cæſareæ S. M. militaribus copiis, non noſtro, ſed Generoſi Domini, Domini Guilielmi Slabatæ, de Chlum, & Coſſemburg &c. Domini noſtri clementis oppido nobis inſciis neque prius admonitis, adpropinquaſſet, & certior fieri voluerit, an fideles Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſsimi ſubditi permanſuri ſimus: Quum itaque, quemadmodum & clemens noſter Magiſtratus, ita & nos C. S. ſubditi, contra Cæſaream S. M. toto vitæ noſtræ tempore nihil hoſtiliter vmquam in animum induxerimus, ſed multo potius vſque ad extremum vitæ noſtræ, & Cæſareæ S. M. terminum Cæſaream S. M. pro Domino noſtro clementiſſimo agnoſcamus, miramur ſane, immo ſummo tangimur cordolio, quod adeo hoſtilis impetus factus, domorum incendiis, violentis ſcriniorum ciſtarumque reſerationibus & perfractionibus, pecudum abactionibus, vicinorum laniенis, templi S. Venceſlai, hæredis & patroni Bohemici Regni, ſpoliatione, direptione calicis, ornatus aliarumque S. Relliquiarum, Litterarum fundationum Indulgentiarumque, imaginum deiectione, ſanctorum diſſecatione, prædii & pagi cuiuſdam, ad clementem noſtrum Magiſtratum ſpectantis, incenſione &c. omnia hoſtiliter & plus quam barbarico modo repleta fuerint: id quod præter omnium noſtrorum miſerorum perturbatorumque hominum ſpem & expectationem accidit: à nullo ſiquidem homine miſeria iſta ſiccis oculis & abſque cordolio intueri poteſt; neque omnes ſibi in animum inducere poſſunt, Cæſaream S. M. Dominum noſtrum clementiſſimum, tamquam paternum & Chriſtianum Magiſtratum tam horrendæ abominationis, & deplorandi ſtatus cauſſam, multo minus auctorem eſſe.

Quoniam vero hocce tempore claueis ciuitatis non ſub noſtra, ſed Domini Capitanei Brandi, cuſtodia adſeruentur: iccirco V. C. nos, ceu Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſſimi ad mortem vſque fideliſſimos ſubditos, clementer excu-

excuſatos habeat, quouſque à clemente noſtro Domino aliam reſolutionem perceperimus. Rogamus interim C. V. humillime ne effræni militi eiuſmodi attentata contra nos permittat. C. V. nos ad clementem fauorem hiſce commendantes. Dabantur XVI. Aug. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XXVIII.

PAri modo & Bohemiæ Ordines, de aduentante Cæſareo Exercitu certiores redditi, Cæſaream M. pacis tractationis ergo, per ſequentes litteras ſollicitarunt.

### *ORDINVM BOHEMIÆ AD CAESAREAM M. EPISTOLA SVB DATO PRAGÆ XXIX. Aug. A. C M. DC. IIXX.*

INVICTISSIME Romanorum Imperator, Rex & Domine Clementiſsime. Dubitare humillime nolumus Cæſaream V. M. conſtitutorum Dominorum noſtrorum Directorum, conſiliariorumque Prouincialium heſternam iteratam, humillimamque epiſtolam, ſub dato XXVIII. huius, clementiſsime accepiſſe, & noſtram omnium obſequioſiſſimam intentionem pati clementia percepiſſe, eoque intellexiſſe, quod, quoniam Cæſarea V. M. iam pridem, per magnæ auctoritatis exiſtumationisque legatos, ſubleuationem grauiſsimorum adeoque ferme intolerabilium grauaminum harum Prouinciarum nobis clementiſsime promiſerit, indubia ſpe freti adhuc certo nobis polliceamur, Cæſaream V. M iſtam exoptatam pacificam tractationem nobis clementiſſime propoſituram, & huic innocentiſſimo Regno maioribus militarium copiarum viribus clementiſsime parſuram: quem in finem Cæſareæ V. M. præſentem clementiſsimam reſolutionem nos omneis III. Ordines ex intimo cordis deſiderio in hodiernam vſque horam, aſt fruſtra, expectauimus. Interea ad deliberationem, quomodo videlicet iocundiſsima hæcce noſtra patria ex magis magiſque imminenti hoſtili periculo eripi, & hæc loca commodiſsime tueri atque defendi poſſent, heſterna luce in Pragenſi arce conuenimus, & à deputatis noſtris late deductam quamdam Relationem, ex iſtius pellectione, percepimus. Teſtamur igitur coram Deo Ter Optumo Maxumo, quod eadem verba, quæ forſitan Cæſaream V. M. tamquam Dominum noſtrum clementiſsimum offenderint, à nobis non ita intellecta & æſtumata fuerint: etiamſi quoque, præter omnem ſpem & expectationem noſtram, tale quidpiam contigiſſet, nihilominus tamen humillime confidimus Cæſaream V. M. illud eum inclementia neutiquam percepturam: qua de re Cæſaream V. M. humillime rogatam obteſtatamque volumus.

Nobis vero, clementiſsime Domine Imperator, ceu Cæſareæ V. M fideliſſimis ſubditis perquam moleſtum accidit, Comitem Tampirium cum aliquot militum millibus in hoc Regnum proceſsiſſe: Cæſaream V. M. eius Conſiliarium, cubicularium, & Dominum capitaneum Ian-Euſebium Caiinum, tamquam Commiſſarium, plenaria cum poteſtate conſtituiſſe, qui itidem, aliquot militum millibus ſtipatus, Tampirium in hoc Regnum ſubſequitur, & patentes litteras, (quarum duo exemplaria Cæſarea V. M. nobis tramiſit, & in vniuerſali noſtro

ſtro Conuentu publico pellecta ſunt hinc inde hiſce in Prouinciis adfigendas, ex mandato Cæſareæ V. M. circumfert. Iccirco nos omneis III. Ordines, vnanimi omnium conſenſu, publice & denuo, quemadmodum hactenus ſemper à nobis factitatum, nos reſoluimus & promittimus, quod videlicet Cæſareæ V. M. fideliſsimi, & conſtantiſsimi ſubditi & antidhac fuerimus, etiamnum ſimus, & imposterum quoque tales, ad extremum vſque vitæ noſtræ ſpiritum, permanere velimus: quemadmodum, viceverſa, nobis tam gratum quam gratiſsimum accidit, quod Cæſarea V.M. in clementiſsima paternaque ſua intentione perſeuerare, noſque, in conſeruandis litterarum Maieſtatis, tranſactione & compoſitione Ordinum, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE, & decreto Conuentus Prouincialis, clementiſsime tueri atque protegere ne dedignetur: certa indubiaque ſpe freti, Cæſaream V. M. penes omneis ſapientiſsimas paternaſque ſibi innatas conſiderationes, clementiſsime hoc quoque mature perpendere minime intermiſſuram, quod videlicet, mirabili Dei Ter Optumi Maxumi decreto & permiſſione, hocce Regnum & iocundiſsima noſtra patria, paucis hinc ab annis, terna etiam vice potentiſsimis militarium copiarum viribus impetita & tentata fuerit: id quod, Cæſareæ V. M. gratia, hactenus patienter pertulimus, & grauiſsima regno illata damna æquo animo tolerare neceſſum habuimus.

Quocirca Cæſaream V. M. tamquam clementiſsimum, & à natura ipſa ad bonitatem manſuetudinemque inclinatum Regem & Dominum noſtrum humillime & tanta quidem fiducia rogamus obteſtamurque, quod videlicet nullas ſiniſtras alias cogitationes de nobis concipere clementiſsime dignetur, quam quod exoptatiſsimæ pacis ſimus auidiſsimi: tum etiam Cæſareæ V. M. exercitus vlteriorem progreſſum inhibeat, & omnia metuenda hoſtilia attentata clementiſsime à nobis omnibus & ſingulis quamprimum auertere non deſiſtat: quemadmodum & pari modo conſcriptas à nobis militareis copias iterum dimittemus, & ad contrariam defenſionem factam Prouincialium euocationem rurſus annullabimus: Similiter quoque Cæſarea V. M. ad Cæſareæ V. M. exercitum, & ad nos directas patentes litteras irritas pronunciet, atque, vice verſa, inſignia &, Deo Ter Optumo Maxumo volente, ſalutaria conducibiliaque admodum Remedia iſta, interpoſitionem concernentia, clementiſſime inſtituat, nobiſque certo confidat, ſi nobis in puncto Religionis aliiſque requiſitis & Priuilegiis idonee caueatur, nos tum, pro clementiſsimo iſto Veſtræ C. M. nobis exhibito beneficio, adeo fideles, conſtantes, promptos atque obſequioſos noſmet demonſtraturos, quod etiam illud ipſum vniuerſus Chriſtianus Orbis probare & adprobare debeat.

Id quod Cæſareæ V. M. nos ex humillima fiducia in clementiſſimum paternumque animum inducere voluimus: cuius Cæſareo-Regiæ protectioni atque tutelæ noſmet humillime commendamus, & eidem Cæſareæ V. M. proſperrimam corporis valetudinem hiſce exoptamus Dabantur in Pragenſi arce XXIX. Aug. A. C. M. D C. IIXX.



Digitized by Google

## CAPVT XXIX.

AD modo commemoratam Ordinum Bohemiæ epiſtolam, Cæſarea S. M. ſequentibus litteris deductoriis reſpondit.

## CAESAREAE MAIEST. AD PETITAM BOHEMIAE ORDINVM PACIFICATIONEM, EPISTOLA RESPONSORIA.

Sub dato VI. Septemb. A. C. M. D C. IIXX.

MATTHIAS &c. Generoſi, Strenui, Dilecti, fideles &c. Veſtram, ſub dato XXIX. Aug. A. C. M. DC. IIXX. in Germanica lingua ad nos exaratam epiſtolam nos ipſi pellegimus, veſtramq; intentionem exinde percepimus. Quod igitur ad progreſſum noſtri exercitus attinet, eius rei gratia in litteris noſtris patentibus & adhortationibus, clementiſſimam noſtram mentem intentionemque ſatis ſuperque expoſuimus, quid videlicet nos ad iſtam expeditionem commouerit, & quam ægre eamdem ſuſceperimus: quemadmodum etiam antea, quæ videlicet damna per iſtiuſmodi præparationes bellicas prouinciis inferri poſſent, diligentiſſime perpendimus, vobis ea omnia clementiſſime inculcauimus, & hac ipſa de cauſſa non paucas dumtaxat ſeptimanas, non abſque ſingulari moleſtia hæreditariarum noſtrarum Auſtriacarum, aliarumque circumiacentium, Prouinciarum, nihil agendo inaniter inſumpſimus.

Quum vero noſtræ multifariæ atque paternæ adeo adhortationes locum non inuenerint, & tam copiarum militarium conſcriptionibus, quam progreſſu exercitus, à vobis ipſis factum fuerit initium: noſtri obſequioſi & fideles ſubditi vero, tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, direptionibus, ſpoliationibus hinc inde in Prouinciis grauiſſime adflicti atque tribulati: etiam periculoſa hoſtilia, vobis antea non inſcia, ſed à nobis vobis inculcata, attentata ſuſcepta fuerint, iccirco, ad omnia iſta mala à fideliſſimis noſtris ſubditis abſque vlla vlteriori mora auertenda, & expeditionẽ noſtram maturandam, quodammodo coacti fuimus. Quod igitur, ſub hoc tumultu, innocentes, æque ceu nocentes, premantur, & Prouinciæ interea peſſum eant, id ſane nobiſinet ipſi, tamquam fideliſſimo Veſtro Regi & patri patriæ, auditu triſte & deplorabile eſt, cuius culpa quidem nemini alii, quam paucis ſaltim perſonis ex veſtro medio imputanda, quæ cæteras, & maiori parte ex vobis ipſis, inæqualibus perſuaſionibus, quaſi Religionis negotium in periculo verſaretur, (quum tamen tantummodo eorum particularis offenſio & conſilium fiet, quo melius promeritam pœnã euitare & declinare poſſent) in naſſam ſuam aliquibus grauiſſimis intentatis minis pertraxerunt.

Quoniam autem, in diſtinctis veſtris ad nos datis litteris, voſmet ipſos ceu fideles, obſequioſos, & conſtantes ſubditos, ad extremum vitæ veſtræ ſpiritum ita permanſuros, nobis ſiſtatis: iccirco ſi, iuxta proprias veſtras declarationes atque confeſſiones, ita ipſo facto permanſeritis, illegitime ad vos pertracto Regimini impoſterum vos non immiſcueritis, militem dimiſeritis, omnia, pro tempore adhuc perturbata, priſtino ſuo nitori & decori reſtitueritis, noſtris, vobis immiſſis

immiſſis, litteris patentibus ſufficientem obedientiam præſtiteritis, atque adeo vos tractationi haud inæquales, nec ea indignos, præbueritis: tum abſque vlla mora certas quaſdam perſonas, ad ſubleuanda omnia iſta onera, nominabimus, &, præſertim ad Sereniſſimi Domini conſanguinei noſtri Regis Ferdinandi intercesſionem, Electorumque fideliſſimas adhortationes, vniuerſo iſto in negotio nos adeo clementiſſime atque paterne erga vos exhibebimus, vt etiã innata noſtra elementia & bonitas erga Prouincias & ſubditos noſtros, toti terrarum orbi innoteſcat. Pari modo admodum frigide, tenuiter, atque dumtaxat ad irritationem exacerbationemque plebeiorum compoſita ratione, in nuperis veſtris, à veſtro medio editis, litteris patentibus ponitur, quod noſtræ conſcriptæ militareis copiæ, atque adeo conſequenter noſmet ipſi, pro hoſtibus patriæ æſtumandi ſimus: immo quod vniuerſam Bohemicam nationem in perpetuam quamdam ſeruitutem præcipitare, eamdem extirpate, toti Regno Ordinumque Bohemicorum territoriis ac ditionibus exteras peregrinaſque nationes imponere, & per eaſdem inauditam tyrannidem atq; crudelitatem introducere conaremur: quæ tamen omnia nobis numquam in mentem venerunt, ſed multo potius tam per noſtras epiſtolas Cæſareas, quam patenteis litteras, Ordinibus noſtri Regni Bohemiæ, SVB VNA, & SVB VTRAQVE ſuorum Priuilegiorum, Maieſtatis litterarum, tranſactionum, decretorum Prouincialium, iurium, iuriſdictionumque conſeruationem & protectionem clementiſſime promiſimus: in quo etiam haud immerito adquieſcimus, præſertim quum fideliſſimis noſtris Ordinibus certa, ob eaſdem cauſſas, præſtita ſiet cautio atque aſſecuratio, quod videlicet, ſi quis forſitan ex ipſis adhuc à quoquam turbetur, ipſi, ex præſcripto decretorum Conuentuum Prouincialium, ius & æquitas reddatur.

Denique exercitui noſtro ſerio & expreſſe iniunximus, quod contra noſtros fideles, obſequioſos, & conſtantes ſubditos ne minimum quidem hoſtiliter moliatur, ſed multo potius eoſdem, abſque vllius damni detrimentiue illatione, vna cum ſuis pacifice atque tranquille victitare relinquat. Sin vero quiſpiam ex vobis, qualis qualis etiam ille ſiet, quod tamen neminem factutum nobis pollicemur, hanc paternam noſtram adhortationem non acceptare, publicatis in Regno Bohemiæ Cæſareis noſtris litteris patentibus nullam obedientiam præſtare volet, &, ea ipſa de cauſſa forſitan à noſtris perſequatur atque periclitetur, id non nobis, noſtroque exercitui, ſed multo potius ſibi ipſi & ſuæ inobedientiæ imputandum autumet. Idque vos, Reſponſionis loco, minime latere voluimus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna VI Septemb. A. C. M D C. IIXX. Quum in hac, modo commemorata, epiſtola Cæſarea Regis Ferdinandi eiuſdemue intercesſionis, facta fuerit mentio, iccirco ipſius epiſtolam intercesſionalem (quæ tamen cum priori Cæſarea epiſtola ferme conuenit, in ea ſiquidem Bohemi Cæſari per omnia, reſpectiue, obedire, conſcriptum exercitum dimittere, & tum reſponſionem reſolutoriam expectare iubentur) hiſce pagellis noſtris inſerere placuit.

## CAPVT XXX.

POſtquam Rex Ferdinandus ipſo facto depræhendiſſet, perículoſiſſimum hoc coincendiũ Bohemicum, ni in tempore iterum extingueretur, vniuerſum Re-

gnum

gnum peſſumdaturum: icirco ſequentem hancce epiſtolam reſolutoriam, interceſſionem apud Cæſaream M. pollicentem, ad Bohemiæ Ordines ablegarunt.

## REGIS FERDINANDI AD BOHEMIAE ORDINES EPISTOLA MONITORIA.

*Sub dato Viennæ 6. Septemb. A. C. M. DC. IIXX.*

NOs Ferdinandus, Dei Gratia Rex Bohemiæ &c. Generoſi, Strenui, Ampliſſimi, Honeſtiſſimi, perdilecti fideles &c. Clementiſſime vobis ſignificamus, nos veſtras, ſub dato XXVIII. Auguſti in Pragenſi arce, ad nos exaratas litteras, Bohemicam intemperiem concernentes, probe accepiſſe, & pellegendo veſtram intentionem mentemque æque intellexiſſe.

Quemadmodum igitur periculoſos iſtiuſmodi motus mox ab initio exorti iſtius incendii ſummo cum cordolio percepimus, ita quoque, tamquam coronatus Rex Bohemiæ, ex ſingulari erga laudatiſsimum hoc Regnum, eiuſdemve inquilinos, adfectu & condolentia intermittere haud potuimus, idque noſtra ſponte, à vobis nondum adhuc interpellati, Romano-Cæſaream M. ſuauiſſimum dilectiſſimumque noſtrum conſanguineum & parentem, tamquam regnantem in Bohemia Regem, eo potiſſumum inclinare, quo huic intemperiei, ob ineuitabilia periculoſiſſimaque exinde, præſertim innocentiſſimis miſeris ſubditis, metuenda detrimenta, præmature obuiam iri, vel prorſus omnino tolli poſſet: eamdẽ etiam noſtram interceſsionem in hodiernum vſque diem continuare non deſtitimus, ſed illam, (cumprimis quod, quemadmodum ex veſtris litteris intelleximus, in nos humillimam fiduciam veſtram collocetis) licet incendium aliquanto latius ſerpſerit, eo vehementius renouauimus, vobis etiamnum clementiſsime pollicentes (ſi modo vos ipſi, quemadmodum ad idem faciundum vos clementiſsime adhortamur, laudatiſsimæ ſuæ Cæſareæ M. clementiſsimis & paternis admodum mandatis atque reſolutionibus, id quod ex copia videre eſt, re ipſa ſufficientem obedientiam præſtiteritis, Cæſareamque iſtam manſuetudinem non porro irritaveritis) nos, vt omnes iſtæ iam dudum exortæ, & etiamnum indies exorientes incommoditates ad exoptatum quietumque ſtatum reducantur, nullum non moturos lapidem. Id quod hiſce vos celare noluimus. Viennæ 6. Septemb. An. Chriſti M. DC. IIXX.

## CAPVT XXXI.

INterea quum Bohemiæ Ordines, quaſi Turcorum Imperatoris opẽ auxiliumque imploraſſent, accuſati fuerint: itaque ſequentem epiſtolam apologeticam ad Cæſaream S. M. ablegarunt.

## ORDINVM BOHEMICORVM AD CAESAREAM MAIESTAT. EPISTOLA APOLOGETICA.

*Sub dato Pragæ 25. Septemb. A. C. M. DC. IIXX.*

INVICTISSIME Romanorum Imperator, Hungariæ & Bohemiæ Rex &c. Domine Clementiſsime: Cæſareæ V. M. à Deo Ter Optumo Maxumo proſperam



Digitized by Google

ſam corporis valetudinem, feliciſſimum ſupra nos fideliſsimos ſubditos imperium, animæque ſalutem ſempiternam humillime & ex animo precamur.

Obtulimus Cæſareæ V. M. ſub dato 14. M. Septemb. humillimam in Germanica lingua exaratam epiſtolam, in qua Cæſareæ V. M. deplorandum perturbatiſsimumque florentiſſimi alias huius regni ſtatum ſatis ſuperque ſignificauimus, cumprimis vero quam immanem crudelitatem atque tyrannidem Cæſareæ V.M. militareis copiæ in hoc ipſo Regno Bohemiæ exercuerint, quæ omnia mala indies non minuuntur, ſed, proh dolor, augentur atque cumulantur. Iſti autem noſtræ epiſtolæ hoc inſuper addidimus, humillimeque nos reſoluimus, quod videlicet, (ſi Cæſarea V. M. huic tractationi, cui ſereniſsima ipſius S. R. Imperii Celſitudo Septemuiralis ſeſe interpoſitura eſt, clementiſsime ſubſcribere, eamdem ad probando acceptare, nobis Ordinibus huius Cæſareæ V. M. Regni Bohemici clementiſsime cauere, & ſub durante adhuc iſta tractatione, noſmet certo protegere voluerit) iſtiuſmodi, Deo Ter Optumo Maxumo volente, remedia tum ſeſe oſtentatura ſient, quibus noſtræ conſcriptæ militareis copiæ iterum dimitti, & Directores rurſus commode relinqui poterint, quemadmodum commemorata iſta noſtra epiſtola latius teſtatur.

Interea vero, antequam nobis ad modo dictam noſtram epiſtolam à Cæſarea V. M. clementiſsime reſponſum fuiſſet, quam Cæſareæ V. M. reſolutionem etiam huc vſque exultabundi quaſi expectauimus, paucis hinc elapſis diebus Dominorum Ordinum Marchionatus Morauiæ auctoritate & exiſtumatione graueis Domini Delegati in haſce Cæſareæ V. M. ciuitates Pragenſes aduentarunt, nobiſque, iuxta ipſis communicatam Ordinum inſtructionem, oretenus expoſuerunt, quatenus videlicet Domini Ordines prædicti Marchionatus Morauiæ, tanquam præcipui membri huius Regni Bohemici, ex ipſis incumbente erga hoc regnum fideliſsima cura & ſollicitudine, Cæſaream V. M. humillime eo commouere & inclinare debeant, quo ſcilicet pacto hoc Regnum ex omnibus tribulationibus & anguſtiis, in quibus etiamnum hodie adhuc verſetur, iterum eripi & liberari poſſet: quam prædictorum Dominorum Ordinum Marchionatus Morauiæ erga hoc regnum beniuolentiſsimam propenſionem, curioſam curam, & ſollicitam ſollicitudinem nos omneis III. Regni Bohemici Ordines grato animo acceptauimus, & ipſi æquitati conſentaneum eſſe autumauimus, quod Cæſareæ V. M. omne illud, quod Dominorum Ordinum Marchionatus Morauiæ nobis huius Regni Ordinibus oretenus propoſuerunt, ſcripto detegeremus: Numquam enim nobis in mentem veniſſe affirmamus, quod Cæſareæ V. M. tamquam Regis & Domini noſtri Clementiſsimi, auctoritatem atque dignitatem etiam in minimo offendere & labefactare debuerimus vel voluerimus, exceptis dumtaxat cauſſis quibuſdam impulſiuis, quas, ineuitabilis neceſsitatis gratia, in effectum deducere neceſſum habuimus, in quibus tamen omnibus Cæſaream V.M. ceu Dominum & Regem noſtrum clementiſsimum, decenti modo excepimus. Antehac enim Cæſareæ V.M. non vna dumtaxat vice ſignificatum fuit, humillima petitione & obteſtatione addita, vt Cæſarea V. M. Clementiſsimus noſter Imperator, Rex, & Dominus permanere ne dedignaretur; id quod Cæſaream V. M. etiamnũ humillime rogamus & ſummiſſo ſtudio obteſtamur, ſin' forſitan, præter omnem noſtram voluntatem atque mentem, ſub perturbatiſsimi huius temporis confu-

ſione, Cæſaream V. M. offenderimus, quod illud ipſum Cæſarea V. M. non ægro animo ferre, multo minus compenſare volet.

Quum itaque, Inuictiſsime Imperator, Rex, & Domine noſter clementiſſime indies, proh dolor, percipere neceſſum habeamus, quam immanis & barbara prorſus tyrannis atque crudelitas nobis Ordinibus & Inquilinis huius Cæſareæ V.M. regni, atque adeo omnibus noſtris miſeris ſubditis, abſque vllo virilis, muliebriſque ſexus, innocentiſsimorumque infantium reſpectu, tam iis Sub Vna, quam Sub Vtraque, à militaribus Cæſareæ V. M. copiis inferatur, dum nō ſolummodo gladio, direptionibus, & latrociniis, verum etiam deteſtabilibus incendiis, magno irrecuperabilique miſerorum ſubditorum damno, non pauca municipia & pagi miſerum in modum vaſtati & deſolati ſunt, adeo vt metuendum, niſi res quamprimum iterum ſalutaribus mediis componatur, hocce Cæſareæ V. M. regnum in extremam perniciem atque ruinam præcipitatum iri.

Quocirca Cæſaream V.M. humillimo cum obſequio ſummiſsiſsime rogamus, vt hoc Veſtræ C. M. Regnum, eiuſdemue inquilinos & ſubditos, oculis miſericordiæ clementiſsime intueri, irrecuperabile damnum, tamquam clementiſſimus noſter Rex, Dominus, & Pater Patriæ Cæſareo cordis adfectu perpendere, & antequam Regnum illud in extremam perniciem præcipitetur, exercitui eius minime concedere, vt, penes pernicioſiſsimam iſtam deſolationem, innocentiſsimus Chriſtianorum ſanguis adeo tyrannice & crudeliter effundatur, ſed, vice verſa, eidem clementiſsime iniungere ne dedignetur, vt, abſque vlterioris damni illatione, iterum ex hoc Regno euocetur. Interea quoque Cæſarea V. M. huic Interpoſitioni, (cuius gratia S. R. Imperii Electores aliquot ad Cæſaream V.M. litteras ſuas perſcripſerunt, ad quam huius Regni Ordines lubentiſſime inclinaſſent, & quod Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ Legatus, iam in aula Cæſareæ V. M. pro tempore adhuc commorans, iam ante ſuaſerat & indicauerat) clementiſſimum calculum adiicere haud grauabitur.

*Maledictus qui effuderit innocentem ſanguinem. Deut. 27.*

Quamprimum igitur Cæſarea V. M. mediante Sereniſſimo Domino Electore, Regni huius Ordines, quemadmodum illud humillimo obſequio ſibi certo pollicentur, contra omnes periculoſiſsimas vlteriores incommoditates, præſtita ob id cautela Cæſarea, defenderit, & eorumdem ſæpius nunc conqueſta grauamina clementiſsime ſuſtulerit: quamprimum etiam nos, noſtras ad defenſionem contrariam conſcriptas militareis copias dimittemus, prouincialium euocationem annullabimus, & à Directione impoſterum abſtinebimus; certa indubiaque ſpe freti Cæſaream V.M. idem facturam, ſuum quoque exercitum clementiſsime iterum dimiſſuram, noſtram hancce humillimam declarationem æqui bonique conſulturam, & denique innatam laudatiſſimæ domui Auſtriacæ clementiam atque manſuetudinem nobis clementiſſime communicaturam: Cæſareæ V. M. clementiſsimæ protectioni atque tutelæ nos omneis & ſingulos hiſce humillime commendantes, clementiſsimamque Cæſareæ V. M. reſponſionem humillimo obſequentiſsimoq; ſtudio expectantes. Dabantur Pragæ 25. Septemb. A. C. M.DC.IIXX.

CAPVT

Digitized by Google

## CAPVT XXXII.

## CAESAREAE MAIEST. AD COMMEMORATAM BOHEMIAE ORDINVM EPISTOLAM, TRACTAtionem & interpoſitionem concernentem, reſponſio.

Sub dato Viennæ, poſt Michaelis, A. C. M.DC.IIXX.

MATTHIAS &c. Generoſi, Strenui, perdilecti fideles &c. Ad noſtram, vobis tum temporis in arce Pragenſi congregatis exhibitam epiſtolam, paucis hinc elapſis diebus, ab inordinario modo conſtitutis directoribus reſponſionem, aliamque ſimul epiſtolam, peregrini auxilii implorationem concernentem, per proprium quemdam ad nos tramiſſum curſorem accepimus, in quibus inter alia hanc excuſationem prætenditis, quaſi vobis impoſſibile ſiet conſcriptum veſtrum exercitum iterum dimittere, cumprimis quoniam noſtræ copiæ militares Regnum hoſtiliter inuaſiſſent, eidemque non minimum ſane damnum violenter atque crudeliter admodum intuliſſent, hac vlteriore adnexa clauſula: Si videlicet requiſitam à vobis tractationem clementiſſime ipſoque facto approbaremus, & Ordines Regni Bohemici, ſub durante iſta tractatione, contra iſtiuſmodi hoſtiles incurſiones ſufficienter protegere non dedignaremur, vos tum minime dubitare eiuſmodi ſalutaria media in promptu fore, quibus non ſolummodo arma iterum deponi, à directione ceſſari, & omnia ad conſtantem pacem neceſſaria ac nobis, noſtroque Regno conducibilia, adquiri poterint.

Quamuis autem hanc veſtram excuſationem ratam probatamque minime hab uerimus, & in eamdem, tamquam ineffieacem, conſentire neutiquam potuerimus: nihilominus tamen ex ſingulari condolentia & miſericordia, erga hoc noſtrum Regnum, noſtroſque miſeros & innocentes ſubditos, antequam litteras veſtras a ccepiſſemus, ad Sereniſſimos S.R.Imperii Electores, Moguntinum, videlicet, Palatinum Rheni, & Saxonem, vt & ad Ducem Bauariæ litteras ablegauimus, eoſdemque mediatores clementiſſime exorauimus. Quamprimum igitur Sereniſſimorum iſtorum Dominorum Electorum reſponſionem impetrauerimus, & vos interea debitum veſtrum obſequium ipſo facto demonſtraueritis, tum minime intermittemus cum ipſis de tempore & loco idoneo, omnibuſque de iis, ad hanc difficultatem tollendam neceſſariis rebus, abſque vlla mora conſultare, colloqui, &, quid facto opus fuerit, clementiſſime decernere.

Ne quis vero de clementiſſima hacce noſtra propenſione Cæſarea dubitet, ſed multo potius toti terrarum Orbi eadem manifeſta fiat: iccirco nos clementiſſime ita reſoluimus, Si videlicet arma, quæ ante nos arripuiſtis, iterum poſueritis, Mansfeldicas, aliaſque denuo conſcriptas, militareis copias ex noſtro Bohemiæ Regno iterum dimiſeritis, à directione & Prouinciali adminiſtratione, quæ nobis, ceu Regi & Domino veſtro clementiſſimo, vnice competit, abſtinueritis, & Cæſareis noſtris litteris patentibus per omnia, reſpectiue, obtemperaueritis: tum abſque vlla mora & nos conſcriptum noſtrum exercitum certis quibuſdam in locis Regni noſtri Bohemici, (nefas enim eſſe ducimus ſi incolæ Archiducatus



Digitized by Google

Auſtriaci,& Ducatus Morauici, dilectiſſimi fideliſſimiq; noſtri ſubditi, vlterius onerari grauariq; debeant) ſi illi ꝑ ſolutione annona aduehatur, inhibebimus, & inquilinorum illata inferendaque damna mature præcauebimus, atque adeo omnem metuendam calamitatem & militis licentioſam violentiā à fideliſſimis noſtris ſubditis auerti clementiſſime curabimus: quemadmodum etiam, eum ipſum in finem, ad ſereniſſimum inclytumq; Dominum Electorem Saxoniæ perſcripſimus, à cuius ſereniſſima Celſitudine, quid vobis facto opus foret, propediem cognoſcetis.

Confidimus igitur, immo vobis ſerio iniungimus atque mandamus, vt, ratione præſtiti veſtri iuramenti, negotium illud non vlterius protrahatis, ſed conſcriptas veſtras militareis copias (quæ direptionibus, incendiis atque latrociniis fideliſſimis noſtris ſubditis irrecuperabilia damna atque detrimenta intulerunt) quamprimum iterum dimittatis, à ſæpius nunc inordinaria directione & Prouinciali adminiſtratione abſtineatis, neque denique voſmet ipſos, miſeros ſubditos, noſtrumque Regnum in extremam perniciem atque ruinam præcipitetis, ne forſitan transgreſſores iis, in litteris noſtris Cæſareis patentibus comminatis, pœnis coercere & plectere neceſſum habeamus. Dabantur Viennæ die Solis poſt Michaelis A. C. M.DC.IIXX.

## CAPVT XXXIII.

### *EIVSDEM CAESAREAE M. AD SERENISS. DOM. ELECTOREM SAXONIAE EPISTOLA, EAMdem interpoſitionem concernens.*

MATTHIAS &c Inluſtriſſime adfinis, Sereniſſime Domine Elector &c. C. T. ex nupera noſtra, ſub dato 6. præteriti M. Auguſti, epiſtola Reſponſoria, durantem adhuc intemperiem, turbulentumque noſtri Regni Bohemiæ ſtatum concernente, procul omni dubio intentionem noſtram intellexit, quod videlicet inexcuſabilibus Bohemorum perpetratis exceſſibus & transgreſſionibus, ſepoſita nunc promerita pœnæ acrimonia & rigiditate, innatam noſtram clementiam atque manſuetudinem præferre velimus, quibus videlicet conditionibus C. T. interpoſitioni ſubſcribere poſsimus Quocirca C. T. celare nolumus, nos, paucis hinc elapſis diebus, à rebellibus inobſequioſisque noſtris ſubditis, aliam epiſtolam, debitæ obedientiæ aliquanto propiorem, quam antea, accepiſſe: ad quā ipſis, repetita noſtra ſuperflua lenitate, manſuetudine, atque clementia (licet hactenus ad id paruam ſane cauſſam præbuerint) iuxta inſertam copiam, reſpondere non dedignati fuimus.

Quoniam vero commemorati noſtri rebelles ſubditi Bohemici debitum ſuum obſequium reali qualificatione, qualis Cæſareo-Regiæ noſtræ auctoritati, Iurisdictioni, potentiæ & Maieſtati competit, ipſo facto oſtenderint, noſtramque paternam prorſus & fidelem repetitam ad : & dehortationem interea exequuti fuerint, atque hoc ipſo ſuo obſequioſiſſimo facto Cæſareo-Regium noſtrum fauorem & clementiā rurſum impetrauerint: adeo vt diuerſis multis ex locis antehac profectis, ipſiuſque C. T. factis interceſſionibus, abſque tamen læſione noſtræ hactenus grauiter violatæ Cæſareo-Regiæ auctoritatis & exiſtumationis,

Digitized by Google

mationis, locum rellinquere clementiſſime in animum noſtrum induxerimus. Et hoc, non alio, modo commemorata iam interceſſio, ex innata noſtra clementiſſima manſuetudine, nobis minime aduerſatur: quemadmodum etiam eum in finem decreuimus, atque etiamnum clementiſsime decernimus, penes T. C. etiam Reuerendiſsimum, Sereniſsimos, & Inluſtriſsimos, Moguntinum, & Palatinum, Electores, & conſanguineum noſtrum Ducem Bauariæ, ad id negotium clementiſsime, pro decenti more, inuitamus.

Quamprimum igitur legitimam ſubmiſsionem, debitum obſequium, agnitionem male antidhac admiſſorum, pœnitentiam atque correctionem (quemadmodum fidelibus ſubditis erga Regem Dominumque ſuum ſeſe præſtare competit) Bohemorum ipſo facto & realiter cognouerimus, tum ſane neutiquam intermiſſuri ſumus ſereniſſ. Veſt. Dilect. diem locumque, (ex quibus ciuitatem noſtram Pilſam conducibilem fore exiſtumamus) quemadmodum & tationem illius compoſitionis per proprium quemdam curſorem denominare. Quamobrem T. C tamquam vicinum, vi cum noſtro Regno Bohemiæ ſancitæ hæreditariæ confœderationis, amice & clementiſsime ſimul rogamus, vt, iuxta ante commemoratam ſingularem noſtram adfectionem & notoriam pacificam intentionem, penes iam modo etiam dictos Sereniſsimos Dominos Electores, & S. R. Imperii principem, hanc interpoſitionem ſuam in humeros ſuos quoque deriuari, & in perſona propria ſe ſiſtere dignetur: quo, abſq; vlla vlteriori mora, negotium illud inchoari, & tamdem ad exoptatum finem perduci queat. De quibus omnibus C. T. beniuolentiſsimam promptiſsimamque reſolutionem quamprimum expectamus, noſtramque Cæſaream amicitiam C. T. deferimus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna &c.

## CAPVT XXXIV.

## SERENISS. DOM. ELECTORIS SAXONIAE AD BOHEMIAE DIRECTORES EPISTOLA.

*Sub dato Torgæ XXI. Septemb. A. C. M. DC. IIXX.*

S. R. I. &c. Generoſi, Nobiliſsimi, Strenui, Honeſtiſsimi, Ampliſsimi. Prudentiſsimi &c. quatenus Cæſarea M. Dominus noſter clementiſsimus, ad noſtram, aliorumque S. R. Imperii Sereniſsimorum Dominorum Electorum & Principum multifariam factam rogationem, ob exortos motus Bohemicos propoſitam interpoſitionem clementiſsime adprobare, & Dominis Moguntino, Palatino, nobiſque, Electoribus, atque denique Duci Bauariæ, eamdem iniungere, certumque locum ac definitum tempus nominare clementiſsime decreuerit: id ex inſerta Cæſarearum ad nos datarum litterarum copia copioſius cognoſcetis.

Hanc autem Cæſareæ S. M. clementiſsimam declarationem, nobiſque iniunctam interpoſitionem humillima gratiarum actione acceptauimus, illamque interpoſitionem promptiſsime in humeros noſtros deriuari paſsi fuimus, quemadmodum illud tempus, locus, ſtatus, & occaſio per omnia requirere videbuntur:

tur: iuxta illud humillimo ſimul ſtudio Cæſaream S. M. rogauimus, quod, (poſtquam inter alia cognouiſſemus Cæſaream S. M. certis grauiſsimiſque de cauſsis hanc interceſsionis exequutionem diutius adhuc differre voluiſſe) ad præcauenda maiora pericula, nullam vlteriorem moram nectere, ſed multo potius diem, certumque tempus nominare non dedignaretur.

Poſtquam porro etiam ex Cæſareæ S. M. nutu & indicio intellexiſsemus, hoc laudatiſsimum opus, & clementiſsimam adeo reſolutionem Cæſaream, veſtras, Euangelicorumque Ordinum in Regno Bohemiæ, poſteriores ad Cæſaream S. M. datas ſubmiſsionemque obedientiſsimam pollicentes, litteras non parum promouere: iccirco confidimus, fideliterque, ceu vicinus fidus, vos adhortamur, vt iſtiuſmodi ſubmiſsionem & lenitatem (id quod alias fideles ſubditos erga legitimum ſuum Magiſtratum decet) etiam impoſterum continuare, & non ſolummodo Cæſareæ S. M. clementiſsimum animum de die in diem magis magiſque tranquilliorem reddere, verum etiam ipſam Cæſaream S. M. obſequioſiſsima ſubmiſsione humillime implorare velitis, vt tam realem propagationem commemoratæ iſtius interceſsionis, quam exoptatum iſtius effectum clementiſsime promouere non dedignaretur, quo tandem pax & tranquillitas iterum inſtitui, vicini metuendum vlterius periculum euitare, & multorum incommoditates auerti & præcaueri queant. Id quod vos Electorali intentione minime latere voluimus. Dabantur Torgæ XXIII. Septemb. A. C M.D C.IIXX.

## CAPVT XXXV.

## *DIRECTORVM BOHEMIAE, AD ELECTORALEM SAXONICAM EPISTOLAM, RESPONSIO.*

Sub dato Pragæ 6. Octob. A. C. M.DC.IIXX.

SERENISSIME, Clementiſſime Domine Elector E. V. C. iteratam ad nos datam epiſtolam bene ac decenter accepimus, hilarique animo exultabundi quaſi percepimus, quod Cæſarea M. tamquam Bohemiæ Rex, Imperator, Rex, & Dominus noſter clementiſſimus, clementiſſime ſeſe erga E. V. C. daclarauerit, &, ad multifarias diuerſis è locis profectas factaſque rogationes, ob in hoc Regno Bohemiæ exortos motus, propoſitam interpoſitionem ratam habere, eamdemue E. V. C. aliiſque S. R. Imperii Septemuiris, & Principib. iniungere adque iſtius finalem exequutionem locũ certumque tempus denominare, clementiſſime iam decreuerit: quam clementiſſimam Cæſareæ S. M. intentionem & declarationem non ſolummodo ſumma cum gratiarum actione obſequioſiſſimo ſtudio acceptamus, verum etiam Deum Ter Optum. Maxum. ſummiſiſſime rogamus, oramus, & obteſtamur, vt Cæſareæ S. M. cor & mentẽ co dirigat, quo propoſita interpoſitio adeo in effectũ deducatur, Cæſ. S. M. auctoritas, & Regia exiſtumatio, iuriſdictio, potentia &c. conſeruentur, & tandem nobis ceu Priuilegiis dotatis Ordinibus, & obſequentiſſimis ſubditis, abſque læſione bonæ noſtræ conſcientiæ, Priuilegiorum, & laudabiliter recuperati Relligionis liberi exercitii prædicta iſta interpoſitio magno vſui emolumentoque eſſe queat. Deprǣhendimus

Digitized by Google

mus autem ex iſtis Cæſareis ad E.V.C. datis litteris, quod interpoſitio iſta non liberum ſpontaneum opus, (quod probationi, & contrariæ probationi, incumbat, & cui E. V. C. tamquam interponens, merito iudex præfici debeat) fiet, ſed quod Cæſarea S. M. certis, grauiſſimiſque quibuſdam de cauſis, vſque ad finalem exequutionem differre velit, ſub quo ſane procul omni dubio nihil aliud intelligitur, quam quod Cæſarea S. M. prius rectam ſubmiſsionem, debitum obſequium, iuſtam pœnitentiam, & admiſſorum correctionem (quemadmodum veros fideleſque ſubditos erga legitimum ſuum Regem & Dominum deceat) experiri, certoque deinceps de eo ſtatuere conetur: id quod in ipſo Cæſarearum litterarum originali latius pateat.

Aſt, coram Deo Ter Optumo Maxumo, & Sereniſsima V E. C. teſtamur, nobis quicquam aliud vmquam in mentem veniſſe, neque etiamnum venire, quam vt nos ſub potentiſsima manu Cæſareæ S. M. Domini & Regis noſtri Clementiſsimi, humiliaremus, & eamdem pro ſummo noſtro Capite vnice agnoſceremus: quocirca etiam, ex V. E. C. inſtructione, non ſolummodo Cæſareæ S. M. clementiſsimam mentem (ceu fideles obſequioſiſsimoſque ſubditos decet) tranquilliorem reddemus, verum etiam hac ipſa continuata lenitate atque manſuetudine noſtra eamdem humillimo ſtudio implorabimus.

Sin vero, ſub prætextu debiti iuramenti & obſequii, à noſtris hoſtibus & aduerſariis aliud quiddam quæratur, adeo vt nos attentatorum iſtiuſmodi (quæ tamen nobis numquam in mentem venerunt, multo minus ipſo facto commiſimus,) pœnitere debeat: impoſsibile nobis eſſet vt aliorum iniquitates in nos deriuaremus: ſed multo potius exinde anſam occaſionemque captaremus, quo pacto videlicet, ob toties conqueſta, nondum vero ſublata, grauamina, viteis noſtras aduerſus Relligionis noſtræ hoſteis merito conuerteremus, qui ad iſtiuſmodi ſubmiſsionem, nos, nondum ſufficienter auditos, compellerent. Qua in re tamen nullam Cæſareæ S. M. culpam imputamus, ſed multo potius hoſtibus noſtris, & malis conſiliariis, qui Cæſaream S. M. hactenus iniuſto illegitimoque modo contra nos irritarunt.

Rogamus igitur Sereniſs. V. E. C. obſequioſiſsimo ſtudio, vt exoptatam hactenus interceſsionem abſque vlla vlteriore mora clementiſsime promoueat, &, quoad fieri poteſt, in effectum deducat, etiam, ante, & poſt inchoatam iſtam tractationem, nullam de nobis aduerſariorum noſtrorum querelam clementiſſime admittat, cuius coram Deo Ter Optumo Maxumo & vniuerſo mundo, nos numquam reddidimus participes.

Ad propoſitum deſtinatumque tractationi iſti, ciuitatis Pilſenſis, locum quod attinet: eumdem (abſque tamen Sereniſs. C. V. E. præiudicio) multis modis inopportunum eſſe autumamus: Euangelicis Ordinibus ſiquidem maxumopere ſuſpectus, partim inquilinorum cauſſa, qui omneis Romano-Catholicam Relligionem amplectuntur, & hactenus multifarias hoſtiles incommoditates nobis crearunt, partim vero quod eo ipſo Pragenſes ciuitates, defenſoribus ex ordinum medio ſuis deſtitutæ, facilime ab hoſte occupari poſſent: is ſiquidem minime feriatur, ſed, ſub prætextu amicæ tractationis & compoſitionis, ſanguinolentis & tyrannicis ſuis conatibus indies magis magiſque progreditur, & maiores vireis adquirendo locum vnum poſt alterum occupat, crudeliter diripit atque deuaſtat, quemadmodum hiſce diebus fraudulentiſsimo inſidioſoque modo arcem

oppi-

Digitized by Google

oppidulumque Petſchatnac- Camnitzium violenter ſibi ſubiecit, iiſdem præſidia impoſuit, atque exinde excurrendo magna etiamnum noſtratibus damna & detrimenta infert, &c. Hiſce Elect. V. C. Dei Ter Optumi Maxumi protectioni atque tutelæ, noſmet vero Elect. C. V. clementiæ ſumiſſo ſtudio commendamus. Dabantur Pragæ VI. Octob. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XXXVI.

QVum vero Bohemici motus ægre tam cito componi potuerint: iccirco Ordines Bohemiæ ſequentem hancce ſuam conſiderationem Sereniſsimo Bauariæ duci proponi curarunt.

## *COPIA CONSIDERATIONIS ORDINVM BOHEMIAE, STATVM BOHEMICVM CONCERNENTIS.*

SErenilſimi & Inluſtriſſimi Principis ac Domini, Domini MAXIMILIANI, Comitis Palatini ad Rhenum, vtriuſque Bauariæ Ducis laudatiſſimum Regimen, & Sereniſs. Celſitud. eius præſentes Inluſtres, Ampliſſimi, ad hanc audientiam clementiſsime deputati intimi conſiliarii &c. Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Ampliſſimi, clariſſimi, clementes, & gratioſiſſimi Domini: iis omnibus & ſingulis proſperrimam corporis valetudinem, fortunatiſſimum florentiſſimumq; ſtatum precamur ex animo.

Quamuis vero nobis ab omnibus 3. laudatiſſimis Regni Bohemiæ Ordinibus SVB VTRAQVE, Generoſis iſtis Dominis, Dominis, Nobiliſſimis, Strenuis, Equitibus, Ampliſſimis & Prudentiſſimis Dominis, ad Sereniſſimæ eius Celſitudinis Delegatos eiuſmodi mandatum, inſtructio, & informatio data fuerit, vt videlicet apud modo commemoratam Sereniſs Ipſius Celſitud. propriam iniunctam nobis Commiſſionem obſequioſiſſimo reſpectu, & decenti reuerentia, proponere & exequi debuerimus, in quo ſane nobis delegatis nihil gratius, acceptiuſque contingere potuiſſet, quam ſi ab ipſa Celſitudine ſua auditi fuiſſemus: nihilominus quum Sereniſs. Ipſius Celſitudo tum temporis abſens fuerit, & in principali iſta aula alias receptum ſiet, vt, quemadmodum percepimus, Sereniſſima ipſius Celſitudo per inluſtreis ad negotium iſtud peculiariter deputatos intimos conſiliarios ſuos exteros legatos audiri patiatur: poſtquam illud ipſum heſterna luce nobis, cum clementiſſimam audientiam petiiſſemus, clementer ſignificatum fuerit, iidem quoque deputati Domini Principales intimi Conſiliarii (id quod pro ſingulari nobis à Sereniſs. Ipſius Celſitudine exhibita gratia atque clementia agnoſcimus, & apud noſtros Dominos Principales, laudatiſſimos Dominos Ordines coronæ Bohemicæ SVB VTRAQVE celebrare non intermiſſuri ſumus) etiamnum hodie nos ad audientiam deſtinata hora euehi curauerint, iccirco, iuxta clementiſſimam Sereniſsimæ ipſius Celſitud. conſtitutionem, ſummiſſo & obſequioſo ſtudio loco competente comparere, & coram vobis Dominis clementibus, gratioſiſsimis, & Ampliſsimis &c. ad deponendam & exequendam noſtram Commiſsionem, abſque vlla vlteriori mora, in nomine DOMINI ALTISSIMI, telam legationis noſtræ exordiri volumus.

Quamob-

Digitized by Google

Quamobrem Sereniſsimæ ipſius Celſitud. Laudatiſsimi iſti 3. Regni Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, cumprimis à Deo Ter Optumo Maxumo firmā diuturnamque corporis ſanitatem, fortunatiſs. pacificumque imperium ſempiternamque proſperitatem ex animo precantur. Poſthæc Dominationes veſtras nullo modo celare debent: Quod licet Sereniſsimæ ipſius Celſit. antea commemorati laudatiſsimi Domini Bohemiæ Ordines, ex ſingulari obſequentiſsima propenſione & adfectione, inſperatum hodiernum Statum laudatiſsimi Regni Bohemici, dulciſsimæ ipſorum patriæ per litteras ſignificauerint, ipſiusque Celſitudinis Principali patrocinio de meliori, vti aiunt, nota optuma forma ſeſe recommendauerint, minime quoque dubitent Sereniſs. ipſius C. ex tramiſſa obſequioſiſsima relatione & Apologia ſua, tam communi hinc inde ſparſa fama ſatis ſuperque cognouiſſe, quid in ſæpius nunc commemorata Corona Bohemica antehac, in puncto liberi Relligionis exercitii Auguſtanæ Confeſsionis, in S. R. Imperii Ordinum ſancita Relligionis pace fundatæ, acciderit, atque ea ipſa de cauſſa etiamnum accidat.

Nihilominus tamen quum varie de iſtiuſmodi rebus omnibus diſcurratur, male vel bene hominibus erga laudatiſsimos iſtos Bohemiæ Ordines adfectionatis, diuerſimoda etiam iudicia & ſermones, cumprimis à Bohemorum aduerſariis fictæ informationes & relationes in ipſorum, vti ſub ſpecioſo prætextu opinantur, emolumentum, & Ordinum ludibrium atque detrimentum edantur, quibus etiam neutraleis, honeſtiſsimi, & excellentiſsimi viri, immo etiam reges, Monarchæ, Principes, atque alii Proceres, qui tamen alias ſepoſitis omnibus aliis priuatis adfectibus, bene de controuerſia iſta iudicabant, hactenus à pernicioſiſſimis iſtis Regni Bohemiæ hoſtibus ſeducti fuerint: ea propter Laudatiſsimi iſti Domini Ordines admodum neceſſarium ſummeque conducibile eſſe autumarunt, vt Sereniſsimam ipſius Cels. per peculiareis delegatos ſuos inuiſerent, & certum, verum atque genuinum ſtatum contra paucas dumtaxat perſonas, & Ieſuitas, ipſarum aſſeclas, in ipſa rei veritate Sereniſsimæ ipſius Cel. inculcarent: cumprimis vero quam ſummopere neceſſariis, grauiſsimis, ineuitabilibuſque de cauſis copias militareis conſcribere atque defenſionem contrariam inſtituere neceſſum habuerint.

Quem in finem etiam nos iam præſentes perſonas ad ſereniſsimam ipſius Celſitud. ablegarunt, quamque legationem noſtram laudatiſsimorum iſtorum Ordinum Principalium noſtrorum, litteræ Credentialeis ad Sereniſs. ipſius Celſitudinem, quas eidem ſummiſſa cum Reuerentia decenter & obſequentiſsime offerimus, ſatis ſuperque legitimabunt. Cuius Sereniſsimæ Celſit. Principali protectioni nos humillime commendamus eamdemque ſummiſſo ſtudio rogamus & obteſtamur, vt haud grauatim, ſed, vice verſa, clementiſsime noſtra proponenda grauamina audire, iiſdemque plenariam fidem ceu Dominis noſtris principalibus ipſis, adhibere, Dominationes veſtras fruſtranea copioſa moleſtia non onerare, ſed multo potius, omiſſis ambagibus, breuiſsime negotium expedire ne dedignetur.

Ad laudatiſſimorum Ordinum in hoc Regno Bohemiæ ſub hac perturbata rerum omnium facie vſurpatum proceſſum vero quod attinet, eumdem Sereniſſimam V. C. nos celare nolumus. Nam quemadmodum à Deo Ter Optumo

Maxumo, immo natura ipſa, vnicuique homini ſingularis ad Religionem feruor implantatus eſt, qui potiſſumum ſeſe apud vere credentes Chriſtianos homines exerit, ita perſimilis apud laudatiſſimos Dominos Ordines, SVB VTRAQVE, in Regno Bohemiæ pietas emicuit. Quamuis enim ante hac, cumprimis vero laudatiſſimæ ſuæ Cæſ. M. Dominorum Anteceſſorum, Bohemiæ Regum, tempore, liberum impeditumque Relligionis ſuæ Chriſtianæ exercitium ſemper in Bohemica lingua exercuerint, nihilominus tamen hiſce ſatiari minime potuerunt, ſed (vt, propter imminens periculum, quod tum temporis ſeſe conſpiciundum præbebat, Relligioni diuinoque ſuo Cultui eo melius cauerent, & eumdem ad dulciſſimos ſuos liberos, & gratam poſteritatem propagarent, priuilegiaq; eumdem etiam in Germanica lingua exercendi, impetrarent) viuente etiamnum glorioſiſſimo Rom. Imp. Rudolpho II. laudatiſsimæ pientiſſimæq; memoriæ, Maieſt. litteras atque Priuilegiũ ea ipſa de cauſſa humillime obtinuerunt & impetrarunt, in quo tam in Bohemica, quã Germanica lingua, liberũ iſtud Chriſtianæ ſuæ Relligionis exercitiũ ipſis clementiſſime permiſſum & conceſſum eſt, idq; tũ temporis eo magis renouatũ & confirmatũ fuit. Haſce Maieſt. litteras & Priuilegiũ de eodẽ libero confeſſionis ſuæ Sub Vtraq;, exercitio hodierna Cæſ. M. quoq;, Imp. Rex, & Dominus noſter clementiſſimus, clementiſſime confirmauit, & tam illud, quam etiam reliqua Regni Bohemici Priuilegia omnia tueri, defendere, eademue ſarta tectaue conſeruare ſub Relligione, iuramento &c. ſanctè eſt pollicitus. Exinde laudatiſſimi Domini Ordines, SVB VTRAQVE, quod tam inſignia præſtantiſſimaque, per clementiſſimas Romanorum Imperatorum conceſſiones clementiſſime confirmata Priuilegia humillime impetraſſent, numquam ſibi in mentem venire poſſe autumabant, multo minus ſibi perſuaderi patiebantur, quod vnicus etiam homo, multo minus ipſorum Sympatriotæ, prouinciarumque alumni & liberi (quibus tamen, præ cæteris omnibus, ex naturali debitoque vinculo, iocundiſſimæ patriæ ſalutem, proſperitatem, fortunatiſſimum, & pacificum ſtatum in priſtino flore conſeruare, incumbit) reperirentur, vel repperiri debuerint, qui contra iſtiuſmodi benigniſſimas & clementiſſimas Cæſareo-Regias indulgentias, conceſſiones & Priuilegia ſeſe obponere, atque interea inter vtriuſque Relligionis cultores, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE, in nullum alium finem, quam vt bona correſpondentia, concordia, candor, conſtans amicitia, pax & tranquillitas in ſuauiſſima omnium patria conſeruentur, & nemo ex illis, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, in propria ſua conſcientia perturbetur atque periclitetur, multo minus vero vna Relligio ab altera perſequatur, inſtitutam, probatam, adprobatam, & confirmatam concordiam diſſoluere auſi fuerint: idque potiſſumum eo minus, quod illud ipſum, ſub graui, in Iuribus & laudatiſſima Regni Bohemiæ conſtitutione pacis publicæ tranſgreſſoribus interminata, pœna, expreſſe ſiet prohibitum.

Nihilominus tamen præter omnium ſpem & expectationem irrequieti aliquot male ſani homines, & iocundiſſimæ pacis iniurioſi oſores, ex iis ipſis, qui non ſolummodo Regni Sympatriotæ, verum etiam præ cæteris omnibus in eodem Regno Bohemiæ multis beneficiis adfecti, immo ad ſummum officiorum, dignitatum, atque honorum faſtigium euecti ſunt, iiſdemue gradibus magnas opes & diuitias corraſerunt, reperti, qui peſtiferum illud ſuum deſiderium ipſo facto, explere conati, & eo vſque audacter progreſſi ſunt, quod (ni Deus Ter

Optumus Maximus, per diuinam ſuam prouidentiam & Omnipotentiam, propriæ ſuæ cauſſæ inuigilaſſet, & clandeſtinas hoſtium technas & inſidioſos conatus mirabiliter detexiſſet) omnium III. laudatiſſimorum Bohemiæ Ordinum hactenus in alta pace & tranquillitate conſeruata Priuilegia peſſumdediſſent, labefactaſſent, & funditus quaſi iterum extirpaſſent.

Quidam enim ex ipſorum medio, quibus Laudatiſſimi Regni Bohemici adminiſtratio, abſente Cæſarea S. M. demandata erat, non ſolummodo officii mandatique ſui metas transgreſſi ſunt, verũ etiam eiuſmodi alias inaudita media & fallaces technas (quas Ieſuitæ excogitarunt, iiſdemue, Regni hoſtibus, ad exequendum præſcripſerunt, & in manus ſuas tradiderunt) vſurparunt, quibus etiã Romano-Cæſareæ M. Cæſareũ, paternum, & erga laudatiſſimos Bohemiæ Ordines bene adfectum pacificumque cor (iidem enim laudatiſsimi Domini Ordines certo ſciunt, quod Cæſarea M. neque à natura ſua, neque proprio præconcepto conſilio, ad odioſas turbulentas, exoptatiſsimæ paci atque adeo Romano-Cæſareæ ſuæ M. pollicitationibus, & Cæſareæ Reputationi è diametro repugnantes actiones minime inclinata ſiet, ſed *conſilium, ceu clauſtra inferna, bilingue* ex animo deteſtetur) occupare, & inæqualibus ſuis informationibus eo inclinare poſſent, quo melius, ſub Romano-Cæſareæ S. M. nomine & auctoritate, periculoſa conſilia, doloſas fraudulentaſque ſuas technas exequerentur & perficerent. Nam: SECVNDO iidem illi hoſtes laudatiſsimos III. Ordines, SVB VTRAQVE, omnibus modis impediuerunt, eorumdem exhibitos humillimos libellos ſupplices, & ad Cæſaream S. M. directas quærimoniales litteras ſubpreſſerunt, porrecta ſæpius conquæſta duriſsima onera male interpretati ſunt, pro lubitu ſuo explicarunt, & in iſtiuſmodi ſiniſtrum abortiuumque intellectum inſolenter detorſerunt, quod loco ſublationis modo commemoratorum oneroſorum grauaminum, à Cæſarea S. M. acerrimæ, periculoſiſsimæ, corpus, vitam, honorem bonamque conſcientiam concernentes reſolutiones profectæ diuuolgatæque fuerint, quibus ſæpius nunc commemorati Domini Ordines Bohemiæ Sub Vtraque in ſummum diſcrimen, adeoque extremam perniciem ſæpe præcipitati ſunt.

TERTIO: Ne autem perniciosiſsimæ iſtæ hoſtium clandeſtinæ inſidiæ & technæ emanarent, & Cæſarea S. M. à fideliſsimis obſequentiſsimiſque Ordinibus melius veriuſue informaretur, iiſdem omnem ad Cæſaream M. aditum nefarie intercluſerunt, ipſos à conſueta audientia vel detinuerunt, vel ad minus tamen eamdem diſtulerunt & prorogarunt. Interea vero laudatiſsimi Domini Ordines propriis ſuis oculis videre, & auribus ſuis magno ſane cum cordolio audire neceſſum habuerunt, quam magna induſtria & ſolertia Ieſuitæ patronorum ſuorum cauſſas fouerint, ab ipſorum enim lateribus fere numquam ac ne latum quidem vnguem receſſerunt, exoriente ſole ad occidentem vſque domos ipſorum frequentarunt, nulliſque laboribus ac moleſtiis vmquam parſerunt, quouſq; adeo perniciosiſsimum incendium excitaſſent. Quocirca tam in publicis Concionibus quam diuolgatis ſuis ſcriptis claſsicum contra Euangelicos cecinerunt, maliuolis iniurioſiſq; criminationibus eoſdem onerarunt, ipſorumq; à Cæſarea M. clementiſsime adprobatam confirmatamque Chriſtianam Confeſsionem, tamquam SS. Scripturæ per omnia conformem & vitæ æternæ conciliatricem, turpiſsime exagitarunt, immo illos ipſos Euangelicos Chriſtianos, Sub Vtraque, pro nefandis

*Mauritium Landgrauium &c.*
Odi conſilium, ceu clauſtra inferna, bilingue.
*quem verſum Rudolph. Goclenius Sen. mihi Lundorpio, libri huius interpreti, in ſui μνημόσυνον, albo meorũ amicorum inſeruit. Athenis Heſſorum A. Chriſti M DC. II.*
*Ieſuitæ incendii Bohemici auctores.*

& impiis hæreticis manifeſto proclamarunt, vtpote qui in SS. Trinitatem non crederent, diuino verbo, Baptiſmo & SS. Sacramentis carerent, nullum legitimū matrimonium contraherent, contra diuina humanaque iura ignem & gladium decernerent, & tamdem laudatiſsimos Dominos Ordines in Bohemia, Sub Vtraque, eiuſdem confeſsionis pia membra, eorumdemue dilectiſsimos liberos, ceu indignos homines & damnatos hæreticos (qui in Chriſtiana aliqua communione non tolerari, ſed, viee verſa, igni, gladio, cruce & rota perſequi & funditus extirpari deberent) cane peius & angue vitandos turpiter euomuerunt, id quod iidem laudatiſsimi Domini Ordines ſane non immerito ægre admodum & moleſte pertulerunt.

Hiſce omnibus vero irrequieta iſta Ieſuitica capita neutiquam adquieuerunt, ſed multo potius per adhærentes & aſſeclas (quibus, vti ſupra commemorauimus, Cæſarea S. M. regium regimen in regia ſua Pragenſi reſidentia commiſerat) omnia politica conſilia aſtute & callide explorarunt, iſta ad ſuam intentionē accommodarunt, atque inceſſabilibus maliſque ſuis inſuſurrationibus Conſiliarios Cæſareos adeo occuparunt, &, ſub prætextu conſcientiæ, eoſdem eo vſque flexerunt, quod, abſque Ieſuitarum conſilio, nihil, quam Chriſtianum, honeſtum, atq; candidum etiam illud fuerit, conſulere, multo minus ſtatuere & exequi potuerint: exinde diuerſimodæ grauiſſimæ adgrauationes & perſequutiones innocentiſſimorum etiam hominū ſubſequutæ ſunt: idipſum quod non ſolummodo Euangelici Ordines, Sub Vtraque, verum etiam non pauci ex Equeſtri Ordine, aliique pii & honeſti homines Sub Vna, immo multi Eccleſiaſticæ dignitatis viri non ſine admiratione oculis ſuis ſunt intuiti, neque iſtiuſmodi maleſanos conatus probare & adprobare potuerunt, ſed multo potius improbarunt, atque deteſtati ſunt.

Quocirca Laudatiſsimi Domini Ordines, Sub Vtraque, non ſolummodo commoti, verum etiam coacti ſunt, quod diutius ſeſe continere haud potuerint, ſed (quo oneroſiſſima iſta grauamina iterum tolli, Cæſarea S. M. Dominus noſter clementiſſimus, melius & tranquillius imperium poſſidere, omnis diffidentia atque confuſio inter eos Sub Vna, & Sub Vtraque, careri, conſtans pax, amor, & concordia, amico-fraternum propoſitum rurſus fundari, & omneis cauſſæ diſcordiæ remoueri poſſent) contra quaſdam perſonas eo modo, (qui in Apologia Ordinum recenſetur, quique alias iiſdem Ordinibus numquam in mentem veniſſet) exequutionaliter proceſſerunt, & Ieſuitis, qui omneis iſtiuſmodi confuſiones excitarunt, &, vti paullo ante diximus, malis ſuggeſtionibus atque inſtillationibus pernicioſiſſimum iſtud incendiū irritarunt, pacificum admodum digreſſum, licet maius quoddam ſupplicium fuiſſent promeriti, denunciari curarunt; eoſdemue etiam abſque vlla læſione & offenſione, cum omnibus, quæ inde ſecum aſportari potuerunt, pacifice dimiſerunt, ipſorum collegium, ornatum, Bibliothecam, & relliqua, ad ipſos pertinentia, vero ſub infallibili cuſtodia fideliter ſepoſuerunt.

Quæ omnia laudatiſſimi ſæpius nunc commemorati Domini Ordines, Sub Vtraque, bono ſaluoque iuris titulo fecerunt; infallibili ſpe freti, clementiſſima perpenſione facta, I. Euangelicis Ordinibus, Sub Vtraque in puncto liberi exercitii Religionis clementiſſime communicatas confirmataſque Maieſtatis Litteras, II. factam pariterque confirmatam pacis tractationem inter

eos

eos SVB VNA, & SVB VTRAQVE, III. Vniuerſalis Conuentus Decretum, & IV laudatiſſimam huius Regni Bohemiæ Conſtitutionem Prouincialem quoq; probe confirmaturam, quod contra eos, qui aduerſus Cæſareo-Regias clementiſſimas conceſſiones & Priuilegia aliquid ſiniſtri moliri, & Relligionis Auguſtanæ Confeſſionis cultores perturbare conentur, non ſecus quam publicæ pacis turbatores, procedi, in eoſdemue grauiſsimi Ordines inuito prorſus animo, atque adeo cum propria ſua læſione, ad iſtiuſmodi extremitates peruenire neceſſũ habuerint, nihilomus tamen quum ſtatus Regni & ſalus publica idipſum fieri poſtulauerint, aliud etiam medium applicare haud potuerunt. idque pro I.

Quod autem, pro II, ad conſcriptas militareis copias, contrariamque inſtitutam præparationem bellicam attinet, Sereniſſimam V. C. laudatiſſimi iidem Ordines ſummiſiſſime rogant, vt non alias iſtiuſmodi de Cæſareæ S. M. fideliſsimis Ordinibus cogitationes concipere, nec ad alienam ſiniſtramque opinionem ſeſe flectere clementiſsime patiatur, quam quod iſthæc ſua præparatio bellica atque neceſſaria defenſio ad nullius pacifici hominis (ſiue is SVB VNA, ſiue SVB VTRAQVE, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue politicus ſiue qualiſcunque Status, dignitatis, atque conditionis etiam ille ſiet) læſionem vel offenſionem, multo minus contra Cæſaream M. Dominum noſtrum clementiſsimum eiuſdemue auctoritatem, dignitatem atque reputationem, quemadmodum etiam nullo modo aduerſus debitum obſequium, ad quod obligatiſsimos iidem Ordines humillime ſeſe profitentur, ſuſcepta fuerit: ſed, vice verſa, in ipſa rei veritate præcipue ad Romano-Cæſareæ S. propriæ Reputationis, eiuſdem Regiæ ſedis, & iocundiſsimæ omnium patriæ defenſioné, & vt turbatores liberi exercitii Relligionis coerceantur, atque adhuc aliquot pacis oſores & pernicioſi homines, Ordinibus illatarum contumeliarum, damnorum, detrimentorumue, auctores, (qui etiamnum hodie, ad putatitiam euaſionem grauiſsimæ iſtiuſmodi tranſgreſſoribus conſtitutæ pœnæ, Romano Cæſaream S. M. contra laudatiſsimos iſtos in regno Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, ad inclementiam irritare, & laudatiſsimæ Cæſareæ S. M. innata bonitate atque clementia contra eoſdem Regni Ordines abuti minime quieſcere poſſunt) ad promeritam pœnam rapiantur: quo melius tamdem laudatiſsimi iſti Ordines SVB VTRAQVE eo ſecurius Priuilegiis ſuis liberi exercitii Relligionis vti frui, atque impoſterum non, vti hactenus, omni tempore ſub curis & periculis vitam irrequietam agere neceſſum habeant, ſed multo potius, omni remota diffidentia, in bona correſpondentia, amore, pace, tranquillitate atque concordia cum Charisſimis ſuis fratribus, iiſdemque SVB VNA, fraterne conuenire, & cumprimis Deo Ter Optumo Maxumo, dein etiam Romano-Cæſareæ S. M. clementiſsimo ipſorum Domino & Regi, ſubiectiſsime, & obſequentiſsime vnamimes ſimul inſeruire poſſent ac debeant. Quemadmodum etiam laudatiſsimi iſti Ordines hanc defenſionem præparationemque bellicam inſtituere, ex præſcripto exemplorum antecedentium, iure potuerunt, quum ipſorum inimici & oſores, ex mera malitia & vindictæ cupido animo, eo vnice adlaborauerint, quo pacto videlicet fallibilibus ſuis informationibus hominibus ſimplicibus perſuadere poſſent, Ordines (quemadmodum falſos de iiſdem rumores ſparſerunt, & quod malum Deus Ter Optumus Maxumus clementiſſime auertat, iiſdem ſiquidem nihil horum vmquam in mentem venit) contra Romano-



Digitized by Google

Cæſareæ S. M. reputationem, auctoritatem, atque Cæſaream exiſtimationem, & eos SVB VNA, hoſtile quiddam ſuſcepiſſe: nihilominus tamen Cæſaream S. M. ad inclementiam adeo commouerunt, quod militem conſcribi & Dominos Ordines regni Bohemiæ debellare in animum induxerit: quocirca laudatiſſimi Ordines eo magis coacti ſunt, vt præparationem ſuam bellicam, ad defenſionem dilectiſſimæ patriæ, ſuarum coniugum & liberorum, innocentiſſimorumq; ſubditorum, tam diu continuarent, vſque dum Cæſarea S. M. melius à laudatiſſimis iſtis Bohemiæ Ordinibus informaretur.

Hæc cum, ipſa in rei veritate, ita, & non aliter, ſient, liquido apparet, quod videlicet laudatiſſimi omneis III. Ordines coronæ Bohemicæ, SVB VTRAQVE, ad iſtiuſmodi ſuſceptum proceſſum contra impugnatores & turbatores liberi exercitii Relligionis & pacis publicæ, eorumdemue affeclas & impulſores Ieſuitas, ſeſe, læſa ſæpius patientia, amplius continere non potuerint, ſuſceptam defenſionem & contrariam præparationem bellicam non contra Romano-Cæſaream S. M. ſed ad defenſionem eiuſdem Regiæ ſedis adeoque totius iocundiſſimæ patriæ, inſtituerint, eoque ipſo turbatores & interruptores pacis publicæ, aliis in exemplum, promerita pœna affecerint, loco mouerint, &, vice verſa, laudatiſſimos Ordines vna cum libero religionis æ exercitio defenderint, conſtantemque pacem, concordiam, verum, non fictum, fraternum amorem inter illos SVB VNA, & SVB VTRAQVE, quemadmodum antea, antequam Ieſuitæ iſtos motus excitaſſent, & priuſquam in Bohemiæ Regnum perueniſſent, retinere potuerint: idipſum quod Ordines quoque SVB VNA in nupero Prouinciali Conuentu, die Lunæ poſt S. IOANNIS BAPTISTÆ celebrato, agnouiſſent, &, ea ipſa de cauſſa, paucis dumtaxat exceptis, poriores ad laudatiſsimos Dominos Ordines, SVB VTRAQVE, tranſiiſſent, iſtorumque legitimæ defenſioni ſubſcripſiſſent, & idem onus, periculum, bonum atque malum vna cum ipſis ſuſtinere libere ſuaque ſponte in animum induxiſſent: confidere igitur humillimò eum obſequio, Sereniſsimam ipſius C. exemplo laudatiſsimorum clementiſsimorumque ſuorum Dominorum Maiorum, eodem clementiſsimo fauore laudatiſsimos omneis III. Ordines Regni Bohemiæ, SVB VTRAQVE, proſequuturam, iiſdemue magis elementiſsimam promotionem, auxilium, & amica vicinitatis officia, quam offenſionem, multo minus læſionem, clementiſſime exhibituram.

Summiſiſsime igitur omneis eoſdem III. Regni Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, Sereniſsimam ipſius C. tamquam elementiſsimum ipſorum Principem, Dominùmque vicinum, rogare, ne videl. Sereniſsima ipſius C. in eiuſdem ſuæ C. Principatibus atque ditionibus vllam vel militis conſcriptionem, vel diribitoria, vel copiarum tranſitus contra laudatiſsimum Regnū Bohemiæ eiuſdemue Ordines permittat, ſed multo potius clementiſsimam ſuam Principalem adfectionem fidelemque vicinitatem, vti & hactenus, ita quoque & impoſterum, iiſdem eorumdemue iocundiſsimæ patriæ clementiſsime præſtare ne dedignetur. Pro iiſdem quoq; laudatiſsimis Ordinibus Sereniſsima ipſius C. tamquam celeberrimus, elementiſsimus & pacis ſtudioſiſsimus Princeps, apud Cæſaream S. M. Dominum noſtrum clementiſsimum, (id quod Sereniſsima V. C. pro magna ſua auctoritate, exiſtimatione atque reputatione apud Cæſaream M. facillime in effe-

in effectum deducere poterit) intercedere haud grauabitur, vt videlicet Cæſarea S. M. in verbis adeo ſanctè præſtitum iuramentum, clementiſsime confirmata Priuilegia, grauiſsima & intolerabilia amplius laudatiſsimis Dominis Ordinibus ab aduerſariis illata damna atque onera, per quæ ipſis adeo iuſte aduerſus ſuos hoſteis procedere anſa & occaſio data fuiſſet, clementiſsime, pro innata ſua clementia & bonitate, paterne perpendere, per malas aduerſariorum informationes ad nullam Cæſaream inclementiam, multo minus bellum & non neceſſarias expeditiones bellicas, ſeſe commouere patiatur: ſed, vice verſa, multo potius fideliſſimos & obſequentiſſimos ſuos Ordines, ob non vna duntaxat, ſed iterata ſæpius vice conquæſta grauiſſima grauamina, clementiſſime audire, manifeſto repertos pacis & tranquillitatis publicæ turbatores pro ipſorum merito, aliis in exemplum, ſeuere caſtigare, obſequentiſſimos Ordines vero, vna cum ipſorum laudabiliter conſequutis, & tam ſanctè etiam à Cæſarea S. M. ipſa confirmatis Maieſtatis literis & aliis priuilegiis liberi exercitij relligionis ſuæ clementiſſime manu tenere atque tueri dignetur.

Quo facto Cæſarea S. M. omne malum, imminens ineuitabile periculum, & populorum prouinciarumque pernicioſiſſimum interitum facillime auertet, ſe & iocundiſſimam omnium patriam, quemadmodum & omneis eiuſdem prouincias, priſtinæ quieti & tranquillitati reſtituet, fideliſſimorumque denique ſuorum Ordinum corda eo magis magiſq; ad omne fidele debitumq; obſequium reducet: atque hoc modo exinde conſtans concordia, amor, & ſyncera amicitia inter vtriuſque relligionis cultores, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, conſeruabitur, &, adſiſtente diuina gratia, omnia ad exoptatum, cum immortali Cæſareæ S. M. laude, in magnum Reipub. atque iocundiſſimæ patriæ emolumentū incrementumue, finem perducentur. Illud autem Sereniſſimæ V. C. laudatiſſimis Regni Bohemiæ Ordinibus SVB VTRAQVE, clementiſsimum exhibitum beneficium iidem Domini Ordines pro ſingulari clementia agnoſcent, eius numquam erunt immemores, ſed multo potius tamquam fidi veſtræ Sereniſs. Cels. vicini, fideliſsimis obſequentiſsimiſque ſuis officiis illud ipſum Sereniſsimæ V. C. retribuere nullo modo intermiſſuri ſunt.

## CAPVT XXXVII.

INterea vero intemperie iſta Bohemica minime ceſſante, ſed magis magiſque ſeſe latius extendente: Cæſarea S. M. Pilſam ab Ordinibus obſeſſam intelligens, ſequentes ad Sereniſsimum Dominum Electorem Saxoniæ litteras ablegauit.

## *CAESAREAE MAIEST. AD ELECTOREM SAXONIÆ EPISTOLA.*

*Sub Dato Viennæ XIX. Octob. A.C. M.DC.IIXX.*

MATTHIAS &c. Sereniſsime adfinis & Elector &c. poſt abſolutam nuperam noſtram epiſtolam reſponſoriam, ſub Dato XVI. Octob. à fide digniſſi-

gniſsimis viris percepimus fidelem, obſequentem, & conſtantem noſtram ciuitatem Pilſam à rebellibus noſtris Bohemicis ſubditis & ex S. R. Imperii aduentitiis auxiliis hoſtiliter admodum obſeſſam eſſe. Quum itaque Ser. T. C. facile colligat, quod hoſtilis ille Bohemorum ſeditioſorum conatus, Ser. T. ç aliorumque S. R. Imperii Electorum atque Principium petitæ, ante aliquot ſeptimanas coram Sereniſs. T. C conſiliario Grunenthalio confirmatæ, & per noſtrum Delegatum Generoſum, fidelem, dilectum Fredericum Thalenbergium, Cubicularium, conſiliarium, & Appellationum præſidentem in Regno Bohemiæ (qui iam iam adhuc in itinere) repetitæ interceſſioni, ac denique Ser. T. C. fidei commiſſæ ſuſpenſioni & depoſitioni armorum minime profuturus ſiet, & è diametro quaſi ei repugnet, quod tum temporis commemoratus Grunenthalius apud Bohemicos noſtros ſubditos propoſuit: iccirco ineuitabilibus de cauſſis admodum neceſſarium eſſe iudicauimus, potiſſumum vero ob ex mota metuendum periculum, vt præſentem hunc curſorem illico ad Ser. T. C. ablegaremus, clementiſſime & peramice eamdem rogantes, vt obſidionem Ciuitatis noſtræ Pilſenſis, tam omne illud, quod alias hactenus in commemorato iſto noſtro Regno Bohemiæ peregrino ſiue extero auxilio attentatum eſt, & citatæ interpoſitioni aduerſatur, quamprimum auertat, neque malam forſitan in partem interpretetur, quod aliquoties nunc dictus Grunenthalius, noſtro conſilio ſeſe iterum in noſtrum Bohemiæ Regnum receperit In hoc Ser. T. C. nobis tam gratum quam gratiſsimum facit officium, quod peramice & cum gratia Cæſarea (qua alias Ser. T. C. fauemus & bene cupimus) rependere ſtudebimus. Viennæ XIX. Octob. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XXXVIII.

PAri modo & Sereniſſimus Dux Bauariæ ſequentem epiſtolam, obſidionem Pilſenſem concernentem, ad Bohemiæ Ordines ablegauit.

## *SERENISSIMI DVCIS BAVARIAE AD ORDINES BOHEMIAE EPISTOLA.*

Sub dato Monachii III. Nouemb. A. C. M.DC. IIXX.

DEI GRATIA MAXIMILIANVS, Comes Palatinus Rheni, Supe: inferioriſque Bauariæ Dux &c. S. N. P. Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Prudentiſſimi, honeſtiſſimique, perfideles dilecti: minime adhuc nos latet quid, ad noſtram III. D. Iulii, ciuitatis Pilſenſis cauſa, beniuolentiſſimam factam ad: & exhortationem, XIII. Auguſti nobis reſponderitis: quod videlicet vobis numquam in mentem venerit ciuitati Pilſenſi earumdemue inquilinis vnicum damnum inferre, multo minus eam obſidere: quam veſtram omni æquitati conformem conſentaneamque declarationem non dumtaxat hilari animo percepimus, verum etiam indubiam ſpem nobis hactenus feceramus, vos à promiſſis veſtris ne latum quidem vnguem receſſuros, ſed eadem conſtanter ſeruaturos, potiſſumum vero quod modo dicta ciuitas, quantum quidem nobis ſcire licuit, nihil hoſtiliter contra vos attentauerit, ſed dumtaxat Romano-Cæſareæ M. Domino

&co-

Digitized by Google

& cognato noſtro dilectiſſimo, tamquā ſuo à Deo Ter Optumo Maxumo præpoſito Magiſtratui, debitam obedientiam præſtare ſeſe declarauerit; idipſum quod & voſmet facere iam ante in vos recepiſtis.

Nunc vero, vice verſa, præter omnem ſpē & expectationem noſtram, cognoſcimus quod ex veſtro mandato Pilſa arctiſſima obſidione prematur. Quum autem hoſtilis iſte impetus expreſſæ veſtræ reſolutioni è diametro quaſi repugnet, & econtra nihil aliud quam maiorem offenſionem, ſuſpicionem, & periculoſiorem motum, quem tamen ipſimet vehementer admodum deprecati eſtis, ſubinde excitetis, Cæſareamque Maieſt. indies magis magiſque contra vos irritetis, cumprimis autem quod modo & nunc ſæpius commemorata ciuitas Pilſenſis, veſtris promiſſis & declarationibus freta, ad contrariam defenſionem, ſeſe præparare, licet potuiſſet, minime voluerit, Cæſareæ S. M. exercitus etiam hactenus adquieuerit, & nihil hoſtiliter, vti fertur, attentauerit: iccirco vos rogamus vt, ad oſtentandum pacificum veſtrum animum & intentionem, contra ſæpe dictam nunc ciuitatem nihil amplius violentet moueatis, ab hoſtili obſidione abſtineatis, & copias veſtras militareis domum reuocetis. In hoc facitis officio veſtro & ipſi æquitati conueniens opus, & reconciliationem, quam inſtanter adeo hactenus efflagitaſtis, apud Cæſaream M. eo facilius impetrabitis.

Sin autem, contra paternas clementiſſimaſque adeo ad: & exhortationes, expreſſaſque veſtras reſolutiones, ciuitatem iſtam forſitan in maiores anguſtias præcipitaueritis, quiuis ſanæ mentis quam facillime colligit, quod de Romano-Catholicis, qui, ratione præſtitæ fidelitatis, à Cæſarea S. M. deflectere nolunt, ſperanda opima præda, apud eoſdem veſtros in Maieſtatis litteris comprehenſos Sympatriotas, res agatur, id quod re ipſa etiam probatis, dum, ſub ſpecioſo motuum prætextu, grauaminum veſtrorum, quæ prætenditis, ſubleuationem apud Cæſaream S. M. adeo inſtanter vrgeatis. Exinde etiam Romano-Catholicæ Religionis ergo ſubſequuta perſequutio, apud omnes eiuſdem Religionis cultores, in: & extra S. R. Imperium, maiorem certe rerū conſiderationem excitabit, quam apud veſtræ Religionis cultores, ſin, (vti Cæſarea S. M. aliis ex locis de fide digniſſimis percepit,) ob veſtram Religionem, adeo perſequi debeant.

Quo melius autem hæcce & iſtiuſmodi mala omnia euitentur, ſummopere adhuc confidimus, vos beneuolentiſſimæ noſtræ inclinationi, ad: & exhortationi, antequam res ad extrema deueniat, obtemperaturos, probeque conſideraturos, quod erga Regnum Bohemiæ, & vos, ſemper hactenus optume adfecti fuerimus, vos etiam ad nullum quiddam contrarium cauſſam habueritis: quibus clementiam noſtram ſingularem denuo pollicemur. Dabantur in noſtra ciuitate Monachio III. Nouemb. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XXXIX.

AD hanc Sereniſſimi Domini Bauariæ Ducis epiſtolam monitoriam Ordines Bohemiæ ſequentem epiſtolam reſponſoriam ablegarunt.



Digitized by Google

## *ORDINVM BOHEMIAE, AD SERENISSIMI BAVARIAE DVCIS EPISTOLAM MONITORIAM, LITTERAE RESPONSORIAE.*

Sub dato Pragæ X. Nouemb. A. C. M. D C. IIXX.

CLEMENTISSIME Domine Princeps &c. Sereniſsimæ V. C. clementiſsimam, ſub Dato III. Nouemb. epiſtolam, bene ac decenti reuerentia accepimus, eademque pellecta percepimus, Sereniſſimam V C. cauſſam obſidionis ciuitatis Pilſenſis non ex ipſo rei fundamento cognouiſſe. Quamuis vero Sereniſs V. C. ob tam gnauam ſolertemque ad: & exhortationem, obſequioſiſſimo ſtudio perlubenter ſane excuſatam habeamus, nihilominus tamen intermittere non poſſumus, quin Sereniſs. V. C. ipſiſſimam rei veritatem vice nunc ſecunda detegeremus.

Primum itaque nobis adhuc probe in memoriam reuocamus, quatenus videlicet proxime elapſo XIII. D. Auguſti, ſæpius nunc commemoratæ ciuitatis Pilſenſis cauſſa, noſmet reſoluerimus, attamen vna ſimul Ser. V. C. certiorem fecimus, quot & quanta hoſtilia attentata iidem nunc obſeſsi Pilſenſes eo ipſo tempore contra nos ſuſceperint. Equidem fateri neceſſum habemus, nos antehac numquam eos in minimo etiam offendere nobis in animum induxiſſe, niſi ad hodiernam coactam obſidionem nobis anſam occaſionemque præbuiſſent. Poſtq̃ enim à ſua nobis per litteras facta & confirmata declaratione, quod videlicet à confœderatione noſtra ne latum quidem vnguem recedere velint, ſeſe ſegregaſſent, adeo audacter & præfracto animo nobis ſeſe oppoſuerunt, vt ipſo puncto militareis copias conſcripſerint, aliorum Dominorum ſubditos ad ſeſe in ciuitatem ſuam violenter compulerint, abactione pecorum, bonorumque direptione magna vicinis damna detrimentaue intulerint, inclytas ex equeſtri Ordine perſonas captiuas in vrbẽ adduxerint, earumdemue ſubditos, ad præſtandum ſibi iuramentum fidelitatis, vi compellere conati fuerint, ſigilla noſtra à patentibus noſtris litteris audacter lacerarint, iiſdemue ſub noſtro nomine fraudulenter & falſo abuſi, extra Prouinciam peregrinum militem conſcripſerint, immo eo vſque audact[illegible]roceſſerint, vt poſtulati ad neceſsiratem Prouinciales in Pilſenſi circulo, aliiſque circulis, direptiones & hoſtileis excurſiones neutiquam ipſis prohibere potuerint.

Quamuis vero illos ipſos crebris internunciis ab hoſtilibus ſuis attentatis abſtinere non vna dumtaxat vice admonuiſſemus, nihilominus tamen nobis non ſolummodo neutiquam obtemperarunt, verum etiam magis magiſque hoſtilitates ſuas contra nos exercuerunt, periculoſas minas ſpirarunt, adeo vt ad defenſionem totius noſtræ Prouinciæ neceſſario vim vi repellere, quod iure gentium cuiuis licet, coacti fuerimus, potiſſumum vero vt hocce noſtro conatu eoſdem Pilſenſes ad meliorem ſanioremque mentem reduceremus, ne forſitan, vi occupata vrbe, infortunium, quod plerumque duræ ceruicis populis in iſtiuſmodi caſibus obuenire ſolet, experiri neceſſum habuiſſent. Verum enimuero adeo elato animo fideliſſimas noſtras ad: & exhortationes contemptui habuerunt, vt etiam præfractiſsime ſe ipſos ad futuram obſidionem præparauerint, pulcherrima ſubur-

ſuburbia, nulla id exigente neceſsitate, incendiis vaſtarint, & hoc ipſo temerario facto, ꝑpriis ſuis viribus confiderint. Id poſtquā nos percepiſſemus, ex ſingulari bono erga ciuitatem iſtam adfectu, poſthabitis iam omnibus nobis illatis iniuriis, Domino Erneſto Comiti Mansfeldio non dumtaxat vna vice, ſed continue, mandata noſtra tramiſimus, vt, grauiſsimis de cauſsis, inter quas Sereniſsimæ V. C. reſpectus nō minima ſane extitit, ab obſidione & læſione vrbis Pilſenſis quamprimum deſiſteret: quo cognito Comes illico cum copiis ſuis militaribus, obſidione ſoluta, ab vrbe receſſit. Poſtquam vero tormenta duobus, exercitum autem tribus ab vrbe milliaribus iam iam deduxiſſet, & ad vniuerſa Bohemorum caſtra ſeſe iterum conferre deſtinaſſet: Pilſenſes, obſidionis metu iam liberati, pertinaciſſimis clamoribus & minis ſuis, quaſi Prouinciales Comitem mox ſubſequi compellere velint, rem tamdem pertinaciſſima ſua audacia eo vſque deduxerunt, vt Prouinciales Ordines Pilſenſis, aliorumque circulorum, ad commemoratum Dominum Comitem ocyus perſcripſerint &, ad ſui ſuorumque defenſionem, adque maius præcauendum incendium, cum copiis ſuis reuocauerint.

*Præfractiſsima* autem Pilſenſium contumacia percepta, Mansfeldius, prouincialium Dominorum Ordinum precibus victus, obſidionem Pilſenſem denuo inchoauit, in qua ad hodiernum vſque diem adhuc maſcule perdurat. Interea vero ad pacificam tranſactionem exhortari numquā intermiſimus: aſt nullo vmquam tempore dictis noſtris fuit audiens: nec ſcire nobis licet an ipſi ciues, vel in vrbem receptus Capitaneus, ad contumaciam iſtam inexcuſabilem anſam occaſionemque præbeat. Nec etiamnum quidem ceſſamus, ſed per peculiarem beniuolentiſsimam quamdam tractationem, ad præcauendam innocentis ſanguinis effuſionem, extremam vrbis perniciem & excidium (ad quod per multifarias contra nos Euangelicos Ordines, atque in iſta obſidione præſentes tum temporis magnæ auctoritatis & exiſtumationis perſonas contumelioſas criminationes atque conuitia, quæ audacter & inſolenter euomuerunt, ſufficientiſsimam anſam occaſionemque dederunt) tam ipſis ciuibus, quam iſti etiam Capitaneo perſuadere conabimur, num videlicet ab hoſtilibus minimeque neceſſariis ſuis attentatis deſiſtere, & ſeſe decenter accomodare voluerint: Cuius beniuolentiſſimæ noſtræ intentionis effectum nos indies expectamus.

Ex commemoratis hiſce omnibus, quæ, Deo Ter Optumo Maxumo Atteſtante, in ipſa rei veritate aliter ſeſe non habent, Sereniſsima V. C. prudentiſsime concludere poterit, an ſæpius nunc commemorata ciuitas Pilſenſis non ſe ipſam tanto infortunio implicauerit, & an non ad iſti Circulo illata damna, multis centenis florenorum millibus æſtumata, ſufficientiſsimam cauſſam, occaſionemque petulanter dederit, quemadmodum, vti ſuo loco diximus, nobis de vrbe iſta obſidenda ab initio nihil vmqnam in mētem venit, nec expugnationem iſtius yllo tempore cupiuimus, neque etiamnum hodie cupimus, ſi modo Pilſenſes ipſi meliora & ſaniora conſilia ſequi, & propoſitum à nobis modum, bonitatis & Pacis quaſi, agnoſcere & acceptare voluiſſent: tum enim tam minus periculi atque violentæ, quam cæteris quoque pacificis Ordinibus & ciuitatibus Romano-Catholicis, impendiſſet. Pari modo Sereniſsima V. C. etiam conceptas ſuas cogitationes clementiſsime ſibi eripi patiatur, quaſi ſæpius nunc dicti Pilſenſes nihil hoſtiliter vmquam contra nos tentaſſent, & quod ipſis, (ob præſtitum Cæſa-



Digitized by Google

reæ S. M. tamquam ipſis à Deo Ter Optumo Maxumo præpoſito ſummo Magiſtratui, Domino noſtro clementiſsimo, debitum obſequium, & quod à Romano-Catholica Religione deflectere noluerint: vel quod opimam prædam reportare cogitauerimus) tot tantaque damna intuliſſemus, & quæ porro Sereniſsimæ V. C. ab aduerſariis noſtris inculcari potuerint: Sed multo potius Sereniſsima V. C. nos & vniuerſos Dominos Ordines Euangelicos pro iſtiuſmodi ſynceris, candidis, atque ſibi bene conſciis hominibus & agnoſcat & habeat; qui, æque ceu Pilſenſes, à Cæſareæ S. M, tamquam Regis & Domini noſtri Clementiſsimi, debito obſequio numquam recedere, ſed, vice verſa, omnia quæ modo noſtræ conſcientiæ, & adeo ſancte confirmatis noſtris Religionem concernentibus Priuilegiis non aduerſantur, conſtanter & inuiolata ſeruare in animum induxerimus: id ipſum quod coram Cæſarea S. M. aliiſque Chriſtianis Monarchis, S. R. Imperii Electoribus & Principibus ſatis ſuperque teſtatum fecimus, atque etiamnum hodie ſufficienter teſtamur.

Similiter & iiſdem Pilſenſibus, ob Profeſsionem & Confeſsionem Romano-Catholicæ Relligionis, ne minimum quidem damnum vmquam intulimus, ſed, multo magis eoſdem mox ab initio, ad coalendam nobiſcum conſtantem amicitiam, peramice inuitauimus; ſiquidem & omneis ferme auctoritate & exiſtumatione grauiſsimi, præſtantiſsimique, Romano-Catholicæ Relligioni addicti Ordines, Domini, equites aliique homines SVB VNA huius Regni, Defenſioni noſtræ beniuolentiſsime ſubſcripſerunt, & in onera & contributiones æquo ac lubenti animo conſenſerunt: qua in re & ipſæ Pragenſes vrbes quoque nobis ſufficientiſsimum teſtimonium præbere poterunt, quod videlicet in tam multis monaſteriis, aliiſque Romano-Catholicis Eccleſiis, atque in tam numeroſa multitudine Romano-Catholicæ Relligionis nulli vmquam homini (exceptis irrequietis & ſeditioſis Ieſuitis) minimum etiam damnum illatum fuerit: ſed omneis & ſinguli diuinum cultum ſuum pacifice atque quiete peragunt, idipſum quod & nos ipſimet in noſtro Relligionis exercitio hactenus ſemper exoptauimus, atque etiamnum impoſterum quoque exoptamus & cupimus. Ad indigitatam prædam quod attinet, humillime confidimus Sereniſsimam V. C. eiuſmodi cauſſam atque perniciẽ tam inſignis membri huius Regni Bohemici nobis minime imputaturam, ſed, vice verſa, proprias, genuinas, atque veriſsimas cauſſas, obſidionem ciuitatis Pilſenſis concernentes, ex ſuperiori relatione & commemoratione clementiſsime percepturam, probaturam, & adprobaturam.

Hiſce, aliiſque ſimilibus, grauiſsimis de cauſis, loco & nomine Dominorum noſtrorum Principalium, Sereniſsimam V. C. humillimo obſequioſiſsimoque ſtudio rogamus atque obteſtamur, vt aduerſariis noſtris, qui hactenus diſpari erga nos adfectione Sereniſsimam V. C. aliter atque aliter de nobis informare conati ſunt, nullam fidem adhibere, neque ipſa de nobis vmquam iſtiuſmodi cogitationes concipere clementiſsime dignetur, quaſi nos etiam in minimo ad perſequutionem Romano Catholicæ Relligionis, & detentionem Pilſenſium ab obſequio, Cæſareæ S. M. Domino noſtro clementiſsimo debito, (quod malum à nobis Deus Ter Optumus Maxumus clementiſsime auerruncato) intentionem noſtram direxerimus: ſed, vice verſa, clementiſsime nobis confidat, quod, vti ſupra diximus, omneis & ſingulos Romano-Catholicæ Relligioni addictos, qui,

vna

vna nobiſcum, conſtantem pacem & ſyncerum amorem colere conantur, pro veris amicis æſtumare, promouere, atque noſtra defenſione, ſub qua expreſſe comprehenduntur, contra omnem hoſtilem impetum pro virili tueri, eoſdemue in libero ſuæ Relligionis exercitio nullo modo impedire neque perturbare velimus: pari modo, æque, ceu Pilſenſes, in Cæſareæ S. M. tamquam Regis atque Domini noſtri clementiſsimi debita deuotione & obſequio conſtantes permanebimus. Exoptaremus itidem & lubentiſsimo ſane animo perciperemus, vt quilibet etiam adeo ſyncero corde & candido animo Cæſareæ S. M. inſeruiret, eiuſdemue Cæſareo-Regiæ Maieſtatis ſalutem atque proſperitatem pari fidelitate ſectaretur. Id quod Sereniſſimam V. C. ad Sereniſſimæ V. C. ad nos datas litteras, loco humillimæ & obſequioſiſsimæ reſponſionis, celare noluimus. Dabantur in Pragenſi arce. X. D. Nouemb. A. C. M. D C. IIXX.

## CAPVT XL.

SVb iſta tractatione vniti confœderatique S. R. Imperii Ordines, M. Octob. Rotenburgi conuentum celebrarunt, & ſequentes litteras, Bohemicos motus concernentes, ad Cæſaream S. M. ablegarunt.

### *CONFOEDERATORVM S. R. IMPERII ORDINVM AD CAESAREAM M. EPISTOLA.*

Sub Dato III. Octob. A. C. M. D C. IIXX.

INVICTISSIMI Romanorum Imperator, Domine clementiſsime &c. Quanto cordolio, nos, noſtra Dominia &c. antehac in Regno Bohemiæ contra omnium ſpem & expectationem exortos motus, & exinde Cæſareæ V. M, præter alias difficile oneroſumque imperium, accidentia onera, perceperimus, & in quantas curioſas cogitationes eius rei cauſſa inciderimus; ne videlicet periculoſiſsimum iſtud incendium latius ſerperet, & poſtmodum non extingui poſſet, id latiore apud Cæſaream V. M. deductione indigere ſuperfluum minimeque neceſſarium eſſe arbitramur. Quam præcellens atque adeo eximium conſtans pax in Regno quopiam Dei Ter. Optumi Maxumi donum ſiet, cuius munere tam ſupremum caput, quam eiuſdem membra, vti frui poſsint, id experientia, atque adeo natura ipſa, ſatis ſuperque teſtantur.

Sub has ipſa intemperie Bohemica autem, nos noſtra Dominia, Domini & ſuperiores; hactenus ſemper confidimus Cæſaream V. M. tamquam pacificum clementiſsimumque Dominum Imperatorem & Regem, numquam conceſſuram, vt peruetuſtũ hoc Regnum in oneroſum perniciſumque bellum, innocentiſsimique ſanguinis profuſionem præcipitari debuerit, ſed multo potius, poſt maturam exactamque deliberationẽ originis omniumque circumſtantiarum, Cæſaream clementiam oſtentaturam, eiuſmodique media inuenturam & vſurpaturam, quibus (abſque omni vlteriori violentia & viribus bellicis, in quibus euentus ſemper incertus, & ipſa victoria nihil miſerabilius eſſe poteſt) Cæſareæ V. M. ſumma auctoritas, debitum apud Ordines obſequium, (ad quod in hodiernam quoque horam ſeſe obligatos & obſtrictos profitentur) & conſtans pax



Digitized by Google

atque concordia conſeruari poſſet: quemadmodum etiam nos, noſtra Dominia, Dominos, & ſuperiores præconcepta noſtra ſpes & fiducia neutiquam fefellit, ſed mox ab exorto iſto incendio Bohemico (poſtquam apud Cæſaream V. M. à præcipuis S. R. Imperii Electoribus, eiuſdemue hæreditariis Prouinciis, ex fideliſſima beniuolentiſsimaque intentione & adfectione, curioſæ admodum exhortationes ad manſuetudinem, lenitatem, atque clementiam, factæ fuiſſent) à fide digniſſimis percepimus Cæſaream V. M. Commiſſarium ſuum in Bohemiam ablegare decreuiſſe, & ante illius aduentum Cæſareo exercitui omnem exercendam violentiam prohibuiſſe.

Sed, paullo poſt, proh dolor, ipſa experientia ſatis ſuperque teſtatum fecit, quod Cæſareæ V. M. belli Duces, aliique officiales, cum ipſorum fidei commiſſis copiis militaribus in Regnum Bohemiæ hoſtilem impetum fecerint, diuerſa loca violenter occuparint, incendiis, latrociniis, direptionibus, innocentiſſimique ſanguinis profuſionibus omnia infeſta reddiderint: immo, vti ex certis fideq; digniſſimis relationibus percipitur, horrendæ crudelitates à Cæſareanis aliquot militibus perpetratæ ſunt, qui etiam neque imbelli muliebri ſexui, nec innocentiſſimis infantibus inter Chriſtianos hactenus inaudita immanitate minime pepercerunt: in quibus omnibus tamen Cæſaream V. M. nos omneis & ſinguli excuſatam habemus, quippe cuius pacificus animus multo aliter comparatus ſiet, quam vt ipſius Regnum & ſubditos in tamtam miſeriam & extremam perniciem præcipitet.

Vice verſa vero enormes iſtos ſuos exceſſus ii non adeo facile excuſare poterunt, qui ad irrequietos ſeditioſoſque iſtiuſmodi motus intenti ſunt, & qui, vti omneis ſanæ mentis autumant, plus ad peregrinam, exteram, ſuamque propriam vtilitatem, quam Cæſareæ V. Maieſt. Regni Bohemiæ, & conſequenter totius Sac. Rom. Imperii auctoritatem atque ſalutem ſpectant. Quemadmodum autem ex aliorum relationibus cognoſcitur, hodiernus Bohemiæ ſtatus ita comparatus eſt, vt metuendum, ni Cæſarea V. M. exinde ſuboriendo periculo ſalutaribus mediis abſque vlla vlteriori mora obuiam eat (id quod tamen iterata nunc vice humillime confidimus rem eo tamdem facile peruenire poſſe, quod ex vna parte apud Bohemiæ Ordines & laicos inopinata deſperatio, ex altera parte vero apud iſti incendio aliquanto viciniores Ordines variæ curioſæ conſiderationes, & denique, perturbatis turbulentiſque al[illegible] hiſce temporibus, vniuerſalis ſeditioſa inſurrectio exinde exoriri poſſet, quem irrequietũ ſtatum nos Veſtræ Cæſ. Maieſt. in tam decrepita ferme à Deo Ter Optumo Maxumo conceſſa ſenectute omnino inuidemus, ſed vice verſa, & multo potius exoptamus, vt tam periculoſiſſimæ mutationes atque innouationes à Cæſareæ V. M. laudatiſsimo Imperio mature auertantur & præcaueantur.

Cæſareæ V. M. tamquam ſapientiſſimo Imperatori, ſiquidem minime eſt incognitum, idque ipſa etiam teſtatur experientia, quantæ videlicet incommoditates atque enormes inconuenientiæ, ex Religionis aliarumque rerum oneribus, ni mature ſatis tollantur, exoriri plerumque ſoleant.

Quum itaque Bohemiæ Ordines vehementer admodum conquerantur, quot quantiſue grauiſſimis oneribus, etiam contraGlorioſiſſimi pientiſſ. memo-

riæ,

Digitized by Google

næ, Romanorum Imperatoris RVDOLPHI II. clementiſsime iiſdem Ordinibus communicatas, & à Cæſarea V. M. ipſa itidem clementiſsime confirmatas adprobataſque Maieſtatis litteras, hactenus à pacis oſoribus preſſi & pene oppreſſi fuerint: iccirco neutiquam dubitamus ſi Cæſarea V. M. per iuſtam Ordinationem res acutioribus oculis intueri, Ordinum grauamina eorumdemue conſtantiam, debitum obſequium, fidelemque deuotionem clementiſsime perpendere debeat: tum præconceptam ſuã inclementiam facilime iterum ſepoſituram, econtra pacem & concordiam reducturam, adeoque omnia ad exoptatum finem iterum clementiſſime perducturam: idque eo magis, quum præcipui aliquot Electores, aliiq; S. R. Imperii Principes, ex fideliſſima cura, & propenſo amore erga Cæſaream V. M. eiuſdemue ſalutem atque proſperitatem, huic negotio per amicam interpoſitionem ſeſe immiſcere iamdudum ſæpius promiſerint, & in hoc ipſum Cæſarea V. M quoque clementiſſimum ſuum aſſenſum præbuerit.

Id quod grato acceptoque animo lubentiſsime percepimus, tamquam vnicum medium, per quod Prouinciarũ deſolationes, innocentiſſimi ſanguinis profuſiones, periculoſa præiudicia, & magnæ mutationes, quæ vicinis Ordinibus totique Regno ex motibus hiſce bellicis, quemadmodum & pernicioſi copiarum militarium tranſitus, diribitoria &c. metuenda, atque exinde ſubſequutus ſtatus turbulentus præcaueri poterit.

Porro quoque in hocce noſtro Conuentu, conſiderato perturbatarũ omnium rerum ſtatu perturbato, neceſſarium eſſe autumauimus, ſin Cæſareæ V. M. ingens noſtrum cordolium & compaſſionem detegeremus, eamdemue humilliſsimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogaremus, vt in hoc periculoſo adeoque late ſeſe extendente negotio viam lenitatis atque manſuetudinis ſibi placere clementiſsime patiatur, &, quoniam Cæſareæ V M. declaratio, interpoſitionem concernens, duris admodum conditionibus innititur, quas Ordines Bohemiæ ante omnia præſtare debent, eoſdem clementiſſime, eum non mediocriter ſeſe accomodent, à modo dictis conditionibus liberare ne dedignetur: atque tamdem omne illud, quod alias Cæſareæ V. M. laudatiſſimæ intentioni, communi paci & tranquillitati in S. R. Imperio, forſitan vllo modo remoram impedimentumue iniicere queat, clementiſſime auertat, ſuiſque belli Ducibus & aliis officialibus militaribus clementiſsime iniungat, vt abſque vlla mora cum militaribus ſuis copiis è Bohemiæ Regno ſecedant, eidemue incendiis, latrociniis & deuaſtationibis ne minimum quoque damnum amplius inferant, vſquedum, auxiliante diuina gratia, exoptata pax & ſalutaris concordia iterum reducta fuerit: alias ſiquidem non ſolummodo Coronæ Bohemicæ incorporatæ & aliæ Cæſareæ V. M. hæreditariæ Prouinciæ, quæ partim etiam ſub hoc tumultu arma arripuerunt, ſed ipſi quoque S. R. Imperii Ordines in genere in eas cogitationes incident, quaſi ii, qui ſub Cæſareæ V. M. nomine, &, quemadmodum nos exiſtumamus, inſcia plane Cæſarea V. M. rem eo dirigerent, vt tamdem Euangelico-Orthodoxa Relligio per ſuſceptam iſtam violentam expeditionem bellicam plane è Regno Bohemiæ exterminari, ac deinceps cum pace Relligionis, quæ pari ferme conformitate Maieſtatis litteris correſpondet, eodem modo agi debeat: ex quibus omnibus nihil aliud, quam maior diffidentia, & neceſſaria atque omnibus hominibus conceſſa contraria defenſio exoriri poſſet.

Immo plane metuendum eſt, ni Deus Ter Optumus Maxumus maius periculum clemētiſsime præcaueat, quod hac ſub intemperie, dum Chriſtiani proprium ſuum ſanguinem adeo temetarie profundunt, Regna & Prouinciæ, quæ hactenus, tamquā Chriſtianitatis propugnacula in Hungaria cum magna Chriſtiani ſanguinis bonorumque temporalium iactura conſeruatæ ſunt, exſuguntur, Turcorum Imperatori, in conſpectu legati ſui Viennæ (ſin videlicet omnis apparatus & munitiones bellicæ illinc ex limitaneis Hungariæ propugnaculis traduci, & contra Bohemiæ Ordines vſurpari debeant) foreis & portæ quaſi ad ſuum emolumentum aperiantur: quam incommoditatem tamen Cæſarea V M ceu laudatiſſimus Chriſtianus Imperator, mature ſatis anteuertet, & tot Ordinum S. R. Imperii fideliſſimas ad: & exhortationes clementiſſime conſiderabit, atque adeo, ex procraſtinata forſitan componendorum iſtorum motuum mora, Regnum Bohemiæ ab imminenti totali ruina atque interitu clementiſſime vindicabit atque conſeruabit: & denique etiam poſt impetratam, quam ſperamus & exoptamus, pacem, omnem ſuam occupationem Cæſaream clementiſsime conuertet, quo etiam abſque vlla vlteriori mora, (ex qua diffidentia eo magis magiſque exoritur, maioreſque vires indies adquirit,) S R. Imperii Euangelico-Orthodoxi Ordines, ſæpius conqueſtorum grauaminum ergo, reſpectu Cæſareæ V. M. in nuperis Comitiis clementiſsime factæ pollicitationes, interpoſitionem concernentes, tamdem aliquando leuentur.

Eo ipſo facto Cæſareæ V. M. regia corona & ſceptrum confirmantur, vbique bona Correſpondentia, pax, quies, atque concordia reducuntur, & ad gratam poſteritatem propagantur, Cæſarea V. M. difficili ſuo imperio aliquo modo ſubleuatur, atque adeo ſalus & proſperitas S. R. Imperii Germanicæ Nationis, dilectiſſimæ noſtræ patriæ, veſtrorum regnorum, Prouinciarum, Ordinum, & ſubditorum vndique conſeruantur. Dabantur Rotenburgi ad Tubarim 3. Octob. A.C.M.DC IIXX.

## CAPVT XLI.

PAullo poſt Comes à Thurn cum ſuo exercitu in Auſtriam ſeſe contulit, & ſequentem epiſtolam ad Auſtriacos inquilinos ablegauit.

## *COMITIS A* Thurn / *AD AVSTRIACOS INQVILINOS LITTERAE, IMPRESSIONEM SVAM IN Auſtriam concernentes.*

MIrabilis ſane atque inaudita alias res alicui videretur (quæ etiam, ſi pertinaciter atque ex propoſito quaſi fieret, neutiquam excuſanda foret) abſque ſalutatione in alicuius Domini Prouinciam impetum facere: Sed ſolus Deus Ter Optumus Maxumus vnice nouit, & de quo omneis ſanioris prudentiorisq; mentis homines iudicent, nos ad iſtiuſmodi reſolutionem ſumendam coactos fuiſſe, quū ſciamus, quod ſanguiſitibundi iſti Conſiliarii nulla pacis & ſalutis media arripiant, ſed multo potius vnam poſt alteram militarium copiarum conſcriptionem

Digitized by Google

nem promoueant, prouinciis præſidia imponant, atque iiſdem florentiſſimum adeo regnum Bohemiæ funditus internecioni tradere percupiant, vnde flammæ huius incenſores latius hinc inde ſeſe vlterius nocendo diffunderent, ni in tempore ipſis eorumdemue hoſtilibus conatibus iretur obuiam. Si enim, pro decenti more, noſtrum in Auſtriam aduentum prouincialibus ante tempus ſignificaſſemus, hoſtis iſtius fuiſſet admonitus: idcirco illico & tacite fieri oportuit, omneis & ſingulos peramice rogantes, ne quis hocce noſtrum factum in ſiniſtram partem interpretari, ſed certo certius credere & æſtumare velit, quod congregatos noſtros hoſtes vndique iterum diſſipare, econtra vero omneis noſtros amicos eorumdemue ſubditos defendere atque protegere, honorare, iiſdemue omnia humanitatis officia præſtare & exhibere noſtra ſtet ſententia: omne illud, quod nobis adducetur, vtpote vinum, auenam, & panem &c. ex æquo & conſtituto prouinciæ pretio perſoluemus: Dominos Eccleſiaſticos in eadem hacce prouincia, qui ad noſtram perſequutionem nullum non mouerunt lapidem, nihilominus in diuino ſuo cultu peragendo non impediemus, iiſdemue tam diu par pari neutiquam referemus, quo vſque nobis ad offenſionem nulla cauſſa data fuerit.

Vt autem, quur videlicet hoc opus inchoatum ſiet, latius deducamus, nulla id requirit neceſſitas: illud ipſum ſiquidem Apologia ſatis ſuperque teſtatum fecit, & refutatio nobis obiectorum articulorum non ſolummodo Principibus & Ordinibus in Sileſia oculos aperuit, verum etiam aliis Electoribus & Principibus, qui hunc noſtrum conatum pro Vniuerſali opere cenſent, alii vero propoſitum illud noſtrum eo melius procurabunt & promouebunt.

Datur itaque hæcce SALVA GVARDIA illi N. iſtius arci & villæ N. eiuſdemue omnibus ſubditis, quod nullus miles ſiue eques, neque per pedes vnicum etiam hominem lædere vel offendere, ſed quemlibet pro dignitate cum reſpectu peramice tractare, adeoque ſeſe erga quoſuis gerere debeat, ne querela quæpiam apud me inſtituatur. Sin vero quiſpiam aduerſus hocce noſtrum mandatum impingere, atque contrarium quiddam præſumere conetur, is abſque vllo reſpectu miſericordiæ pro ſuo merito caſtigabitur: immo ex corde iſtiuſmodi tranſgreſſori precamur vt æterna temporalique ſalute atque benedictione priuetur: nihil enim aliud vel quærimus, vel cupimus quam noſtræ noſtrorumque conſcientiæ libertates, ne quis vltra eas forſitan grauetur vel oneretur, ſed vt noſtræ Maieſtatis Litteræ & Prouincialia Priuilegia in ſua priſtina laudatiſſime confirmata eſſentia conſeruentur, indubia ſpe freti eoſdem in ſui quoque emolumentum ex Chriſtiana charitate & adfectione eo vnice adlaboraturos, vt ad præfixum exoptatumq; finem ſiue terminum res tandem redigatur. In quo explendo nos omneis & ſinguli nihil non tentabimus. Actum Zvvethelæ A. C. M.DC.IIXX.

## CAPVT XLII.

PAri modo Bohemiæ Ordines interea neutiquam ceſſarunt, ſed ad Cæſaream S.M. ſequentem declaratoriam epiſtolam ablegarunt.

## ORDINVM BOHEMIAE AD CAESAREAM M. LITTERAE DECLARATORIAE, INTERPOSITIOnem concernentes.

Sub Dato Pragæ 29. Nouemb. A. C. M. DC IJXX.

INVICTISSIME Romanorum Imperator, Domine Clementiſſime &c. Humillime atque obſequentiſſime hactenus ſperauimus Cæſaream V. M. ſummiſſima noſtra ſubmiſſione, qua in litteris antehac Cæſareæ V. M. exhibitis nos ſubiecimus, clementiſſimè contentam fore, &, per illam Cæſareæ V. M. notoriam interpoſitionem, omnia grauamina quibus hocce Bohemiæ Regnum, Patria noſtra dulciſſima, etiamnum hodie premitur, & ferme obprimitur, clementiſſime ſublaturam: nihilominus tamen ex Cæſareæ V. M. ad nos datis litteris reſponſoriis, ſub Dato Viennæ die Dominica poſt Michaelis præſentis huius Anni, tam ex Cæſareæ V. M. ad Sereniſſimum Dominum Electorem facta reſolutione Cæſarea, (quæ nobis hiſce diebus ad noſtram inſtructionem tramiſſa eſt) tantum percipimus quod huius Regni Ordinibus intolerabilia periculoſaque media & conditiones proponantur: nempe ſi ipſo facto noſtrum obſequium demonſtrauerimus, arma depoſuerimus, Mansfeldicas aliaſque conſcriptas Ordinum militares copias re ipſa dimiſerimus, à Directione & Prouinciæ adminiſtratione abſtinuerimus, illiſque à Cæſarea V. M. publicatis diuolgatiſque litteris Patentibus obedientiam præſtiterimus, tum demum Cæſaream V. M. clementiſſime proſpecturam, vt ipſius conſcriptus exercitus certis locis Regni huius Bohemici, in quibus neceſſarius commeatus illis tuto ſubminiſtrari poſſet, permanere debeat; id quod ſummo ſane cum cordolio perturbatoque animo percipimus quod paullo antedicta noſtra humillima ſummiſſio ab aduerſariis noſtris apud Cæſaream V. M. in dubium trahatur, &, quod difficilius, nobis iſtiuſmodi periculoſæ petitiones ſummo ſtudio in eum dumtaxat finem proponantur, ne toties conquæſta duriſſima grauiſſimaque grauamina per idonea ipſi æquitati conſentanea media vmquam tollerentur, & quo melius diutiuſue Ordinum hoſtes atque aduerſarii pernicioſum ſuum deſiderium hoſtilemque voluntatem magis magiſque erga huius Regni Ordines explere poſſent.

Ad obedientiam, obſequium & ſubmiſsionem ſiquidem quod attinet, ad quam in Cæſareæ V. M. reſponſoriis, & ad Sereniſsimum Dominum Electorem Saxoniæ datis litteris reſolutoriis Regni huius Ordines adi & exhortantur, Cæſareæ V. M. non ſolummodo, verum etiam toti terrarum Orbi cognitum manifeſtumque eſt, quod nos ſummiſsioni & obſequio, quo Cæſareæ V. M. Regi atque Domino noſtro Clementiſsimo, ceu nobis à Deo Ter Optumo Maxumo legitimo præpoſito Magiſtratui, obligati & obſtricti ſumus, numquam ſubtraxerimus, ſed omni tempore ad debitum Cæſareæ V. M obſequium nos obligatos profeſsi ſimus, & etiamnum profitemur, in eoque ad extremum vitæ noſtræ ſpiritum vſque perſeuerare in animum induxerimus, modo ſi grauiſsimorum iſtorum noſtrorum grauaminum ſubleuationem mitigationemque impetrare poſſemus. Quod autem ſecurum tutumque fiet, vt arma (quæ non contra Cæſaream V. M. ſed noſtros aduerſarios, ad noſtram, & Maieſtatis litterarum, liberum Relligionis

nis exercitium concernentium, defenſionem neceſſario arripere neceſſum habuimus) deponamus, conſcriptas noſtras militareis copias dimitamus, & econtra Cæſareæ V. M. exercitum in noſtra Prouincia perſeuerare patiamur, eumdemue in propriam noſtram perniciem alamus, id nobis conducibile fore numquam autumamus.

Quamuis enim in clementiſſimis Cæſareæ V. M. litteris reſponſoriis tantum colligatur, quod, ſi arma deponeremus, noſtras copias dimitteremus, vice verſa vero Cæſareæ V. M exercitui neceſſaria alimenta ſubminiſtraremus, ab hoſtilibus attentatis iſtius Cæſareani exercitus tuti ſecurique eſſe debeamus: nihilominus tamen (ſi inauditam tyrannidem inobedientiamque iſtius populi probe conſideramus & intuemur, etiam priora V. Cæſareæ M. mandata, patenteſque hinc inde in hocce Regno publicatas diuolgataſque litteras aliquanto maturius perpendimus, in quibus pari modo allegatur quod Cæſarea V. M. huncce ſuum conſcriptum exercitum dumtaxat ad fideliſſimorum ſuorum ſubditorum defenſionem in hoc Regnum mittere decreuerit;) contrarium ex hiſce adparet, dum toties nunc dictus Cæſareus exercitus hoc Regnum latrociniis, direptionibus, ferro, ignique, templorum ſpoliationibus, hominumque ad nefariam ſeruitutem deductionibus, abſque vllo hominum & ætatis reſpectu, extreme perdit & deuaſtat: adeo vt exinde metuendum ſiet, quum illud ipſum hoc potiſſumum tempore non intermittat, quo tamen propriis ſuis oculis intuetur, quod Deus Ter Optumus Maxumus proprium ſuum negotium adeo tuetur, & Ordinibus iſtiuſmodi media quibus commode hoſti ocurrant, in manus quaſi tradit (pro quibus Omnipotentiæ ſuæ ſempiternæ gratiæ aguntur) tum demum hoc Regnum extreme perſequuturum atque peſſumdaturum, ſi conſcriptæ noſtræ militareis copiæ, ex Cæſareæ V. M. præſcripto, dimitterentur: id quod in futurum coram Deo Ter Optumo Maxumo, huius Regni Ordinibus, aliiſque incorporatis & circumiacentibus Prouinciis bona conſcientia excuſare neutiquam poſſemus.

Inter alia vero hoſtilia contra nos attentata cumprimis ante oculos noſtros obuerſatur horrendum nuperum exemplum Pataujenſis hoſtilis exercitus, quod haud immerito ab iſta petitione nos reuocat: Cum enim iſte pari modo in hoc Regnum hoſtilem impetum feciſſet, Cæſarea S. M. glorioſiſſimus Imperator Rudolphus II. feliciſſimæ pientiſſimæque recordationis, huius Regni Ordinibus clementiſſime promiſit, iiſdemue idonee cauit quod Pataujenſis iſte miles neminem offendere, nulli mortalium ne minimum quidem damnum inferre, ſed quamprimum iterum extra Regni limites retro deduci debuerit: aſt modo iam dictus miles belli Ducibus adeoque ipſi laudatiſſimo Romanorum Imperatori nullam omnino obedientiam præſtitit, ſed, inſcio glorioſiſſimo iſto Imperatore, Pragenſibus ciuitatibus eo magis magiſque adpropinquauit, in minorem ciuitatem (Pragenſem) hoſtilem impetū fecit, & inibi, pro petulantiſſimo ſuo lubitu, crudelem lanienam & direptiones exercuit, cuius rei in hodiernum vſque diem teſtes & monimenta luculentiſſima atque triſtiſſima conſpiciuntur.

Idem periculum hodierno quoque tempore metuendum eſſet Ordinibus, ſi effrænis & ſangui ſitibundus iſte miles, poſt dimiſſionem noſtrarum copiarum militarium, in hoc Regnum introduceretur, & Ordinibus tum nullum rellictum eſſet refugium. Neque nobis etiamnum conuenit, nec tutum, nec ſecurum eſſe

 autu-

ſubditos in verba ſua iurare coegerunt: quoſdam ex Ordinum medio & perſonas equeſtres ſub eruptionibus ſuis captiuas in vrbem introduxerunt: litteras noſtras ſigillis petulanter ſpoliauerunt; quibus in parentibus ſuis litteris turpiter abuſi ſub noſtro nomine militareis copias conſcripſerunt, quibus poſtmodum Prouinciales neutiquam reſiſtere, nec eorumdem direptionibus & excurſionibus obuiam ire potuerunt.

Et quamuis eoſdem non vna dumtaxat vice fideliter admonuerimus, vt direptionibus aliiſque hoſtilibus conatibus prouincias non adeo petulanter deuaſtarent, nihilominus tamen indies eo magis magiſque grauiſſimas contra Circuli iſtius inquilinos minas ſpirarunt. Hiſce & ſimilibus de cauſſis, (potiſſimum vero ad defenſionem conſeruationemque totius Prouinciæ, efflagitantibus illud ipſum Circuli iſtius incolis, quibus, vti dictum, à Pilſenſibus non medioxuma dumtaxat detrimenta illata fuerant) aliquanto vehementius cum iiſdem (Pilſenſibus) neceſſario res agi oportuit, idque cumprimis eo fine vt ab hoſtili iſto ſuo propoſito tamdem abſtinerent; ne, ſi res ad extrema venire oporteat, vrbs violenter periclitari, ſed multo potius futuro periculo liberari poſſet. Aſt omnia noſtra ſaluberrima ipſis propoſita media ne Gry quidem effecerunt, ſed ſua ſponte ad futuram obſidionem ſeſe petulanter adcinxerunt, contrariam præparationem bellicam inſtituerunt, ſuburbium temere & abſque vlla data cauſſa incenderunt, viribuſque ſuis nimium tribuerunt.

Etiamſi vero non ſolummodo verbis, ſed & ipſo facto nobis, ad arctius obſidendam vrbem, anſam occaſionemque præbuerint, nihilominus tamen ex fideli cordolio & commiſeratione haud intermiſimus, quin Domino Erneſto, Comiti Mansfeldio, tripliciter iniungeremus, vt videlicet multis grauiſſimis de cauſſis obſidionem tollere, & Pilſenſibus nullum damnum detrimentumue inferre velit: quibus noſtris monitis modo dictus Comes fuit audiens, obſidionem omnino ſoluit, & tormenta tribus, militareis copias vero duobus ab vrbe milliaribus deduxerit, indubia ſpe fretus Pilſenſes nunc poſt eius digreſſum pacifice ſeſe geſturos, & ad ampliorem periculoſioremque diſcordiam nullam impoſterum cauſſam daturos. Verum enimuero grauiſſimas hoſtileiſque admodum minas iterum nefarie euomuerunt, & inter alia audacter ſatis ſeſe reſoluerunt, quod videlicet Prouinciales Comiti paullo poſt ſubmittere velint. Quibus minacibus verbis ſane Prouincialeis iſtius Circuli irritati, illico haſce Pilſenſium ſibi intentatas minas ad Comitem iſtum perſcripſerunt; eumdemve ſummopere rogarunt vt, ad ipſorũ, aliorumque vicinorum circumiacentium circulorum defenſionem (ne forſitan maiora & grauiora pericula ſuſtinere neceſſum haberent) cum ſuo exercitu retro cedere & ſibi ipſis auxilium ferre haud grauaretur. Quo percepto, Mansfeldius denuo vrbem obſidione cinxit. Interea vero obſeſſis ſalutaria admodum media ad ineundam tractationem, ne extrema forſitan pati, & ad maiorem innocentiſſimi ſanguinis profuſionem anſa occaſioque daretur, propoſuimus, quibus tamen omnibus laterem lauimus, Aethiopem dealbauimus: ii ſiquidem, contra omnem noſtram ſpem & expectationem, in malluolo hoſtili ſuo propoſito perrexerunt & nulla æquitati conſentanea media, ad rei iſtius demolitionem, admittere voluerunt, adeo vt Dominus Comes ille vrbem occupare neceſſum habuerit, vtque

 damno,

Digitized by Google

ſtram ſubmiſsionem, & coram Cæſarea V. M. humiliationem clementiſsime adprobaturam, & denique eo ipſo firmam conſtantémque pacem in hoc Regno aliiſque Prouinciis iterum plantaturam, atque adeo clementiſsimum Dominum noſtrum Imperatorem atque Regem permanſurum. Id non ſolummodo Deo Ter Optumo Maxumo bene placebit: verum etiam Cæſareæ V. M. regius thronus eo ipſo confirmabitur, & tam Cæſareæ V. M. quam vicinis etiam aliis Prouinciis multa ſalubertima bona implantabuntur. Cæſareā V. M. Dei Ter Optumi Maxumi clementiſsimæ tutelæ atque protectioni quam humillime commendantes. Dabantur in Pragenſi arce XXIX. Nouemb. A. C. M. D C. IIXX.

## CAPVT XLIII.

AD haſce Bohemorum litteras deductorias & Apologeticas Cæſarea S. M. ſequentem epiſtolam inhibitoriam, Comitis à Thurn impreſsionem in Auſtriam concernentem, ad Ioan-Chriſtianum Ducem Lignicenſem &c. ablegauit.

### *CAESAREAE MAIEST. AD IAN-CHRISTIANVM DVCEM LIGNICENSEM EPISTOLA.*

Sub Dato Viennæ XXX. Nouemb. A. C. M. D C. IIXX.

MATTHIAS &c. Inluſtriſsime adfinis & Princeps, perdilecte fidelis &c. Quamuis in nullum trahamus dubium, Conuentum Principum nunc peractum fore, teque noſtrum deſiderium in eodem ad clementiſsimam noſtram contentionem promouiſſe: nihilominus tamen quum interea Bohemicæ intemperiei promotores inexcuſabilibus ſuis attentatis eo magis magiſque perrexerint, & non dumtaxat Cæſareanas noſtras militareis copias nuperrime vniuerſo ſuarū virium impetu inuaſerint, verum etiam in Archiducatum noſtrum Auſtriacum hoſtilem impetum fecerint, inibique direptionibus, latrociniis, incendiis ac deuaſtationibus omnia infeſta reddiderint, & atrocia admodum contra noſtras Prouincias, earumdemue fideliſsimos noſtros inquilinos & ſubditos exercuerint, atq; etiamnum hodie exerceant, (ad quæ omnia ipſis ex Sileſia tramiſſa auxilia, in omnibus iis, quæ offenſiue contra nos & fideles noſtros in Regno Bohemiæ hactenus ſuſcepta fuerunt, conſilio ipſoque facto profuerunt & in aciei principio conſtiterunt) atque adeo illi ipſi eſſe debeant, qui hoſtiliter Archiducatum noſtrum Auſtriacum inuaſerint: iccirco quum ex hiſce omnibus luculenter adpareat, quod tibi aliiſque obedientiſsimis Principibus & Ordinibus falſo perſuaſum fuerit, quaſi Intereſſentium præparationes bellicæ non contra nos noſtramque Regiam reputationem & auctoritatem, noſtroſque fideles ſubditos atque Prouincias ſuſceptæ ſient, quodque veſtra ipſis tramiſſa auxilia dumtaxat DEFENSIVE, nequaquam vero OFFENSIVE ſeſe gerere debeant, nihilominus tamen contrarium manifeſta etiam luce clarius apparet. Quoniam vero neutiquam confidimus nos per Sileſiorum conſcriptas militareis copias debellatos iri, & ipſos contra præſtita ſua iuramenta ſeſe à nobis auerſuros, econtra vero alios defenſuros, & hoc ipſo in ſeditioſo negotio quaſi turbarum incentores atq; coryphæos futuros,

Iccirco

Digitized by Google

Iccirco clementiſſime tibi mandamus vt ſummis viribus eo vnice adlabores, quo non ſolummodo dicta Sileſiorum auxilia, vti antea clementiſsime petiimus, iterum retro poſtulentur, hoſtilitates amoueantur, noſtraque manſuetudine, patientia, atque clementia non diutius abutantur: verum etiam vt nos contra commemoratos motibus Bohemicis implicatos intereſſentes, à quibus nos & noſtri hoſtiliter inuadimur & innocenter perſequimur, ab obedientiſſimis noſtris Principibus & Ordinibus, ex præſcripto præſtiti ipſorum iuramenti, merito defendi atque tueri poſſimus. In hoc clementiſſimam noſtram ſententiam & voluntatem exequeris. Dabantur in vrbe noſtra Vienna 30. Nouemb. An. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XLIV.

## *IAN. CHRISTIANI DVCIS LIGNICENSIS AD CAESAREAM INHIBITIONEM EPISTOLA Reſponſoria.*

Sub dato 5. Decemb. A. C. M. D C. IIXX.

INVICTISSIME Romanorum Imperator, Rex & Domine Clementiſſime &c. Cæſareæ V. M. humillima obſequentiſſimaque mea officia debita fidelitate ſummiſiſſime obfero Cæſareæ V. M. ad me, ſub dato 30. Nouemb. elementiſſime exaratas litteras vero humillima Reuerentia heîc Oelſtenæ probe accepi, & obſequioſiſſimo ſtudio ex iis intellexi, quod Cæſarea V. M. mihi elementiſſime proponat, quatenus verſus Bohemiam tramiſſa auxilia Sileſiaca non ſolummodo in eo, quod OFFENSIVE contra Cæſaream V. M. eiuſdemue militareis copias ſuſceptum fuit, Bohemis conſilio ipſoque facto profuerint, atque adeo in aciei principio conſtiterint, verum etiam ii ipſi eſſe debeant, qui hoſtilem in Auſtriam impetum fecerint, inibique direptionibus, latrociniis, incendiis atque deuaſtationibus omnia infeſta contra Cæſaream V. M eiuſdemue fideles prouincias, earumdemue inquilinos, exercuerint: quocirca omnibus viribus in id vnice incumberem quo commemorata iſta auxilia Sileſiaca reuocentur, omneis hoſtilitates auertantur, & contra eaſdem Cæſareæ V. M. ab obedientiſſimis Principibus & Ordinibus debitum auxilium præſtetur.

Quemadmodum autem Cæſarea V. M. tam à me, quam ab obſequentiſſimis etiam Principibus & Ordinibus obſequioſiſſimo ſtudio non vna dumtaxat vice inſtructa atque informata fuit, quibus videlicet conditionibus & reſeruatis (ad quæ etiam ipſi Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, erga Principes & Ordines Sileſiæ ſeſe expreſſe reſeruarunt) Sileſiaca auxilia Bohemiam verſus tramiſſa fuerint, Cæſarea V. M. quoque & nemo mortalium (DEO VOLENTE) aliud ex iis colligere poterit, quam quod obſequioſorum Principum & Ordinum intentio, in tramittendis iſtis ſuis auxiliaribus copiis, vnice & ſemper eo directa fuerit, vt illi, ad quod Ordinibus Bohemiæ, Sub Vtraque, per adeo ſancte promiſſam, & à Cæſarea V. M. clementiſsime adprobatam & confirmatam Vnionem obſtricti & obligati ſunt, ſatisfacerent, & Relligionis onera duarum Prouinciarum tamdem vel tollerentur, vel ſaltim aliquo modo mitigarentur.

Ita Cæſarea V. M. obſequentiſſimis Principibus & Ordinibus, ceu S. M. fideliſsimis obedientiſsimiſque ſubditis, clementiſsime confidat, quod iis ipſis hactenus nihil aliud vnquam in mentem venerit, ſi forſitan ex iſta intentione & expreſsis pactis, ab ipſorum copiis militaribus, neque pro ſe, neque ex præſcripto Ordinum Bohemiæ, ſeceſſum atque digreſſum fuerit. Certo enim Cæſaream V. M. certiorem reddere potero, quod de iſtiuſmodi Sileſiacarum copiarum militarium conatibus neque ego, neque etiam alii Principes & Ordines, certi quidpiam cognouerint: idcirco etiam eo magis neceſſarium eſſe autumo, vt illud belli Ducibus aliiſque Officialibus, ac denique ipſis Bohemiæ Ordinibus omni ſolertia inculcem, omneiſque circumſtantias ſolertiſsime in: & exquiram: & quemadmodum hanc Cæſareæ V. M. clementiſsimam epiſtolam quamprimum vicinioribus Ordinibus, vt de eadem vlterius deliberent & ſua conſilia conferant, notificare neutiquam intermiſſurus ſum, tum requiſita neceſsitas eum iiſdem deliberata (quam primum modo de iis certior redditus fuero) ſedulo & obſequentiſsime obſeruabitur. Id quod Cæſareæ V. M. ad clementiſsimam ipſius inſtructionem obſequioſiſsimo ſtudio, & humillimæ reſponſionis loco, obſequioſiſsime ſignificare volui: Cuius Cæſareo-Regiæ Clementiæ me hiſce humillime commendo. Dabantur Oelſtenæ 5. Decemb. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XLV.

### EIVSDEM INLVSTIRSS. DVCIS IAN-CHRISTIANI &c. AD BOHEMIAE ORDINES LITTERAE, *hoſtilem in Auſtriam incurſionem concernentes.*

Sub dato 9. Decemb. A. C. M. DC. IIXX.

SIngulareis Perdilecti amici, eximii fautores, & boni fideleſque vicini &c. Quatenus Romano-Cæſarea M. Imperator, Rex & Dominus noſter clementiſſimus nobis hiſce diebus per clementiſſimas litteras, ſub dato XXX Nouemb. copioſioribus ſignificauerit, quo pacto videlicet non ſolummodo Domini & vos cum veſtro exercitu Cæſareanas militareis copias non ita pridem inuaſeritis, & ſubſequenter in Archiducatum Auſtriacum hoſtilem impetum feceritis; inibique direptionibus, latrociniis, incendiis & deuaſtationibus omnia loca infeſta reddideritis, verum etiam quod vobis Dominis vobiſque tramiſſa auxilia Sileſiaca in omnibus iis, quæ Offenſiue contra Cæſaream S. M. eiuſdemue fideles ſubditos in Regno Bohemiæ ſuſcepta fuerint, conſilio factoque profuerint, in principio aciei conſtiterint, immo ii ipſi ſient, qui hoſtileis in Auſtriam incurſiones feciſſent: eaque de cauſſa clementiſſime petat, vt modo commemorata auxilia Sileſiaca, quæ, vti de iiſdem gloriatum fuerit, omni tempore dumtaxat ad Defenſionem, nullo modo vero ad vllam quamdam Offenſionem directa eſſe debeant, retro reuocentur, & vice verſa Cæſarea S. M. ad auertendas omneis iſtiuſmodi hoſtilitates, non immerito defendatur atque protegatur, id Domini & vos ex Cæſareanarum litterarum inſerta fide digniſſima Copia copioſioribus percipere poteritis.

Quamuis vero hactenus neutiquam intermiſerimus, & laudatiſſimæ Cæ-

ſareæ S. M. (vti pariter ex adiuncta reſponſionis noſtræ copia haud grauatim cognoſcetis) interea humillime reſponderimus: nihilominus tamen quum negotium iſtud vlteriori deliberationi & conſultationi ſubiicere neceſſum habuerimus, quod videlicet de allegatis direptionibus, latrociniis, incendiis &c. pro tempore adhuc nihil intellexerimus: icciroo iuxta illud (quod nobis non minus ex debita Correſpondentia, ratione confœderationis, in qua cum Dominis & vobis Domini Principes & Ordines, Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, cum Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſſimi adprobatione & confirmatione, inter ſe inuicem cohærent, incumbere voluit) cum Dominis & vobis neceſſariam communicationem inſtituere neceſſum habuimus. Minime neceſſarium vero eſſe autumamus ſi heic Dominis & vobis copioſioribus in animum induceremus, quæ hactenus omni tempore, ob arrepta arma, cauſſæ & prætenſiones à vobis allegatæ fuerint, & quomodo eaſdem ad neceſſariam defenſionem ſemper direxerint: & quibus ſcilicet modis hi noſtri Auguſtanæ Confeſſioni addicti Ordines ad neceſſariam defenſionem arma cum vobis Dominis & vobis coniunxerint &c. cum illud ipſum vtrimque binarum Prouinciarum res geſtæ, & peculiareis ad Cæſaream M. Dominum noſtrum clementiſſimum tam à Dominis & vobis, quam etiam hiſce noſtris Ordinibus humillimæ ſubſequutæ declarationes & reſolutiones ſatis ſuperque teſtentur.

Itaque iterata nunc vice tam Dominis quam vobis, tamquam adeo inſignibus & Ampliſsimis Ordinibus, confidere & poſſumus, & volumus, quod tam minus nos & hi noſtri Ordines de iis numquam in toto iſto negotio vnicam aliam intentionem & propoſitum depræhenderimus, quã quouſq; iſta inter ambas Prouincias ad omnem poſteritatem inſtituta, & à Cæſarea M. confirmata Vnione, ad defenſionem & aſſecurationem liberi Euangelicæ Religionis exercitii, fundata atque permiſſa ſunt: cuius rei cauſſa nos etiam, coram Romano-Cæſarea M. & omnibus, Dominis & vobis omni tempore hactenus teſtimonium perhibuimus: ita quoque & ipſos impoſterum in eodem propoſito conſtanter perſeueraturos, & nullo modo in animum inducturos, ne minimum quidem Offenſiue contra Cæſareæ S. M. reputationem atque auctoritatem, vel eiuſdem pacificas quietaſque Prouincias & ſubditos ſuſcipere, vel etiam Sileſiacas auxiliareis copias in minimo quoque, quod Vnionis directioni per alias exorbitantias repugnare & aduerſari queat, vſurpare.

Quoniam vero non minus (ſi iſtiuſmodi hoſtiles incurſiónes direptionibus, latrociniis, incendiis atque deuaſtationibus, de quibus omnibus Cæſarea S. M. certior facta eſt, verſus Auſtriam per modum Offenſionis, cumprimis vero adſociatione & coniunctione auxiliarium Sileſiacarum copiarum ſuſceptæ fuiſſent) hiſce Ordinibus admodum peregrinum rarumque videri poſſet, & eadem de cauſſa nobis cumprimis (quo melius & certius Laudatiſſimam Cæſaream S. M. veriſſimæ reſponſionis loco, certiorem reddere poſſemus) omneis circumſtantiæ opus ſient: icciroo Dominos & vos hiſce amice, & clementer rogamus, vt iſtiuſmodi rerum geſtarum copioſiorem relationem nobis quamprimum haud grauatim communicetis: id quod verget in communem ſalutem Reipub. ac nos illud ipſum Dominis & vobis peramice atque clementer iterum compenſabimus. Dabantur Briegæ IX. Decemb. A. M. DC. IIXX.

CAPVT

## CAPVT XLVI.

### *BOHEMIAE ORDINVM AD DVCIS IAN-CHRISTIANI LITTERAS EPISTOLA RESPONSORIA.*

Sub Dato Pragæ IIIXX. Decemb. A. C. M. DC. IIXX.

INluſtriſſime & Celſiſſime Princeps I. V. C. noſtra obſequioſa officia deferimus, eidemue à Deo Ter Optumo Maxumo conſtantem corporis valetudinem, & omnem temporalem proſperitatem ex animo precamur.

Clementiſsime Princeps & Domine, ex I. V. C. litteris, ſub dato IX. huius menſis, aliiſque iiſdem inſertis copiis, non abſque ſingulari admiratone intelleximus, quatenus videlicet Cæſareæ M. Domino noſtro clementiſſimo, factus in Auſtriam hoſtilis impetus à noſtris aduerſariis, inſtinctu potiſſumum Ieſuiticorum pernicioſorum Prædicantium, inculcatus fuerit, & eaſdem ob cauſſas, nomine Cæſareæ S. M. I. V. Cel. ſeuere proponatur quod Dominorum Prinicipum & Ordinum in Sileſia auxiliareis copiæ militareis, ad omne illud, quod Offenſiue hactenus contra Cæſaream S. M. eiuſdemue exercitum ipſo facto ſuſceptum fuerit, conſilia ſua contulerint, immo in aciei principio conſtiterint, & illam ipſam in Auſtriam impreſſionem fecerint, inibique diuerſimodas hoſtilitates exercuerint, cuius rei gratia Cæſaream S. M. reuocationem militarium auxiliariumque Sileſiacarum copiarum I. V. C clementiſsime iniunxiſſe.

Ad hæc vt I. V. C. humili & obſequioſo ſtudio reſpondeamus: cumprimis nobis reuocamus in memoriam, & tam I. V. C. quā cæteris etiam Dominis Principibus & Ordinibus in Sileſia, Dominis noſtris clementibus, peramicis noſtris vicinis & confœderatis ingenteis debitaſque agimus gratias, quod I. V. C. in nupero Principum Conuentu priorem ſuam Principalem, tam ſibi quam nobis nō medioxume profuturam reſolutionem, non ſolummodo (licet I V. C. Cæſarei Domini nr Commiſſarii vehementer admodum ab iſta ſententia abalienate conari fuerint) adeo ſyncere & fideliter tutata ſiet, verum etiam ſpecioſa ipſis propoſita oppoſita adeo prudentiſsimis grauiſsimiſque fundamentis atque rationibus refutauerit, econtra vero iuſtitiam noſtræ inter ſe inuicem debitæ adſiſtentiæ tā dilucide explicauerit, quod ab omnibus & ſingulis illudipſum mirifice prædicetur: Vnde etiam & nos non immerito anſam occaſionemque ſumpſimus, vt videlicet idipſum S S. R. Imperii Electoribus, Principibus, aliiſque Ordinibus, clementiſsimis, clementibus, fauentibuſque noſtris Dominis, melius recommendaremus, & ſimul I. V. C. humillimo cum obſequio gratias debitas ageremus, Deū Ter Optumū Maxumum ſummiſiſsime pariter rogantes, vt I. V. C. aliiſque confœderatis Dominis Principibus & Ordinibus in Sileſia, huncce erga ſalutem proſperitatemque Chriſtianæ ſuæ Eccleſiæ in his Prouinciis feruorem multis aliis fertilioribuſque benedictionibus compenſare clementiſsime ne dedignetur, certa indubiaque ſpe freti I. V C. porro quoque in tam ſancte confirmata Vnione conſtanter perſeueraturam, nec ſiniſtrum quemdam alium prætextum (idipſum quod & nos ſimiliter facturi ſumus) ſeſe ab iſta diuelli vmquam paſſuram.

Ad I. V. C. litteras igitur quod attinet, ex iis tantum ſane colligimus quod

eadem noſtrã relationem, ſub dato 4. huius menſis, (in qua illi Abbatiæ ZWethelenſi in Auſtria à nobis impoſitum intermiſticum præſidium, & qua de cauſſa illud fieri oportuerit, tum temporis ſumma quaſi cum feſtinatione notum fecimus) ſub dato I. S. C. epiſtolæ, nondum per omnia cognouerit, & forte plane non acceperit.

Ex quo quidem procul omni dubio I. V. C. aliquo modo percepit, &, habita prius prudentiſsima conſideratione atque perpenſione, ſecum ipſa collegit, quod Domini noſtri Generales, poſtquam hactenus ſumma patientia propriis ſuis oculis intueri neceſſum habuiſſent, quomodo hoſtis, penes inauditam alias peractam tyrannidem atque crudelitatem, magnas opes, quas in Bohemia direptionibus & ſpoliationibus magno numero corraſerat, verſus Auſtriã in monaſteria, imprimis vero in Abbatiã Zvvethelenſem, quo in loco pdictus etiam noſter hoſtis in ipſo crimine deprælienſus fuit, comportaſſet, & exinde magnam commeatus copiã corraſiſſet, maiores militareis copias eodẽ in loco conſcripſiſſet, circa viciniam iſtam militem in diribitorio luſtraſſet, omnia eum in finem, quo maioribus adquiſitis ſibique coniunctis viribus Regnum & conſcriptum noſtrum exercitum hoſtiliter adoriretur: iccirco Domini Generales, quorum fidei rerum ſumma, atque adeo totius defenſionis negotium commiſſum eſt, optumo iure & neceſsitate belli nihil aliud facere & potuerunt & debuerunt, quam ſi hoſti hancce commoditatem iterum eriperent, & eo ipſo medio latrones & raptores per diſperſionem è Regno diſturbarent, quemadmodum illud ipſum ipſa ratio, cumprimis vero rationes bellicæ vnicuique ſanæ mentis notum faciunt, ne videlicet iſtiuſmodi opportunæ conditiones negligantur, ſed hoſtis, vbi locorum etiam reperiatur, perſequatur, quo melius ipſi tranſitus, & aliæ commodæ occaſiones (quibus huic Regno incorporatiſque Prouinciis maiora damna detrimentaue inferre poſſet) iterum eripiantur: ſiquidem iſtiuſmodi homines & aduerſarii noſtri vnice in id hactenus incubuerunt, quo, ſepoſita nunc Sereniſsimorum Dominorum Electorum, Principum aliorumque S. R. Imperii Ordinum interceſsione, interpoſitione, aliaque pacis tractatione, noſtris damnis inuigilarent, atque adeo interitum perniciemque totius Regni pro virili promouerent:

Iccirco, vice verſa, & nobis nemo vitio vertere poterit, quod noſter itidem exercitus, ratione talionis, in Auſtriam contra quoſdam pedem intulerit, qui nos & liberum noſtræ Relligionis exercitium, vniuerſalis pacis procurationem impedire conati ſunt, &, quo melius ſuum deſiderium explerent, non contemnendã ſumam pecuniæ in noſtram perniciẽ per fas nefaſq; corraſerunt, multoſq; fideles Sympatriotas, qui mox ab initio ſeſe nobis coniunxiſſent, à propoſito ſuo reuocarunt, qui tamen ſub fido ſcuto ſilentii & fideli Correſpondentia, à Dominis Generalibus (id quod I. V. C. ſub pari fido ſilentio obſequioſo ſtudio celare nullo modo poſſumus) per idoneum iſtud medium meliorem inſtructionem efflagitarunt, & nunc, vt ipſi teſtantur, ante quadriennium noſtræ confœderationi ſubſcripſiſſent, ni à clericis eorumdemue adſeclis hucuſque fuiſſent impediti.

*Virtus vnita fortior.* Quum itaq; probi iſti & fideles Correſpondentes Auſtriaci intellexiſſent, quam inſigne videlicet emolumentum ex confœderatione & coniunctione Prouinciarum, ad impetrandam ſecuram conſtantemque Relligionis aſſecuratio-

nem,

Digitized by Google

nem, profuturum eſſet: iccirco Domini Generales in hocipſo eo promptiores & paratiores ſeſe oſtenderunt, ad tranſitum exercitui ſuo viam ad generalem coniunctionem præmonſtrarunt, & puſillanimos à ſua puſillanimitate ad conſtantiam atque patientiam reuocarunt. De qua exoptata prorſus intentione, & ſperato effectu I. C. V. ceu prudentiſſimus ſapientiſſimuſque Princeps, aliique Domini Principes & Ordines in Sileſia ſalutareis ſuas cogitationes & conſiderationes magis concepturi ſunt, quam vt eaſdem heîc latius explicemus atque deducamus.

Et hæc, vti nobis quidem ſcire licuit, veræ atque impulſiuæ cauſſæ profectionis expeditioniſque in Auſtriam, quæ non eo fine inſtituta vt inibi direptionibus, latrociniis, incendiis, deuaſtationibus &c. omnia loca infeſta reddantur, neque tam Eccleſiaſtici, quam ſeculareis homines offendantur, multo minus in extremam perniciem præcipitentur, de quo, & non alio, omnis veritatis amans nobis luculentiſſimum teſtimonium præbere poterit: cumprimis vero noſtra iſta copiarum noſtrarum militarium in Auſtriam immiſſio (in qua certa quædam loca præſidiis præmunita ſunt) nullo modo OFFENSIVE contra Cæſareæ S. M. Clementiſſimi noſtri Imperatoris atque Domini perſonam propriam (quæ vnice & ſola in Maieſtatis Litteris tam à nobis, quam vniuerſis & ſingulis Dominis Principibus Ordinibuſque in Sileſia, in toto hocce noſtro defenſionis negotio ſemper humillima cum Reuerentia ſolemniſſime excipitur) facta eſt. Quas ampliores autem cauſſas Domini Generales iſtius expeditionis Auſtriacæ præſidiorumque quibuſdam in locis impoſitionis habuerint, quum I. C. V. literarum ad nos datarum copiam ipſis tramiſerimus eorumdemue reſponſionē indies etiamnum expectemus: iccirco, quamprimum illam acceperimus, eiuſdem itidem fide dignam copiam I. C. V. abſque vlla mora communicabimus, licet aduerſarii noſtri nos copioſioribus calumniis apud Cæſaream S. M. alioſque proſcindere minime deſiſtent.

Aſt in tam iuſtiſsima cauſſa bonam noſtram conſcientiam appellamus, & à Deo Ter Optumo Maxumo feliciſsimum noſtræ cauſſæ ſucceſſum ſperamus: nam etiamnum hodie quoque à fide digniſsimis percepimus, bene adfectos Dominos Morauos à Capitaneo Wallenſteinio, eiuſque ſubpræfecto, imperium in duos Euangelicos belli Duces, vtpote Dominum Diethrichſteinium, & Dominum Schvvembeckium transtuliſſe, eo fine vt vniuerſalem coniunctionem vna nobiſcum in Prouinciis incorporatis omnibus inſtituant, & in protegenda illa bona, corpus & ipſum ſanguinem vrgente neceſsitate impendant. Similiter & ex Auſtria auſpicata noua percipimus, & exinde eiuſdem Prouinciæ Categoricam Reſolutionem commodiſsime & indies expectamus.

Ex quibus omnibus I. V. C. apud ſeipſam facillime colligere poterit, quur videlicet aliquot dumtaxat auxiliareis militareis copiæ Sileſiacæ, vna cum noſtris quibuſdam, in tam communi cauſſa ſeſe in Auſtriam contulerint: nimirum ex Defenſionis terminis, vbi perſequendi hoſtem per legitima media conceſſum eſt, cumprimis vero quo melius punctum Relligionis, turbulentiſsimo potiſſumum hocce tēpore, ſartum, tectumue conſeruaremus, nō autem, vti ſane pro ſuo lubitu aduerſarii noſtri ad rauim vſque Stentorea ſua voce clamitant, vt direptionibus, latrociniis, incendiis, deuaſtationibus &c, omnia loca infeſta redderemus. *Stentor (vid. ap. Hom.*

*deſcribitur) in exercitu Græcorum clamore L. alios ſuperabat.*

Rogamus igitur I. V. C. humilliſmo ſtudio vt, vna cum relliquis Dominis Principibus & Ordinibus in Sileſia, non ſolummodo commemorata iſtiuſmodi conſilia rata habeat, verum etiam exequutionē & digreſsionem Dominorum Sileſiorum cum noſtris militaribus copiis in Auſtriam, tamquam diu exoptatum medium ad vniuerſalem omnium harum Prouinciarum coniunctionem exiſtumet, & contra noſtros aduerſarios prudentiſsime propenſiſsima clementiſsimaq; adfectione defendat: alterius cuiuſdam adulatoris ſiniſtram relationem non audiat, ſed tam bonum inchoatum opus principali ſuo fauore, conſilio, & adſiſtentia optuma forma clementiſsime promouere non dedignetur. In hoc Deo Ter Optumo Maxumo gratiſsimum præſtat officium, & apud gratiſsimam noſtram poſteritatem, eius rei gratia, immortalem laudem atque gloriam conſequitur: nos vero ad recompenſationem iſtiuſmodi I. C. V. ſingularis clementiæ debita obſequioſaque noſtra officia decenti reuerentia I. V. C. promptiſsimi deferimus. Dabantur Pragæ 17. Decemb. A. C. M. DC. IIXX.

## CAPVT XLVII.

PAullo poſt Cæſarea S. M. vltima vice ad Bohemiæ Ordines ſcripſit, priora repetiit, & vti quoque & hactenus, in vnico ſuo propoſito, immota perſtitit, Bohemiſque omnem iſtorum motuum cauſſam imputauit.

## *CAESAREAE MAIESTATIS ITERATA, ET VLTIMA, AD BOHEMIAE ORDINES EPISTOLA monitoria.*

Sub dato Viennæ XXXI. Decemb. A. C. M. DC. IIXX.

MATTHIAS &c. Generoſi, ſtrenui, perfideles dilecti &c. Vobis, procul omni dubio, notum manifeſtumq; eſt, quatenus hactenus eo vnice adlaborauerimus, & nullis ſumptibus, curis, atque moleſtiis pepercerimus, quo melius S. R. Imperium, aliaque noſtra Regna atque Prouinciæ in ſalutari pace, tranquillitate atque concordia ſartæ tectæque conſeruari, & perfideles noſtri dilecti in priſtino flore, vigore, & proſperitate eo magis magiſque indies florere, deque noſtro Regio Sceptro amplius gaudere poſſent: quemadmodum etiam Deus Ter Optumus Maxumus adeo fideli atque paternæ noſtræ curæ benedixit, vt mox ab inchoato noſtro Imperio, immo toto eiuſdem tempore omnia feliciter & pacifice in noſtris Regnis & Prouinciis peracta fuerint. Nam, vti voſmetipſi fateri neceſſum habebitis, tam vos, quam alii fideles noſtri ſubditi, ab omnibus hoſtilibus attentatis hactenus ſecuri, liberi, & immuneis fuiſtis, atque diuina humanaque Iuſtitia ſuum curſum & progreſſum illibatum conſeruauit.

Quod autem nuperrime elapſo tempore, in noſtra ex Regno Bohemiæ abſentia, contra omnem ſpem & expectationem noſtram, & abſque vlla à nobis data cauſſa, tantus motus & ſeditio exorta ſiet, per quam Regnum Bohemiæ eiuſdemue inquilini ad inuincibile damnum & perniciem aliarum circumiacentium Prouinciarum redacti, atque adeo noſmetipſi ad incredibileis intolerabileiſque ferme ſumptus faciundos, aliaſque moleſtas incommoditates ſuſtinendas compulſi

Digitized by Google

pulſi ſumus: de eo ſane ingens paternumque prorſus concepimus cordolium, ea omnia pro iuſto Dei Ter Optumi Maxumi iudicio æſtumamus, omnibuſque iſtis inconuenientiis & enormibus exceſſibus lubentes ſane obuiamire conati ſumus; quemadmodum etiam vos per patenteis noſtras Litteras, ſub dato 18 Iunii, clementiſſime moneri curauimus, vt conſcriptas veſtras militareis copias, nullo præſertim præſente hoſte, iterum dimitteretis, plureis maioreiſque vireis minime adquireretis, & Prouincialium vrgente neceſſitate poſtulationem tolleretis: hac clementiſſima noſtra ſententia addita, quod & nos viciſſim noſtram militis lectionem, quam tamen poſt veſtram inſtituimus, ſacramento iterum abſoluere; atque abſque vlla vlteriori mora certas, auctoritate & exiſtumatione graueis perſonas tamquam mediatores, ad ſublationem ſiniſtri iſtius intellectus, conſtituere velimus: Item quod iis, (qui nobis falſo imputarunt, ceu nos veſtra Priuilegia, libertates, immunitates, Maieſtatis litteras, atque Conuentuum Prouincialium Decreta & Compoſitiones infringere, labefactare, immo prorſus tollere conemur) nullam fidem adhibere, nec iſtiuſmodi ſuſpicionem vmquam de nobis concipere debeatis: idipſum quod Patenteis noſtræ Litteræ Cæſareæ ſatis ſuperque teſtantur.

Verum enimuero quidam è veſtro medio hancce paternam prorſus noſtram curam floccipenderunt, & omnino repudiarunt, maiorem militum manum conſcripſerunt, & in ipſo quaſi puncto ciuitatem noſtram Buduiſam obſidione cinxerunt: adeo vt poſtmodum, ad defenſionem modo commemoratæ noſtræ vrbis, & ne è regno noſtro Bohemiæ omnino excluderemur, etiam cum noſtro exercitu progredi coacti fuerimus, nihilominus tamen ob petitionem veſtram, Electorum, Principum, aliorumque S. R. Imperii Ordinum, incorporatarum aliarumque Prouinciarum factas interceſſiones, Sereniſſimos Dominos Electores, Palatinum Rheni & Saxonem, (quos ipſi propoſuiſtis, illi quoque in petitionem veſtram conſenſerunt) quemadmodum etiam Reuerendiſſimum Inluſtriſſimumque Dominum Electorem Moguntinum, Sereniſſimumque Dominum Vtriuſque Bauariæ Ducem 10. d. Septembris, & poſt iteratis etiam vicibus tam litteris, quam Ampliſſimis internunciis & Legatis clementiſſime & peramice rogauimus, vt interpoſitionem, horum motuum ergo, in humeros ſuos deriuari nobiſque ipſorum reſolutionem tramittere minime dedignarentur. Quod autem hucuſque dicta modò iſta interpoſitio non inchoata fuerit, id nobis neutiquam imputandum eſt, ſed multo potius ipſis Dominis Interponentibus, quorum aliqui, ob ſuſcipiendam iſtam interpoſitionem, has & illas conſiderationes prætenderunt: alii perſonaliter comparere noluerunt, ſed per conſiliarios ſuos iſti Interpoſitioni adeſſe voluerunt: quæ omnia ad longiorem moram, reique procraſtinationem tum temporis directa fuerunt.

Nihilominus tamen hactenus ceſſauimus, ſed Dominorum Interpoſitorum iſtorum conſiderationes & prætenſiones clementiſſime refutauimus, eoſdē denuo clementiſſime rogauimus, vt ſæpius nunc commemoratam Interpoſitionem, abſque vlla prætenſionum ambage, ſuſciperent, de certo loco ac tempore interſe inuicem deliberarent, eamdemque quamprimum inchoarent: adeo vt continuatio & exequutio iſtius Interpoſitionis non amplius nobis, ſed commemoratis illis Dominis Interponentibus, incumbat: nihil quoque nobis erit gra-

tius

tius acceptiuſque, quam vt abſque vlla vlteriori procraſtinatione, toties nunc dicta commemorataue interpoſitio ad exoptatum finē tamdem perducatur, cuius euentum nos quoque magno ſane cum deſiderio clementiſſime præſtolamur.

Poſtquam vero in litteris veſtris, ſub dato Pragæ XXVIII. Septemb. ad nos perſcripſeritis, ſi, ob continuandam iſtam Interpoſitionem, & defenſionem contra hoſtilia attentata noſtri exercitus, vobis cautelā aſſecurationemque præſtare velimus: tum iſtiuſmodi media ſeſe oſtenſura eſſent, quo videlicet pacto armorum depoſitio, & directionis intermiſſio cōmodè ſubſequi poſſent, quemadmodum hanc veſtram ſententiam iis in litteris, quas per delegatos veſtros ex Morauia ad nos tramiſiſtis, eo latius attamen cum aliquot conditionum appendice, explicaſtis. Ideo in binis iſtis clauſulis Sereniſſimo Electori Saxoniæ (tamquam nobis viciniori, & qui mox ab initio ſeſe huic intemperiei interponere categorice eſt pollicitus) qui vos aſſecuraret, vt videlicet Cæſareis noſtris verbis fidem haberetis, per delegatos noſtros clementiſſime eamdem illam interpoſitionem iniunximus, &, ad rei commodiorem promotionem, atque lucrationem temporis, æquas iſtas conditiones, quæ mox ab initio noſtri conſenſus interpoſitioni adnexæ fuerunt, etiam ſepoſita ad partem noſtra reputatione atque auctoritate Cæſarea, Sereniſſimæ ipſius Celſ. omnino commiſimus.

Nihilominus tamen interea (licet ex noſtro Cæſareo reſponſo tractationem de interpoſitione iſta neutiquam ignoraueritis) multas ſane peregrinas militareis copias in Prouincias introduxiſtis, ciuitatem Pilſenſem obſidione cingi curaſtis, & ſalutaribus monitis Sereniſſimorum Electoris Saxoniæ, & Bauariæ Ducis, tamquam Interpoſitorum, (qui, ab obſidenda vrbe iſta, vos per litteras ſuas clementiſſime dehortati ſunt) minime obtemperaſtis, ſed maiorem militum numerum & munitionem ad obſidionem dictæ iſtius noſtræ vrbis miſiſtis, & ita eamdem violenter occupaſtis: in Archiducatum noſtrum Auſtriacum hoſtilem impreſſionem feciſtis, Zvvethelam aliaque loca vi vobis ſubiugaſtis, multis fictis in arenoſo ſolo fundatis probationibus noſtra Regna & Prouincias contra nos irritare conati eſtis, multas dulciſſimæ paci neutiquā inſeruientes res (quas heic, quum per ſeſe omnibus & ſingulis ferme haud ſint incognitæ, ſicco pede lubentes ſane prætetimus) in humeros veſtros ſuſcepiſtis, iiſdemue de cauſſis nos magis magiſque commouiſtis atque perturbaſtis.

Vt vero toti terrarum orbi Meridiana luce clarius teſtatum faciamus, nos, ad impetrationem ſuauiſſimæ pacis, nullam lenitatem & bonitatem vmquam intermiſiſſe: (neutiquam enim induci poſſumus vt credamus, iſtiuſmodi attentata omnium veſtrum conſenſū facta eſſe) idcireo, ad Sereniſſimi Electoris Saxoniæ inſignem interceſſionem & beniuolentiſsimū ſaluberrimumque conſilium, vt omne illud, quod modo ad recuperandam pacem conducibile, eo commodius peragatur & exoptatum finem ſortiatur, ad inducias armorumque ſuſpenſionem ad certum definitumque tempus (hæc omnia Sereniſs. ipſius Celſ. clementiſsime committentes) conſenſum noſtrum clementiſsimum præbuimus: quemadmodū etiam obſequioſiſsimi Ordines Marchionatus Morauiæ, atque Principes & Ordines in Sileſia, illud ipſum humillimo obſequentiſſimoque ſtudio à nobis petierunt, &, tam huius, quam aliarum etiam ad procurandam pacem facientium rerum cauſſa, Generoſum, perfidelem noſtrum dilectum Adamum Wal-

lenſtei-

lenſteinium ad Ser. ipſius Cel. ablegauimus. Illud ipſum quoque inſuper re ipſoque facto demonſtrabimus, nobis, dum culpamur quaſi Ordinũ Priuilegia, Maieſtatis litteras &c infringere, labefactare, atque adeo prorſus tollere conati fuerimus, ſummam coram Deo Ter Optumo Maxumo atque vniuerſo mundo fieri iniuriam.

Quocirca extra omnem dubii aleam ponimus, (modo ſi pacem amplectimini) vos nunc oculos veſtros aperturos, magnam clementiſsimamque noſtram adfectionem, quam ſemper hactenus erga vos habuimus, & etiamnũ hodie habemus, innumera beneficia vobis maiori ex parte à nobis, noſtris Dominis Anteceſſoribus, Rom. Imper. & Bohemiæ Regibus laudatiſsimæ noſtræ domus Auſtriacæ exhibita, præſtita veſtra iuramenta & debita obſequia, intolerabileis antidhac numquam auditas contributiones & exactiones miſeri innocentiſque viri, cuius lamenta & ſuſpiria etiam per nubes in cœlum penetrant, maledictionem Dei & vniuerſi mundi, inemanſibilem pœnam vindictãque diuinam probe conſideraturos, & tamdem omnibus iis, quæ vobis à Ser. ipſius Cel Duce atque Electore Saxoniæ noſtro nomine ſignificabuntur, humillime morem geſturos, & nullum non lapidem moturos, quo deniq; omnia grauiſsima grauamina, tam in Regno Bohemiæ, quam in aliis quoq; Prouinciis, tollantur, & tam diu exoptata pax iterum reducatur.

Sin vero, contra omnem ſpem & expectationem noſtram, hancce noſtram clementiam atque paternã lenitatem minime agnoueritis, ſed multo potius contra diuina præcepta omneiſque Chriſtianas conſuetudines, iura atque S. R. Imperii Conſtitutiones, voſmet nobis, tamquam legitimo veſtro Domino, obpoſueritis, voſmet ipſos aliaſque Prouincias in extremam perniciem præcipitaueritis, ad maiorem innocentiſſimi ſanguinis profuſionem, latrocinia, & ſubpreſſionem miſeri viri, vlteriorem anſam occaſionemq; præbueritis: nos tum cumprimis Deo Ter Optumo certo confidimus, quod is, tamquam fortis Deus Zebaoth, omnium Magiſtratuum protector, & iuſtus omnium Iudex, nobis ſuppetias auxiliumque clementiſſime laturus ſiet: nos vero ad extrema media arripienda, quæ tamen hactenus, ad maiora damna detrimentaue præcauenda, ſummo ſtudio euitauimus, compellimur: Denuo tamen coram Deo Ter Optumo, Maxumo, & vniuerſo mundo, teſtamur, quod noſtris ſalutaribus monitis, quæ ad pacificationem noſtræ ſalutis requirebantur, nulla præſtita fuerit obedientia: quodque Prouinciarum pernicies & interitus nullo iuris ſaluo titulo à quoquam nobis imputari queat. Id quod vobis paterne & ſuperflue, ad ſeueram veſtram ad: & exhortationem, hiſce ſignificare voluimus. Dabantur Viennæ XXXI. Decemb. A. C. M. D C. IIXX.

## CAPVT XLVIII.

Bohemiæ Ordines interea, ne nihil intentatũ relinquerent, Sileſiorum opem auxiliumque implorarunt: quocirca ex Principum Conuentu Vratislauienſi, ad eoſdem Boh. Ord. ſequens perſcripta fuit epiſtola.

# ORDINVM EVANGELICORVM IN SILESIA AD BOHEMIAE ORDINES, OB PETITA AVXILIA, *Epiſtola.*

Sub dato Vratislauiæ 11. Octob. A. C. M. DC. IIXX.

POſtquam Romano-Cæſarea, etiam in Hungaria atque Bohemia Regia Maieſt. Imperator, Rex, & Dominus noſter Clementiſſimus, per Cæſareas litteras apud Inluſtriſſimum, Celſiſſimumque Principem & Dominum, Dominum IAN-CHRISTIANVM, Ducem Sileſiæ, Lignicii, & Briegæ, ſupremum belli Ducem in ſupe: & inferiori Sileſia &c clementiſſime inſtitiſſet, vt vniuerſalem omnium obſequentiſſimorum Principum & Ordinum, ex præſcripto Iuris Principalis, Conuentum indiceret & celebraret: ad quem Cæſarea S.M. certos Commiſſarios Cæſareos ablegare, iiſdemue obſequioſiſſimis Dominis Principibus & Ordinibus aliquot articulos proponere clementiſſime decreuiſſet. Cum vero Inluſtriſſimus Celſiſſimuſque ille Princeps, Cæſareus ſupremus Capitaneus, ex clementiſſimo ſuæ Cæſ. M. mandato, Conuentum illum indixiſſet, & obſequioſiſſimi Principes & Ordines non exiguo dumtaxat numero frequenter comparuiſſent: exinde ex Inluſtrium Dominorum Cæſareorum Commiſſariorum, Generoſiſſimorum Dominorum, Domini Gundacceri, Domini à Liechtenſtein & Niclausburg, in Wolffersdorff, Polſtorff & Regenſtorff, laudatiſſimæ ſuæ Cæſ. Maieſt. Cubicularii: Domini Nicolai Baronis à Burcxhaus, in Ionsdorff, Schildberg & Petervvitz, Regii Conſiliarii, & Cameræ Præſidentis in ſupe: & inferiori Sileſia: & Nobiliſſimi & Strenui Domini Wenceslai à Zedlitz in Schonauvv &c. Cæſareæ S. M. aulico-Cameræ Conſiliarii, Cubicularii & Capitanei Principatus Sagenſis &c. orali propoſitione, &, penes exhibitas Cæſareæ S. M. Credentionaleis litteras, ſcripto comprehenſa oblata inſtructione, Cæſareæ S. M. mentem atque clementiſſimam ſententiam copioſioribus. intellexerunt: quod videlicet Cæſarea S. M iuxta clementiſs. ſibi impertitam gratiam atque Clementiam, ad obſequentiſsimorum Dominorum Principum & Ordinum, ſub dato Vratislauiæ 18. Aug. obſequentiſsimam epiſtolam in duobus peculiaribus articulis ampliorem aliquanto deductionem faciat: quo pacto videlicet & quam grauiter Cæſareæ S. M. auctoritas, reputatio atque exiſtumatio, per è feneſtris in imum præcipitationem duorum Officialium Prouincialium, vniuſque Secretarii læſa fuerit, & pro paterna ſua cura hactenus nullum non lapidem mouerit, quo melius omneis ſeditioſæ præparationes bellicæ auerti, & per Ordinarium Iuris Proceſſum omneis iſtiuſmodi enormeis inconuenientiæ tolli potuerint: quemadmodum cum in finem Bohemiæ Ordinibus per patenteis publicas litteras (& quidem cum clementiſsima hacce reſolutione atque declaratione Cæſarea quod Maieſtatis litterarum Priuilegia ſarta tectaue conſeruari, & exortæ difficultates atque ſiniſtri intellectus per in Prouincialium Conuentuũ Decretis promiſſas cõpoſitiones iterũ tolli, & eum in finẽ auctoritate & exiſtumatione graueis perſonæ ablegari debeant) id non vna dumtaxat vice, ſed aliquoties in mentem reuocauerit, & ſimul paterne atque clementiſsimo admoneri curauerit, vt militum conſcriptionem intermitterent, &, ſi quos iam ante conſcripſiſſent, eoſdem iterum dimitterent.

Aſt,

Digitized by Google

Aſt, hiſce minime perpenſis Bohemos iſta omnia floccipendiſſe,minacibus atrocibuſque verbis reſpondiſſe, maioreis indies militarium copiarum vireis adquiſiuiſſe: qua de cauſſa Cæſaream S. M. permotam fuiſſe, vt conſcriptum exercitum in Regnum Bohemiæ immiſerit: Licet per Patenteis aliaſque litteras Cæſareas ſeſe eo iterum reſoluiſſet atque declaraſſet, ſin videlicet vltimis ſuis promiſſis,vna cum reſtitutione Regiminis,& diu antea petitæ diſarmationis,re & ipſo facto ſatisfacturi eſſent, Cæſaream S. M. tum adeo clementiſsime & paterne erga ipſos exhibituram, vt innata ſua Cæſarea & Regia Clementia,bonitas,& lenitas, & quam fideliter Cæſarea S. M. ſibi regni iſtius ſalutem atque proſperitatem curæ cordique eſſe patiatur, vniuerſo terrarum Orbi manifeſtari debuerint:antequam vero iidem Bohemiæ Ordines militareis ſuas copias dimiſiſſent, & per omnia ſeſe ad debitam obedientiam accommodaſſent, Cæſaream S. M. abſque armis in iſtam Interpoſitionem conſentire minime poſſe.

Nam quod Cæſarea S. M. pro ſecundo, per IIXX. motiuas cauſſas mentionem faciat hoc nullum eſſe Religionis negotium, & ita eum Principibus & Ordinibus factam Confœderationem atque Vnionem minime tangere, quocirca etiam obſequentiſsimis Principibus & Ordinibus neutiquam competere vt eorũ, qui iſtiuſmodi enormiſsimis exceſsibus ſeſe implicaſſent,neque ex vi Vnionis,neque confœderati corporatiue iuramenti, curam tutelamque ſuſcipiant, quemadmodum illud ipſum ſcripto comprahenſa obſequentiſimiſque Principibus & Ordinibus exhibita Inſtructio ſatis ſuperque teſtatum facit.

Verum enimuero obſequioſi Domini Principes & Ordines haſce Cæſareæ S M. late deductas exhortationes in maturam deliberationem traxerunt: & primo quidem Cæſareæ S. M pro clementiſsime ſibi impertita Cæſarea gratia atque elementia,humillimo & obſequentiſsimo ſtudio immortaleis agunt gratias, cum fideli voto quod Deus Ter Optumus Maxumus Cæſareæ S. M. eiuſdemue Cæſareo-Regiæ coniugi omnem exoptatum, proſperum Cæſareo-Regium ſtatũ, vna cum firma diuturnaque corporis valetudine elementiſſime concedere, & hanc exortam intemperiem eo dirigere, eamdemque tamdem ad iſtiuſmodi exoptatum finem perducere dignetur, quo Cæſarea S. M. omnibus iſtis grauiſſimis difficillimiſque curis & moleſtiis, in tam decrepita ferme Cæſareæ S. M. inchoata ſenectute,omnino iterum liberari, omniaque rurſus in priſtinum ſuum pacificum,pacatum,atque tranquillum ſtatum reduci poſſent.

Hiſce & ſimilibus de cauſſis obſequentiſſimi Principes & Ordines ſibi adhuc probe reuocant in memoriam, quid videlicet ad Cæſaream S. M. non ſolummodo, ſub dato 28. Auguſti,ex ſyncera, incorrupta, humillima & ſæpius agnita conſtantiſſima fidelitate, verum etiam iam pridem per Cæſareæ S. M. Imperii aulicum Conſiliarium,Dominum Stralendorffium &c. & iterum per inſigneis ſuos Legatos, perſcripſerint, eidemue humillimo ſtudio in memoriam reuocauerint, quot videlicet & quam difficillima inextricabilia pericula in iſtiuſmodi ſeditioſis motibus ſient metuenda,& quam ſæpius ſub iiſdem in totis quoque Regnis atque Principatibus periculoſiſſimæ mutationes & innouationes acciderint, & quot ſæpe integræ Prouinciæ in extremam perniciem,ea ipſa de cauſſa, præcipitatæ fuerint,& quod ſub iſtiuſmodi ſeditioſis tumultibus tam nocentes quam innocentes extremas miſerias, ærumnas atque intolerabileis cruciatus ſuſtinere

neceſſum habeant: quemadmodum etiam omne bellum nihil aliud, quam vniuerſam Prouinciarum deuaſtationem, perturbationem Relligionis-Profanæque pacis, Iuſtitiæ, omnium bonarum conſtitutionum ſaluberrimarumque ſanctionum, diſciplinæ & honeſtatis, reſpectus ſubditorum erga legitimos ſuos Magiſtratus, retardationis commerciorum plerumque ſecum adferre ſolet: immo nulla maior miſeriorue miſeria eſſe poteſt, quæ non ſemper bellum vbiuis comitetur: quocirca eoſdem (Principes & Ordines) Cæſaream S. M. ſummiſſimo ſtudio & obſequio ſummiſſime & obſequentiſſime rogaſſe, vt iſtiuſmodi mediis & remediis ſeſe clementiſſime adaptaret accomodaretue, quibus omneis periculoſæ Prouinciarum deſolationes euitari, & viciſſim Prouinciæ priſtino ſuo pacifico vigori atque nitori reſtitui poſſent: idque potiſſumum eo magis, quod tam Celſiſſimi Electores, tamquam firmæ & præclaræ S. R. Imperii Columnæ, de quibus, eorumdemue fideliſſima fidelitate, & obſequentiſſimo obſequio neutiquã dubitandum fiet, ad impetrandam tam diu exoptatam Interpoſitionem, nullum non lapidem mouerint. Immo iidem fideliſſimi obſequentiſſimique Domini Principes & Ordines minime intermiſerunt, ſed, vt debitum ſuum obſequium eo magis teſtatum facerent, per certos inſigneis quoſdam delegatos ſuos Ordines Bohemiæ fideliſſime admonuerunt, ne videlicet moderata & æquitati conſentanea media reſpuerent.

Nunc vero non dumtaxat ex modo commemoratorum Delegatorum relatione, verum etiam ex quibuſdam hinc inde tramiſſis litteris, tam aliis quibuſdam perceptis inſtructionibus informationibuſque oralibus, quas hactenus per peculiareis quaſdam ad nos delegatas perſonas, nomine obſequioſiſſimorum Dominorum Principum & Ordinum, nobis communicarunt, tantum ſane colligi potuit, quod, vti verba reſolutionis ſuæ teſtantur, coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. ac vniuerſo denique mundo proteſtentur, ſeſe Cæſareæ S. M. fideles obedientiſſimoſque ſubditos & eſſe, & ad extremum vitæ ſuæ ſpiritum permanere velle, ipſiſque clementiſſime indigetatam reſolutionem, & ſublationis grauiſſimorum grauaminum pollicitationem Cæſaream, quæ per inſigneis, auctoritate & exiſtumatione graueis Commiſſarios Cæſareos fieri debeat, non ſolummodo gratiſſimam eſſe, ſed eamdem etiam humillimo obſequentiſſimoque ſtudio indies auidiſſimo animo expectare: quemadmodum etiam ea ipſa de cauſſa tam ad Regem Ferdinandum, quã Archiducem Maximilianum humillime admodum ſcriptitauerint, &, vt videlicet Cæſarea S. M. ad iſtiuſmodi ſalutaria, interpoſitionem concernentia, media flecteretur ac commoueretur, ſummiſſime rogauerint: eamdem ſæpius nunc dictam interpoſitionem quoque, quæ ab Inluſtriſſimis Sereniſſimiſque S. R. Imperii Electoribus, aliiſque Principibus facta eſſet, non ſolummodo ſummã cum gratiarum actione acceptaſſe, ratam habuiſſe & adprobaſſe; verum etiam per delegatos ſuos animo admodum ſollicito eamdem inſtanter vrſiſſe, quo pacto videlicet pacifica iſta tractatio quamprimum ad exoptatam iam diu metam aliquando peruenire poſſet.

Quod autem interea ab inſtituta defenſione, antequam ipſis de pacifica ſæpius nunc commemorata tractatione, ſublatione perſequutionis Relligionis, & protectione Maieſtatis litterarum conueniens præſtita fiet cautio, non abſtinere poſſent, id vnice pacis, Relligioniſque oſorum, turbulentorumque & irrequieto-

quietorum conſiliariorum cauſſa fieri, quorum quidam non dumtaxat mox ab initio ſeipſos ab litteris Maieſtatis, ſed etiam à tranſactione cum iis SVB VNA, atque tum ſubſequuta Amniſtia ſegregauerint & excluſerint: eoque ipſo facto ſatis ſuperque reſtatum fecerint, quomodo videlicet erga Maieſtatis litteras eoſq; SVB VTRAQVE adfecti fuerint: partim vero ob perſequutionem religioſorũ Euangelicorum exultauerint, & contra eoſdem tam ipſorum Religionem multifarias technas fraudulentaſque inſidias indies excogitauerint.

Licet etiam non vna dumtaxat vice Cæſarea S. M. iſtiuſmodi inconuenientiis & enormibus exceſſibus leniſſimis æquiſſimiſque mediis clementiſſime obuiam ire promiſerit: nihilominus tamen verba iſta in ventos receſſiſſe ac in fumum abiiſſe, multo minus ad ſublationem ſæpius nunc dictorum grauiſſimorum grauaminum, & negotii Religionis aſſecurationem directa fuiſſe, quemadmodum etiam illud ipſum ex Cæſareis Patentibus litteris liquido colligi potuiſſet: ſed vice verſa magno ſane cum cordolio experiri neceſſum habeant, quod Cæſareæ S. M. vanis fallacibuſque perſuaſionibus & informationibus inculcatum fuerit, quaſi hæc ipſa negotia Religionem non concernerent, & quod ſolo adæquata deſtructio noui templi Cloſtergrabenſis, & in vincula coniectio ſubditorũ Braunauienſium, ad litteras Maieſtatis minime pertinerent, quodque Cæſarea S. M. rebelles ad ſibi debitum obſequiũ cogere conaretur, quemadmodum etiam durante iſta Cæſarea reſolutione Ordines per patentes litteras pro rebellibus habiti proclamatique fuerint, quum tamen, vti paullo ante diximus, corã Deo Ter Optumo Maxumo teſtati ſient, quod Cæſareæ S M. fideliſsimi obſequentiſsimique ſubditi & eſſe & manere, etiam pro ipſius ſalute atque incolumitate, modo ipſis in puncto Religionis ſufficiens cautio præſtaretur, & perniciofi conſiliarii, turbarum iſtarum incentores pro ſuo merito plecterentur, & ab officiis ſuis male adminiſtratis remouerentur, corpus, vitam, atque proprium ſuum ſanguinem profundere velint.

Quod inſuper Cæſareæ S. M. militareis copiæ ſummis viribus in Regnum Bohemiæ hoſtilem impreſsionem fecerint, multos miſeros homines innocentiſſime, more pecorum, crudeliter mactarint, magnam Chriſtiani ſanguinis copiam profuderint, paruulis ſugentibus infantibus ad vbera materna pendentibus non pepercerint, ſed ferro crudeliter diſſecuerint & matribus ita crudeliter mutilatos proiecerint, multos pagos villaſque incendio vaſtarint, atque ita direptionibus, latrociniis, vſtulationibus, deſolationibus &c. abſque vllo Religionis eiuſdemue cultorum reſpectu, omnia loca infeſta reddiderint, adeo vt exinde ipſo in effectu nulla idonea pacifica media, ſed finalis tamdem ruina, deſolatio, atq; immanis Regni Bohemiæ deuaſtatio, cum extirpatione multorum innocentiſsimorum hominum, publice atque reapſe depræhenſæ fuerint.

Quamuis autem Bohemici Ordines apud Cæſaream S. M. iterata vice, ſub dato XXIX. Auguſti, ſcriptis in litteris hummillime iterum atque iterum rogaſſent, quod videlicet, quum ſumiſiſſime adeo ad pacem inclinent, exercitus Cæſarei progreſſum inhiberet, omnia hoſtilia attentata impoſterum intermitteret, ſupra & ſæpius nunc commemoratas litteras patenteis Cæſareas annullaret, &, vice verſa, allegata toties ſalutaria pacificaque media per interpoſitionem clementiſſime & quamprimum in effectum deduceret: nihilominus tamen humilimis



Digitized by Google

limis iſtis ſuis repetitis petitionibus neutiquam fuiſſe ſatisfactum, ſed multo potius ipſo facto Meridiana luce clarius demonſtrari, omnia adhuc in ſummis verſari extremitatibus: cum primis quod Cæſ. S. M. de reuocando ſuo è Bohemiæ Regno exercitu & ſanciendis induciis nondum ſeſe reſoluiſſet, ſed econtra iiſdem Bohemiæ Ordinibus armorum depoſitio & diſarmatio iterum atque iterum imperetur, Cæſarea reſolutio, pacificam tractationem ſiue compoſitionem concernens, verbis ſaltim promittatur, negotii Relligionis, eiuſdem aſſecurationis malorumue conſiliariorum vero ne verbulo quidem fiat mentio. Econtra Ordines Bohemiæ, Originalibus teſtari poſſe, Ieſuitas in ſuis Collegiis turbulentis ſuis cōſiliis non pacem, ſed bellum ſuadere, prætendentes: IAM EXOPTATVM ADESSE TEMPVS, QVO REGNVM BOHEMIAE DEBELLARI, EIVSDEMVE MAIESTATIS LITTERAE, LIBERTATES ATQVE PRIVILEGIA ITERVM ANNVLLARI POSSENT; idipſum quod Bohemiæ Ordines tam oralibus, quam ſcripto compræhenſis peculiaribus diuolgatis deductionibus ſatis ſuperque teſtatum relliquiſſent.

*Ieſuitarum ante victoriam triumphus.*

Et illud Cæſareæ S. M. obſequentiſſimi Principes & Ordines Auguſtanæ Confeſſionis ideo, ſub mentione primi puncti Cæſareæ propoſitionis, aliquanto latius humillimo ſtudio ſignificare neutiquam intermittere potuerunt, quo melius Cæſarea S. M informari poſſet, quid Bohemiæ Ordines ad illud, quod videlicet Cæſarea S. M. omnia poſſibilia ad lenitatem & manſuetudinem directa media propoſuiſſet, & quod in iſtam Cæſaream propoſitionem Ordines ex ſua parte minime conſentire vellent, reſpondendo inuerterent.

Equidem Euangelici, Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, obſequentiſsimi Principes & Ordines ex animo quidem & fideliter exoptarent, quod mox ab initio exortorum iſtorum in Regno Bohemiæ motuum, grauiſsima Relligionis grauamina ſublata, ii SVB VTRAQVE, vna cum Maieſtatis ſuis litteris, & compoſitione cum iis SVB VNA, defenſi, vtrimque exortæ difficultates ad decentia loca & compromiſſum ablegatæ, & non tam cito ante ſententiam cū exequutione, deſtructionem noui templi Cloſtergrabenſis, & coniectionem in vincula ſubditorum Braunauienſium, properatum, nec tantæ, late ſeſe extendentes, extremitates ab iis, qui forſitan vtriuſque relligionis cultorum pacem, vnanimitatem atque concordiam, vnanimemque ſimul cohabitationem ſummopere deteſtantur, cauſſatæ fuiſſent. Quoniam vero res in tam perturbatum ſtatum iam inciderit, qui non, niſi per mox ab initio à Cæſarea S. M. propoſitam pacificam tractationem, iterū tolli poſſet, immo impoſsibile ferme adpareat, ſi vtrimque iſtiuſmodi extrema adeo foueantur, & viribus bellicis res agi debeat, quod Regnum Bohemiæ eiuſdemue innocentiſsimæ incorporatæ aliæque vicinæ circumiacentes exhauſtæ Prouinciæ, non eo ipſo in extremam perniciem præcipitari, ac tamdem tam no: quam innocentes pariter perire neceſſum habeant

Quocirca Cæſaream S. M. obſequentiſsimos Principes & Ordines iterum atque iterum humillimo obſequentiſſimoque ſtudio rogare, Cæſar. S. M. innatam ſuam Cæſareo-Regiam bonitatem atque elementiam non adeo prorſus intercludere, multorum Chriſtianorum innocentiam, cumprimis vero iſtarum Prouinciarum, quæ omni tempore in conſtantiſsima fidelitate, bona, corpus, honorem & ſangui-

Digitized by Google

& ſanguinem apud Cæſaream S. M. eiuſdemue laudatiſſimos Dominos Anteceſſores, extreme lubentiſſimi & promptiſsimi nauci æſtumarunt, elementiſsime perpendere, Sereniſsimorũ aliquot Dominorum, aliorumque S.R.Imperii Principum & Ordinum fideliſsimam fideliter conſiderare, & tandem ad iſtiuſmodi ſalutaria media ſeſe commoueri clementiſsime patiatur, quæ ad tranquillitatem, pacem, & proſperitatem prouinciarum vtilia, ad intemperiei iſtius ſublationem conducibilia, & quibus denique grauiſsimis Relligionis grauaminibus, idonea ipſis prius cautione ſufficienter præſtita, commodiſsime obuiam iri queat.

Ad alterum nunc Punctum propoſitionis Cæſareæ quod attinet, in quo Cæſarea S. M. per cauſſas aliquot impulſiuas obſequentiſsimos Principes & Ordines, Auguſtanam Confeſsionem amplectentes, exhortatur, quod, haud iam conſiderata inter Bohemiæ Ordines, & Principes atque Ordines Sileſiæ ſancita tamque ſancte confirmata confœderatione, ſiue Vnione, huic intemperiei ſeſe immiſcere, vel vnica adſiſtentia iiſdem Bohemiæ Ordinibus gratificari neutiquã teneantur: ad hæc Obedientiſsimi Principes & Ordines reſpondent: extra omnẽ dubitationis aleam ſeſe ponere, Cæſaream S. M. elementiſsime ſibi reuocaturam in memoriam id, quod mox ab exorto iſto Bohemico incendio Cæſareæ S M. humillimo ſummiſiſsimoque ſtudio inculcauerint: nimirum, quod ex multarum Prouinciarum exemplis atque hiſtoriis teſtari poſsit, ex graui perſequutione & perturbatione Relligionis, cumprimis cui tam Romanorum Imperatores, quam Reges Priuilegiis atque Conceſsionibus ſuis adeo ſancte cauiſſent, nihil aliud in quodam Regno & Prouincia metuendum ſiet, quam iſtius deuaſtatio, magnæ ſeditiones, mutationes, & tamdem extremum excidium atque deplorandus interitus. Iuxta illa Cæſareæ S. M quoque Obedientiſsimi Principes & Ordines porro ſummiſiſsime & multis quidem circumſtantiis propoſuerunt, quomodo videlicet iſta intemperies vnice & ſolum ex Relligione ſuam traxerit originem, quæ multis hinc ab annis grauiſsimis perſequutionibus indignis modis preſſa & ferme obpreſſa fuerit: qua de cauſſa Cæſaream S. M denuo obſequentiſsime rogarunt, vt iſtiuſmodi clementiſsime in medium proponeret me: & remedia, quibus Euangelico-Orthodoxæ relligionis, tam in Bohemia, quam in Sileſia, cultoribus idonee caueretur, iiſdemue per omnia ſatisfieret: quo tamdem ſufficiens in puncto relligionis aſſecuratio ſubſequi, & ſæpiſsime nunc allegata grauiſsima grauamina tolli, atque adeo omnia priſtino ſuo nitori & vigori reſtitui poſſent.

Quo melius autem & luculentius hancce ſuam fideliſſimam & ſummiſſiſsimam intentionem teſtatam facerent, ad Cæſaream S. M. magnis ſane ſumptibus inſignem quamdam legationem ablegarunt, per ſuos delegatos ſupra poſitam petitionem inſtanter admodum vrgeri, & ſibi commodiſſime ſatisfieri humillime curarunt: quemadmodum etiam pari modo Ordinibus Bohemiæ per alios peculiareis legatos, quod videlicet omnibus moderatis conſiliis & mediis ſeſe adaptare teneantur, neceſſariam inſtructionem dedimus, omnia cumprimis eum in finem, quo melius comodiuſue in Cæſareæ S.M. Regnis & Prouinciis inter vtriuſque Relligionis cultores omneis ſiniſtræ opiniones tolli, econtra vero bona & conſtans correſpondentia conſeruari, ac tamdem, in proprium Cæſareæ S. M. Prouinciarumque incrementum, & emolumentũ, optata pax imperturbata maneret

nere, atque omneis periculoſiſſimæ inteſtinæ ſeditiones iterum tolli & ſedari poſſent.

Vt quoque Cæſareæ S. M. eo clarius manifeſtiuſque fiat, quod periculoſiſſimi iſti in Bohemia exorti motus ex nulla re amplius, quam ex Relligione, ſuam trahant originem: quodq; homines eſſe oporteat, qui ſæpiuſcule, ex mera inuidia Relligionis, ob ſeditioſos motus Prouinciarũ quaſi exultent, & eoſdem & alant & promoueant: iccirco obſequentiſſimi Domini Principes & Ordines Cæſareæ S.M. peculiariter, & pro omnibus neceſſitatis vrgentis requiſitis, retulerunt, qualis videlicet perturbatus ſtatus, ob Relligionis negotium, aliquot hinc ab annis in Sileſia exſtiterit, & quam pernicioſiſſimas turbationes & perſequutiones Auguſtanam Confeſſionem amplectentes hactenus perferre & ſuſtinere neceſſum habuerint. Et quoniam Cæſarea S. M. per delegatum ſuum Cæſareum, ſuo loco commemoratum Dominum Stralendorffium, ſeſe Prouinciarum Priuilegia atque Maieſtatis litteras quam clementiſſime protecturam, tum Principes & Ordines hactenus ſemper bene ſperaſſe, Cæſaream S. M. Regni Bohemiæ, & huius Prouinciæ in nupera legatione vnanimiter propoſita Relligionis grauiſſima grauamina pro iiſdem agnituram, & omnia ſua conſilia eo potiſſimum directuram, quo citius ac maturius iiſdem obuiam iri potuerit, cumprimis quod Cæſareæ S. M. neutiquam fuerit incognitum, in qua coniunctione & Vnione, in puncto turbatæ Relligionis, Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, cum obſequentiſſimis Principibus & Ordinibus in Sileſia inter ſe inuicem obligati & obſtricti ſient, & quod, loco præſtiti iuramenti, alter alteri in periculis & anguſtiis ſuccurrere teneatur.

Aſt obſequentiſſimi Principes & Ordines primo ex hac Cæſarea propoſitione intelligunt, quod Cæſareæ S. M. inculcetur, quaſi motus Bohemicus non ex Relligione exoriri poſſet, & nulla offenſio ſiet probabilis, quodque demolitio noui templi Cloſtergrabenſis, & punitio miſerorum Braunauienſium, & hiſce ſimilia, ad Maieſtatis litteras minime pertineant: nam & pro ſecundo, in Cæſareæ S. M. nupera obſequentiſſimorum Principum & Ordinum delegatis ad propoſita Relligionis grauamina elementiſſime communicata reſolutione colligitur, quod Relligionis iſta grauamina omnem importantiam floccipenderint, ſed eo potiſſimum directa fuerit, quam in iiſdem nihil contra ius & æquitatem ſuſceptum eſſe.

Ad primam igitur conſiderationem, Ordinum Bohemicorum prætenſionem concernentem, quod attinet, quilibet fateri neceſſum habet, manifeſtumque & notorium eſt, quod templum Cloſtergrabenſe primum poſtquam miſeri homines totam iſtam ſtructuram conſummaſſent, ſolo adæquatum, quodque ſimiliter aliquot ciues Braunauienſes in vincula coniecti, iiſdemue, vt videlicet claueis templi in Bohemicam Cancellariam deportarent, ſerio iniunctum fuerit: omnibus pari modo notum manifeſtumque eſt quod, dum directores conueniſſent, & inter ſe inuicem de hocce Relligionis negotio deliberaſſent atque conſultaſſent, Cæſareæ S. M. perſuaſum fuerit, quaſi iſte Conuentus contra Cæſareæ S. M. perſonam propriam, eiuſdemque reputationem atque exiſtimationẽ Cæſaream ſuſceptus eſſet: cuius rei cauſſa adeo ſeuera meras minas ſpirantia mandata contra directores iſtos edita promulgataque ſunt: quemadmodum ii ipſi, qui

Relli-

Digitized by Google

Relligioni aduerſantur, peculiari modo ex Relligionis negotio, rebellionis & politicos exceſſus ſumo Magiſtratui imaginantur; vt etiã, veluti veteris, nouæ & veteris Pragenſiũ vrbiũ ſenatus ipſe fatetur, defenſores diſturbari ſegregariue debuerint, dũ ex ſuo medio, ad duas partes poſtulationis Defenſorũ, nemine ablegare exhortati fuerunt: quodq; iſtiuſmodi inſtructiones tum temporis datæ fuerint, vt, abſque Cæſareo iudice (cui officio ſemper Romano-Catholicæ Relligioni addicti præponebantur) ii SVB VTRAQVE conuenire prohibiti fuerint: vt iam taceamus quod in hacce propoſitione Cæſarea deſtructio & ſolo adæquatio templi Cloſtergrabenſis adprobetur, & pro Relligionis turbatione non æſtumetur: Item quod prætendatur, Cæſaream M. laudatiſsimum glorioſiſsimumque iſtum Romanorum Imperatorem Rudolphum II. pientiſsimæ feliciſsimæque recordationis, litteras Maieſtatis tradere numquam in ſua poteſtate habuiſſe, ſed eaſdem dolo & vi extortas fuiſſe: item quod Ieſuitæ glorientur, iam exoptatum adueniſſe tempus Regnum Bohemiæ inuadendi &c. vti ſupra commemorauimus: & denique quod è publicis templorum ſuggeſtibus Relligionis SVB VTRAQVE cultores, etiam contra expreſſum litterarum Maieſtatis interdictum, conuitiis proſcindantur, iiſdemue diuerſimodi ficti exceſſus imponantur.

Quod autem hæc aliaque quam plurima grauiſsima grauamina nihil aliud ſient, quam Relligionis perturbationes atque perſequutiones: Principes & Ordines, iuxta ipſorum debitum obſequium aliter colligere minime potuerunt: iiſdem quoque non medioxumum parit cordolium, quod tam grauiſsima impedimenta Relligionis, eiuſdemue liberi exercitii, à Cæſareæ S. M. Conſiliariis non pro Relligionis negotiis & perſequutionibus agnoſci & haberi velint.

Ex quibus omnibus Meridiana luce clarius adparet Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, non immerito perſequutionem Relligionis ſuæ allegare, eamdemue pacis oſoribus & Relligionis hoſtibus imputare. Parimodo negari neutiquam poteſt, ſed omnibus & ſingulis notum manifeſtumque eſt, quod ſolo adæquationes templorum, ob templorum exſtructiones & liberum Relligionis exercitium hominum in vincula coniectiones, clauium ad templa ablationes, & ſimilia ſupra commemorata duriſsima grauiſsimaque grauamina &c. nihil aliud ſient, quam Relligionis oneroſa grauamina: idipſum quod exinde etiam probari poteſt, quod Ordines Bohemiæ coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. ac toto mundo ſancte adteſtentur, ſeſe Cæſareæ S. M. fideliſsimos obſequentiſsimoſque ſubditos ad extremum etiam vitæ ſuæ ſpiritum permanſuros, corpori ac ſanguini ſuo neutiquam parſuros, modo aſſecuratio in puncto Relligionis ipſis præſtaretur.

Quum itaque nullas ſeculares vel politicas res prætendant, ſed ſolummodo aſſecurationem ſuæ Relligionis, eiuſdemue liberi exercitii, humillime vrgeant: (quam Cæſarea S. M. ipſis facillime præſtare poterit) exinde Cæſarea S. M. eo facilius colligere & animaduertere poteſt, quod Bohemiæ Ordines meram Relligionis ſuæ aſſecurationem, nihil vero aliud, moliantur, vrgeant, & efflagitent.

Eodem modo, pro ſecundo, comparatum eſſet cum grauaminibus, quæ Principes & Ordines, Auguſtanam Confeſsionem amplectentes, hactenus patienter ſuſtinere neceſſum habuerunt, quæque in omnibus ferme legationibus

Cæſareæ S. M. humillimo obſequentiſsimoq; ſtudio proponi curarunt, & eorũdem clementiſsimam ſubleuationem vel ſaltim mitigationẽ inſtanter petierunt, quemadmodum eius rei gratia ſufficientes deductiones, quærelæ, aliaque ſcripta rogatoria apud Sileſiorum expeditionem magno numero reperientur, & quæ heic, modo dicta iam de cauſſa, non immerito ſicco pede prætermimus. Hactenus quoq; obſequentiſsimi Principes & Ordines indubia ſpe lactati ſunt, quod omnia iſta ſæpius nunc commemorata grauiſsima grauamina per exoptatam & Maieſtatis litteris conformem reſolutionem Cæſaream omnino tolli debuerint.

Quod autem omnia iſta, præter omnium ſpem & expectationem, in effectum minime deducta, ſed, vice verſa, hinc inde in relligionem commiſſæ perturbationes probatæ fuerint: id ex nuperrime Cæſareæ S. M. edita, & Delegatis in Vienna tradita reſolutione copioſioribus liquido conſtat.

I. Nam, pro primo, in eadem iſta reſolutione, ad nudam Romano-Catholicæ partis adſertionem, negotium Relligionis pro politico exceſſu acceptatur & declaratur.

II. Pro ſecundo, Vniuerſum Relligionis negotium non ad litteram Maieſtatis epiſtolæ fundatur, ſed ad relationem Commiſſariorum, & ad Cæſareæ S.M. exinde ſubſequutam reſolutionem: cum tamen Cæſarea S. M. omnia mandata, reſcripta, Commiſsiones, & reſolutiones, omnino à ſeſe remouiſſet, ac annullaſſet.
A. C. M. Pari modo ſemper hactenus pro peculiari Prouinciali grauamine æſtumatum
DC. IV. & fuit, dum Commiſsiones inſtitutæ, in aulam relatæ, & exinde difficillimæ pericu-
A. C. M. loſiſsimæque reſolutiones extortæ fuerunt: quod tamen intermittendum eſſe
DC. IIX. Cæſarea S. M. Rom Imperator Rudolphus II. p. m. in peculiaribus quibuſdam
18. d. Iulii. Reſolutionibus Cæſareis imperauit: quemadmodum & hodierna regnans Cæſa-
NB. rea M. ipſa: Maieſtatis litteræ vero ſequentia verba complectuntur: Ne quis autem hiſce impedimentum vel remoram quamdam iniiciat, iccirco tenore præſentium omnia mandata in Vniuerſum tollimus. & iterum: Si contra iſtam pacem Relligionis & eiuſdem aſſecutationem vnicum forſitan mandatum, vel ſimile tale quidpiam, quod minimum etiam impedimentum adferre poſſet, ederetur, id nullatum virium & pro inefficaci æſtumetur.

III. Pro tertio ſufficientiſſimum quoq; eſſe iudicatur, ſi loci cuiuſdam Capitaneus, etiamſi is Romano-Catholicæ Relligioni addictus ſiet, Cæſareæ S.M. rerum ſtatum (qui tamen Relligionis perſequutionem concernit) ſignificat, ob quod dein grauiſsimæ periculoſiſsimæq; reſolutiones ſubſequuntur, & miſeri innocenteſq; homines in exilium pelluntur, adeoq; in extremam perniciem præcipitãtur.

IV. Pro quarto Maieſtatis litteræ eo detorqueri volunt, quod videlicet, ad IVS PATRONATVS ſpectari eroporteat, quod tamen adeo clare atque dilucide in Maieſtatis iſtis litteris vndique ſublatum eſt.

V. Quinto, Ad loci Ordinarium quoq; reſpectus implicite introduci conatur, cui tamen obſequentiſsimi Principes & Ordines, Auguſtanam Confeſsionẽ amplectentes, ne minimum quidem cedere voluerunt. Deniq;, ad Romano-Catholici Magiſtratus relationem plus, quam ad Maieſtatis Litteras, reſpicitur, quũ tamẽ grauamina relligionis in hoc potiſſumum conſiſtant, quod Maieſt. litteræ recte &

merito

Digitized by Google

merito conceumunt: *quod omnibus in locis, ſub Eccleſiaſtico & ſeculari Magiſtratu, templa exſtruere ſubditis, Auguſtanam confeſſionem amplectentibus, conceſſum ſit: quod etiã omnibus in locis in Sileſia ob Religionẽ homines, ut ab officiis, ita quoq; à iure Magiſtratus ciuilis non excludi debeant, cum id ad ſubpreſſionem & extirpationem Auguſtanam Religionem amplectentium pertinere videatur &c.* cum tamen Auguſtanæ Confeſsionis cultotibus omnibus in locis liberum impeditumque Relligionis exercitium, concionibus aliiſq; diuini cultus ritibus peragendis, permittat. NB.

Nulla autem heîc à Romano-Catholicis ante Maieſtatis litteras impetrata Priuilegia contraria allegari poſſunt, quum omneis iſtiuſmodi colores, turbationi Relligionis Auguſtanæ Confeſsioni inſeruientes, præciſi ſunt: quemadmodum & iis ipſis, quibus tẽpla poſt impetratas Maieſt litteras obſerata fuerunt, merito iterum reſerari, & relligionis negotium priſtino ſuo vigori & nitori reſtitui debet. Omneis aũt iſti hactenus commemorati articuli in Cæſ. S. M. reſolutione Cæſarea ſicco quaſi pede prætereuntur, & vniuerſum Relligionis negotiũ partim ad dilationes, partim ad inconceſſas Comiſsiones, partim vero ad ſuſpectas relationes, atq; iſtiuſmodi vias diriguntur, quibus Auguſtanæ Confeſsionis cultores magis magiſq; indies aggrauantur. Quum itaq; nunc toti terrarum Orbi cognitum manifeſtumq; fiet, quod omnia iſta, quæ hactenus ordine percenſuimus, recta ac vera Relligionis grauamina ſient, & negari non poſsit, ꝙ, tam in Bohemia, quã etiam in Sileſia, Relligio quibuſdam in locis vehementer admodũ perſequuta fuerit, in moderna etiam reſolutione Cæſ. tantopere petitæ aſſecutationis, hiſce Prouinciis vel Bohemiæ Ordinibus præſtandæ, ne minima quidẽ fiat mentio (ob q̃ tamẽ obſequentiſsimi Principes & Ordines in nupera Legatione tã ſollicite apud Cæſ. S. M. inſtarunt, & in ſpecie ſubpreſsionẽ Relligionis ad omnem neceſsitatem latiſſime deduxerunt) iccirco Cæſ. S. M. obedientiſsimos Principes & Ordines, vti confidunt certoq; ſibi pollicentur, minime arguet & culpabit, ꝙ illud ipſum præſtent atq; inuiolate ſeruẽt, quod Bohemiæ Ordinibus in Vnione, loco præſtiti iuramenti, promiſerunt, &, ad tam inſignem Cæſ. S. M ratificationem, iiſdem obligati ſunt: quũ quilibet, ex præſcripto diuini humaniq; Iuris, illud ſeruare teneatur, quod ſano mentis ſenſu, in nomine Dei Ter Opt. Max. iuramenti loco, fide & fidelitate ipſa interpoſita, promiſit: econtra vero nihil aliud, quam certã pœnam diuinam iſta ſua verborũ fideiq; ſuæ violatione expectandam habeat: quorũ tamen obſequentiſsimi Principes & Ordines præpoſtero modo ſeſe participes reddere, ac iuxta principale, inclytũ, nobiliſsimum & honeſtiſsimum nomen, honorem & conſtantiam, in ſemel decretis promiſsiſq; auxiliis, contumelioſe labefactare ipſis nullo modo, corã vniuerſa Chriſtianitate, ad quã hæcce Coniunctio longe lateq; ſeſe explicauit, abſq; mala fama, apud gratam poſteritatem foret excuſabile.

Verum enimuero ſæpius nunc commemorati Principes & Ordines, Confeſſionem Orthodoxo-Auguſtanam amplectentes, hiſce publice coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. & coram vniuerſo mundo proteſtantur, quod ſolummodo, in puncto Relligionis, hoc ſuum auxilium interpretentur, non autem contra Cæſareo-Regiæ S. M perſonam, ſed contra pacis publicæ turbatores directum ſiet: ſed quod modo dictum illud ipſorum auxilium expreſſe eo intelligi debeat, quod obſequentiſſimi Principes & Ordines hiſce maioribus (quam quæ in Vnione compræhenduntur, & ad quæ ſeipſos obligarunt, cumprimis vero il-

ro illius, cuius Bohemiæ Ordines incuſari volent, niſi illud Relligionem concernat.) ſeſe obſtringere neutiquam velint.

Ex quibus omnibus obedientiſſimi Principes & Ordines indubia ſpe freti ſummopere confidunt Cæſaream S. M. cauſſas iſtas inpulſiuas, maxumopere vero quod apud X I. indigetatur, fideliſſimis obſequioſiſſimiſque Principibus & Ordinibus neutiquam imputaturam, neque illud ipſum ad ipſorum perſonas directuram.

Pari modo obſequentiſſimi Principes & Ordines Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, Cæſareæ S. M. pollicentur, quamprimum Ordinibus Bohemiæ, SVB VTRAQVE, & huic Prouinciæ æqua certaque ſatisfactio & aſſecuratio in puncto Relligionis amplius non turbandæ, Maieſtatiſque litterarum in omnibus ſuis articulis, clauſulis & punctis, abſque vlla interpretatione vel alia contraria Reſolutione inuiolabiliter ſeruandarum, fieri debeat, ipſos tamdē abſque vlla vlteriori mora auxiliareis ſuas copias iterum reuocaturos. Quibus obſequentiſſimi Principes & Ordines Cæſareo-Regiæ S. M. humillimo & obſequentiſſimo ſtudio ſeſe commendant. Dabantur Vratislauiæ in Vniuerſali Principum & Ordinum Conuentu XII. Octob. A. C. M DC. IIXX.

## CAPVT XLIX.

HIſce in Sileſia commemorato modo rite peractis, Bohemiæ Ordines ſub initio Anni M. D C. XIX. Conuentum celebrarunt, & ſequentem epiſtolam ad Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ ablegarunt.

### *ORDINVM BOHEMIAE AD SERENISS. DOMINVM ELECTOREM SAX. SVSPENSIONEM ARMORVM CONCERNENTES LITTERAE.*

Sub dato Pragæ XVI. Feb. A. C. M. D C. XIX.

SERENISSIME CELSISSIMEQVE Elector, Domine clementiſſime, quod præter omnium ſpem & expectationem, multis nunc hinc elapſis ſeptimanis, inter alia & Capitale hocce impedimentum (dum hactenus nondum ſequutam Dominorum Principum & Ordinum in ſupe: & inferiori Sileſia reſolutionem ſeren. V. C. etamiſimus) obtigerit, cuius gratia S. V. C. ad nos miſſus Legatus, Nobiliſſimus & ſtrenuus Dominus IACOBVS GRVNTHALIVS in Krembſeichen & Vogeſtat &c. S. V. C. Conſiliarius, & ſupremus inſpector Comitatus Mansfeldici, Capitaneus Sangershuſanus, præter noſtram voluntatem dilucide atque categorice à nobis cum contento non dimitti potuerit, id in ipſa rei veritate nobis neutiquam gratum acceptumque accidit: quemadmodum eius rei gratia ad modo dicti Domini Legati relationes ac bonam rerum harum dilatarum ſcientiam nos hiſce referimus, certa indubiaque ſpe freti S. V. C. hanc iteratam noſtram moram non nobis, ſed diſsitis locis Dominorum noſtrorum Confœderatorum, & irreuocabili volubilitati temporis, quæ in huiuſmodi arduis negotiis citra ſenſum è manibus quaſi elabitur, potiorem cauſſam clementiſsime imputaturam.

Quum

Quum autem hodierno ipſo die à commemoratis paullò ante Dominis Principibus & Ordinibus ſcripto comprehenſam ſuam Reſolutionem (vti S. V. C. ex adiuncta Originalis deſcripti copia facile colligere poterit) acceperimus: ex pellectione tantum ſane colligimus, quod ipſorum Domini delegati, Adſeſſores & conſiliarii, qui non dumtaxat ſuam ſuæque Prouinciæ neceſſitatem imminenti hocce Interpoſitionis negotio vrgebunt, ſed & pro nobis noſtriſque grauiſſimis grauaminibus intercedent, ad nos ſe conferendi in mandatis habeant.

Licet vero in hacce ipſorum hiſce noſtris inſerta reſolutione induciarum nulla fiat mentio: attamen hoc ſimul humillime animaduertimus, quod non ita pridem, fida fidelique ex Correſpondentia, commemoratis iſtis Dominis Principibus & Ordinibus mentem noſtram aperuerimus, quod videlicet, ad noſtram quidem partem quod attineret, in propoſitas, ſecuras atque ſynceras inducias, certis tamen admodum neceſſariis quibuſdam cum conditionibus ad præfixum quemdam terminum acceptare parati ſimus, indubia ſpe freti Dominos noſtros Confœderatos non dumtaxat hancce noſtram intentionem adprobaturos, verum etiam iiſdem (induciis) ſubſcripturos fore. Quo melius interea vero ante ipſorũ aduentum, ad præcauenda maiora damna, têporiſq; lucrationem, eo ꝓpius ad negotium iſtud accedamus, & certis quibuſdam præparatoriis inſtructi ſimus: iccirco in puncto ſuſpenſionis armorum hæc noſtra eſt declaratio ſiue Reſolutio, quam Ser. V. C. (cui nos in Regno Bohemiæ, ceu ſuauiſsima noſtra omnium patria, commendatiſsimos eſſe neutiquam ignoramus) hiſce humillimo obſequentiſsimoque ſtudio tramittimus, ſummiſſiſſime eamdem &: rogantes & obteſtantes, vt clementiſsime & mature perpendere ne dedignetur, quibus videlicet aſſecurationis mediis imminentes iſtæ induciæ, vel armorum ſuſpenſio, certis quibuſdam articulis comprehendi poſſet, vt ita laudatiſsimum hoc Regnum iocundiſſima noſtra patria & Euangelici Domini Ordines, noſtri Domini Principales, atque vicinæ incorporatæ Prouinciæ, ob inuiolate ſeruatas iſtas inducias, & ita de indemnitate aſſecurari poſſent, cumprimis quod omnis iſte etiamnum hodie durans ſeditioſus motus ex non ſeruato promiſſo, tamquam omnium malorum ſcaturigine, promanarit.

Omnibus autem Cæſareæ S. M. antehac ad Ser. V. C. alioſque S. R. Imperii Electores atque Principes adeo paternis pacificiſque datis litteris è diametro quaſi repugnant Cæſarei Commiſſarii patenteis litteræ &, quas vna ſecum circumfert, tractationes, quæ manifeſto ad diuerſimodâ hoſtilia attentata anſam occaſionemque præbuerunt: ſummus enim belli Imperator Comes Boucquoius peregrinus, nec, quantum quidem nobis ſcire licet, in S. R. Imperio immatriculatus eſt, multo minus in eodem reſidet: iccirco etiam nulli S. R. Imperii iuri ſubiectus eſt, adeo, ſi n exceſſum forſitan perpetraturus ſiet, ne numus quidem, compenſationis loco, ab eo extorqueri poterit. Idem, modo iam dictus Boucquoius, contra aliquot mandata & inhibitiones, nihilominus incendiis hoſtile ſuum deſiderium expleuit: Comes Tampirius vero ſuo tempore, durantibus adhuc motibus Auſtriacis, ſub ipſis induciis, Domini à Kinsberg ditionem hoſtiliter inuaſit, quo facto induciæ violatæ ſunt, Comes autem id non ſolummodo impune tulit, verum etiam ad altiorem dignitatis gradum euectus eſt, adeo vt nos, rebus ita & cõmemorato modo comparatis, extra Ser. V. C. ceu à Cæſarea S. M. cle-

clementiſſime exoratam inſignem Electoralem aſſecurationem, ſeruanti parti adſiſtendi, non ſeruanti & violanti vero perſequendi, nullam certiorem aſſecurationem inuenire poſſumus. Indubia igitur ſpe freti maxumopere confidimus Ser. V. C. hancce noſtram declarationem ſiue reſolutionem non dumtaxat clementiſſime adprobaturam, verum etiam iſtas inducias, vna cum inpendente interpoſitionis negotio, ad impetrandam recuperandamque ſalutarem atque conſtantem pacem, proxima quaque occaſione quamprimum promoturam, eidemque vti hactenus, ita & impoſterum quoque, grauiſſimum hocce negotium curæ cordique eſſe clementiſſime paſſuram: clementiſſimam S. V. C. ad hanc, vel alteram partem Reſponſionem humillimo obſequioſiſsimoque ſtudio expectantes, & S. V. C. Dei Ter Optumi Maxumi diuinæ protectioni atque tutelæ humillime ſimul commendantes: Dabantur in Pragenſi arce 16. Feb. A. C. M. DC. XIX.

## CAPVT L.

## *SERENISSIMI DOMINI ELECTORIS SAXONIAE AD BOHEMORVM EPISTOLAM RESPONSIO.*

Sub Dato Dreſdæ XIV. Feb. A. C. M. DC XIX.

DEI GRATIA IAN-GEORGIVS Dux Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ & Bergæ, S. R. Imperii Elector &c. S. N. Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Honeſtiſſimi, prudentiſſimi, perfideles dilecti &c. Veſtras, ſub dato XVI. huius M. litteras vna cũ adiunctis copiis XI. huius probe accepimus, & exinde intelleximus qua videlicet ratione modoque in propoſitam armorum ſuſpenſionem conſentire poſſitis, & quæ porro in eadẽ veſtra epiſtola petieritis. Quamuis autem nobis nihil nunc fuiſſet gratius & acceptius, quam vt, ad noſtram ante X. ſeptimanas factam delegationem & propoſitionem, iſtiuſmodi iuſta reſolutio hoc modo ſubſequuta fuiſſet, quo ad principale negotium tamdem aliquando perueniri, tempus lucrari, atque adeo non contemnendi ſane ſumptus aliæque incommoditates euitari hactenus potuerint.

Quoniam vero illud ipſum (quod à vobiſmetipſis non vna dumtaxat vice apud Romano Cæſaream M. Hungariæ & Bohemiæ Regem, Dominum noſtrũ clementiſſimum, & nos quæſitum petitumque, quodque ab aliquot Electoribus aliiſque S. R. Imperii Principibus, omnibus etiam Coronæ Bohemicæ incorporatis finitimiſque Prouinciis vobis itidem ſuaſum fuit) acceptaueritis, aliis quoque illud communicari vobis placeat: id ſane, ad noſtram partem quod attinet, inhibere minime potuimus, & longiorem iſtam moram inuito prorſus animo hactenus perferre neceſſum habuimus, ſumma ſpe freti, nos, ſi interea aliquid ſiniſtri forſitan acciderit, apud omneis & ſingulos, tantæ moræ cauſſa, excuſatos fore. Sin enim, vti nobis quidem certo perſuademus, ante X. vel XI. ſeptimanas à Cæſarea S. M. nobis, aliiſque Electoralibus Dominis Interponentibus, clementiſſime tradita commiſſaque interpoſitio, eiuſdemue requiſita, ad illud à nobis præfixum, & vobis aliiſque perſcriptum ſignificatumque tempus atque locum, continuata fuiſſent, veſtramque ea ipſa de re, rotundã categoricamq; reſolutionẽ percepiſſemus, tum, auxiliante diuina gratia, & Interponentium noſtrorum fideliſſima cura, pcul omni dubio, multo propius ad exoptatam pacis metam peruentũ, multiſ-

multiſq; interea incomoditatibus obuiatū eſſet. Quum itaq; principale negotiū in hoc cōſiſtat, &, ſecundante illud Deo Ter Opt. Max. mediante noſtra ſolertia & moleſtia, eo deductū promotumq; ſiet, ꝙ Cæſ. S. M. vti ſupra diximus, iā dudum in ſæpius nunc comemoratam interpoſitionē elementiſſime conſenſerit, & itidem comemoratis Dominis interponentibus rei ſummam commiſerit, ante præfixum tempus locumque adprobarit, certas quaſdam perſonas ad præparationem conſtituerit, & etiamnum conſtanter in eo adquieſcat ſummoque ſtudio iſtius promotionem clementiſſime deſideret: Domini interponentes quoque vna nobiſcū ſibi, in commune Reipublicæ emolumentum, elementiſſime imponi patiantur: (exceptis quibuſdam qui ad interpoſitionis iſtius inchoationem in perſona propria Agriam verſus comparere grauantur, quibus tamē, vti maxume confidimus, conuenienti modo ſalutaria adhibebuntur remedia) vosmet ipſi etiam interpoſitionem iſtam inſtanter humillime deſideraueritis, Principes & Ordines in Sileſia in eamdem etiam conſenſerint; & certas quaſdam perſonas ad tractationem iſtā ceu delegatos conſtituerint: Marchionatus Morauiæ & inferioris Auſtriæ vero eādem non ex manibus eripi, fideliter ſuadeant; ſed multo potius deputatos Electores, aliosque S. R. Imperii Principes ad eiuſdem (interpoſitionis) promotionē humillime implorent, id quod inferioris Auſtriæ, ſub dato XV. Marchionatuſue Morauiæ tam Euangelicorum, quam Romano-Catholicorum Ordinum, ſub dato XXXI. Ianuarii, litteræ copioſioribus teſtantur. Quoniam vero nihil nunc reſtet amplius, quā vt Principale negotium ocyus ad manus ſumatur, illud promoueatur, alius ad tractationem iſtā locus nominetur, & certum definitumque tempus præfigatur, ad quod promouendum nos nullū non mouebimus lapidem: iccirco, ad exequendā iſtam nobis, aliquot Electora: & Principalibus Dominis Interponentibus clementiſſime comiſſam Interpoſitionē, XIV. diem April. ſtylo Nouo (cum res, diſſitis Dominis Interponentibus, & inſtantibus ſumis feriis, citius inchoari nequeat) denominamus & conſtituimus, clementiſſime vobis ſimul iniungentes, vt præfixo tēpore per veſtros pacificos & plenaria poteſtate inſtructos delegatos in vrbe Agria cōpareatis, & tractationi iſti interſitis: quemadmodum etiam illud ipſum Romano-Cæſareæ M. & cæteris Electora: & Principalibus Dominis Interponentibus non ſolumodo pari modo notū fecimus, verum etiā omnino confidimus Cæſaream S. M. & Sereniſſimos Electores & Principes in idem conſenſuros, ac vna nobiſcū & cæteros Dominos Electora: & principales Dominos Interponentes quoque ſuma ſolertia eo comoturos, quo tamdem periculoſiſſimū hocce negotium, adſiſtente Dei Ter Opt. Max. diuina gratia, componi, & conſtans pax atq; ſecura tranquillitas in iſto Regno Bohemiæ iterū plantari poſſent. Ad ſuſpenſionem armorum vero quod attinet, exoptaremus ſane, vt & iſti negotio ſimul ſatisfieri poſſet: quoniam vero nobis tramiſſæ conditiones graueis, late ſeſe extendant, & ita comparatæ ſient, quod videl. vlterioribus communicationibus, hinc inde tramiſſionibus, peculiaribus tractationibus, aliiſq; iſtiuſmodi requiſitis innitantur: ad quæ omnia tēpus requiritur, interea autē Principale negotium procraſtinaretur, ſumptus augerentur, & ad alias incomoditates anſa occaſioq; præberetur, quod tamē lubentius præcauere, & multo potius Principale negotium pro virili promouere vellemus: itaq; modo indigetatus iſte articulus, vti quidem nobis videtur, ad præfixum terminum &, ad Interpoſitionis

iſtius

iſtius Conuentum bene differri, atque tum bini iſti articuli pari paſſu adeo componi poterunt, quemadmodum id ipſi negotio conducibile atq; ſalutare videbitur: quemadmodum ſimiliter Romano-Cæſareæ S. M. aliiſque Electorali: & Principalibus Dominis Interponentibus veſtram ad nos exaratam epiſtolam eiuſdem ve ſummam notam fecimus, quo melius ipſorum delegatos atq; Conſiliarios huius articuli cauſſa informare, iiſdemue plenam concludendi poteſtatem facere poſſent. Spectamus quoque, ſi tractationis Interpoſitioniſque iſtius fieri debeat initium, Deum Ter Optumum Maxumum, ope diuinæ ſuæ omnipotentiæ, curam & labores Electora: & Principalium Dominorum Interponentium adeo ſecundaturum, vt maiora de diſarmatione & copiarum militarium dimiſsione, quam armorum ſuſpenſione verba faciunda ſient: ad quod diuina omnipotentia proſperitatem, diuinam gratiam atque clementiam paterne largiri clementiſsime dignetur.

Poſtquam etiam Romano-Cæſarea M. Dominus noſter clementiſſimus non ita pridem à nobis tutum ad Interpoſitionem iſtam receſſum pro Cæſareæ S. M. delegatis (quemadmodum illud ex noſtra vobis facta communicatione vos minime latebit) clementiſſime petiiſſet, nos vero illud neutiquam neceſſum eſſe iudicaſſemus, cumprimis quod Cæſarea S. M. ipſa, tamquam electus Romanorum Imperator coronatuſue Rex Bohemiæ, tutam itinerum aſſecurationem præſtare poſſet, & alias, vigore iuris gentium, legati inuiolabiles eſſe debeant: ideirco eadem de cauſſa nos coram Cæſarea S. M. excuſauimus, vobis tamen ad notitiam veſtram ſignificare voluimus, vt, iuxta clementiſsimam hancce noſtrã inſtructionem humillimum debitumq; obſequium præſtare numquam deſiſtatis. Id quod vos, ad veſtras ad nos perlatas litteras, clementiſsimæ reſponſionis loco, latere noluimus, Electoralem noſtram Clementiam vobis, vti & hactenus, ita quoque & impoſterum, clementiſsime impertientes. Dabantur Dreſdæ XIV. Febr. An. C. M. DC. XIX.

## CAPVT LI.

PErmutatis hunc, quem diximus, in modum Cæſareæ S. M. Sereniſsimorum Dominorum Electorum, aliorumque S. Rom. Imperii Principum & Ordinũ Bohemiæ Litteris, Interpoſitionis negotium concernentibus, Auſtriaci Ordines Euangelici ſequentem, Bohemorum incurſionem in Auſtriam concernentem, epiſtolam ad Cæſaream S. M. ablegarunt.

## *INFERIORIS AVSTRIAE ORDINVM EVANGELICORVM AD CAESAREAM MAIEST. LITTERAE.*

INuictiſsime Romanorum Imperator &c. Clementiſsime Domine, & Prouincialis Princeps &c. Ex illa 19. die Nouemb. nomine Cæſareæ V. M. per eius aulico-bellicum Conſiliarium, Cubicularium, & ſupremum inferioris Auſtriæ Capitaneum, Dominum Georgio-Andream ab Hoffkirchen / Baronem & Equitem, obſequentiſsimis vniuerſis & ſingulis inferioris Auſtriæ Ordinibus Prouincialibus, in tam Inluſtri Conuentu facta propoſitione primum humillimo obſequioſiſsimo-

ſiſſimoque ſtudio percepimus atque intelleximus, quod Cæſarea V.M.non dumtaxat nobis, vna cum communicatione iſtius à Domino Wolffgango Iörgero à Pöttingen, Barone &c. 26. huius ad Cæſ. V. M. datæ epiſtolæ, admodum paterne atque clementiſsime ſignificet, quatenus videlicet Bohemorum militareis copiæ dilectiſsimæ noſtræ Patriæ eo magis magiſque pedem imponat,& forſitan, iuxta communem diuolgatam famam, in eadem haece Prouincia hyberna caſtra figere meditentur: verum etiam clementiſsime nos ex: & adhortetur, vtadeo grauiſsimum opus,& quomodo forſitan maiori malo ſalutari conſilio obuiam iri poſſet, matura conſultatione atque deliberatione prudenter atque tempeſtiue ſatis perpenderemus.

Pro ſecundo autem ex illo ad Dominum Mareſcallum Prouincialem tramiſſo, & in eodem 19. d Nouemb. celebrato Conuentu pellecto decreto humillime quoque cognouimus, quo pacto Cæſarea V. M. eidem ( Mareſcallo ) clemẽtiſſime iniunxerit., vt in propoſitione Prouinciali obſequentiſſimis Ordinibus quamprimum indicet quod videlicet, haud perpenſa iam inter vtriuſque Religionis Cultores exorta differentia, præmiſſa habitaque ſat matura conſultatione, publicum priuato longe præferant.

Quemadmodum igitur ex eo Cæſareæ V. M. pro ſuo laudatiſſimo Archiducatu Auſtriæ habitam fideliſſimam paternamq; curam ſatis ſuperque cognoſcimus, ita quoque ipſi æquitati debitoque noſtro obſequio conſentaneũ eſſe autumamus, vt videlicet, pro modo commemorata Cæſareæ V. M. beniuolentiſſima erga hanc ſuam Prouinciam cura, obſequentiſſimas gratias ſummiſiſsime agamus. Equidem, penes illam Cæſareæ V. M. modo ante commemoratam in iſto Conuentu factam propoſitionem, maiora ſane & grauiora negotia vna cum laudatiſsimis Romano-Catholicis Ordinibus tractare, ac de iſtis peculiarem quamdam conſultationem inſtituere neceſſum habuiſſemus, ſi modo ad noſtram Cæſareæ V.M. in noſtro memoriali excuſatorio exhibitam, efflagitatamque & omni æquitati conſentaneam petitionem (quæ tamen potiſſimum in hoc vnice incumbit & adquieſcit, quod Cæſarea V. M. ſeſe erga nos clementiſſime declaret, an videlicet nos, iuxta tenorem laudatiſſimi pientiſſimæ recordationis Imperatoris MAXIMILIANI nobis clementiſſime impertitæ Religionis conceſſionis, Cæſareæ V.M. regia manu atque ſigillo præmunitæ Capitulationis, aliarumque tam ſcripto comprehenſarum quam oretenus in Morauicorum Dominorum Interpoſitorum, & Regni Hungarici Domini Palatini atteſtatis factarum Reſolutionum, non turbare, multo minus in eodem Religionis negotio perſequi, ad completionem ſynceri iudicii ſenatuſq; Aulici vero, quaſdam è ſuo medio proponere, & illud ipſum, quod tamen iam antea, nimirum, A. C. M. D C. X. publice, claris, expreſſiſq; verbis Romano-Germanica, non A T T I C A F I D E fuit pollicita, ipſo facto explere & exequi, ſeruare vel non ſeruare meditetur) vllo reſponſo dignata fuiſſet. Sed cum in hodiernum vſque diem modo dicto iam reſponſo longiorem moram nectat, & publicum bonum æque in illo verſetur, vt videlicet cumprimis inter Ordines Concordia in hac Prouincia iterum plantetur, diffidentia tollatur, & econtra vetus confidentia & bona Correſpondentia iterum reuocetur atq; propagetur: idcirco hactenus cum iiſdem (Romano-Catholicis) nullam conſultationem inſtituere potuimus: quemadmodum illud ipſum, in ſupra commemorato

noſtro memoriali, Cæſareæ V. M. ſatis ſuperque innuimus. Ne autem admodum dilectiſſimæ noſtræ iam, ob Bohemorum incurſiones, imminentes periculoſæ anguſtiæ negligantur, neque pro eiuſdem ſalute admodum neceſſariæ deliberationes atque fructuoſæ conſultationes impediantur, multo minus nobis vnica mora imputetur: icc irco, ex Cæſareæ V. M. paterna inſtructione, quamprimum clementiſsime imperatam conſultationem inſtituimus, & decretam obſequentiſſimam noſtram beniuolentiam, atque concluſam ſemel reſolutionem Cæſareæ V. M. ſequenti forma celare noluimus.

INVICTISSIME Romanorum Imperator, Domine Clementiſſime &c. Vnice hactenus ſperaſſemus (quoniam hic Archiducatus vna cum aliis inferioris Auſtriæ Prouinciis, iuxta præſcriptum libelli Oenipontini, multis ſane ex hominum memoria elapſis temporibus certis quibuſdam Priuilegiis præmunitus eſt, ne videlicet in vllum bellum OFFENSIVE, abſque præſcitu Prouinciæ, conſenſus præbeatur, & ſine præmiſſa conſultatione ſuſcipi debeat) Cæſaream V. M. antequam contra Bohemos arma arripuiſſet, illud cum obſequentiſſimorum Ordinum Prouinciarumque ante communicato conſilio, & de eodem matura habita deliberatione atque conſultatione, factitaſſe, ipſis cauſſas (ſine grauiſſimis ſiquidẽ cauſſis nullum bellum inchoatur) propoſuiſſe, & aliquanto maturius, quomodo ſcilicet ſeſe res cum Bohemica iſta intemperie habeat, clementiſsime iiſdem communicaſſe: nihilominus tamen iſta omnia hactenus neglecta ſunt.

Quamuis vero huic Prouinciæ præpoſitis & Vicariis, in à Cæſareæ V. M. conſcriptis copiis militaribus 15. Iunii huius Anni poſtulato diribitorio exhibitis decretis, clementiſſime ſignificatum fuerit, quod, ſi Cæſarea V. M. ob ingens imminens periculũ illud neceſſarium eſſe autumauerit, ea ipſa de cauſſa, obſequentiſſimi Ordines ad Vniuerſalem Prouincialem Conuentum publicato programmate citari debeant: quo facto etiam paullo poſt Cæſarea V. M. Vniuerſalẽ Conuentum Prouincialem clementiſsime indixit, cui & nos, ex debito humillimoque noſtro obſequio, præſentes interfuimus: in quo non per exiguum dumtaxat temporis interuallum permanſimus, & propoſitionem auide expectauimus: aſt, contra omnem ſpem & expectationem noſtram, propoſitio iſta non ſolummodo non facta, verum etiam nullius rei gratia fuimus admoniti, adeo vt re infecta abſque vlla propoſitionis perceptione domum reuerti neceſſum habuerimus. Inſuper omne illud, quod alias de motibus Bohemicis ſcire nobis licuit, & quod indies de iiſdem adferebatur, nos, tamquam ſingulare myſterium, celabatur, ad bellum iſtud gerendum meri exteri & Romano-Catholicæ Relligioni addicti duces conſtituebantur, quod ſane nobis (vti Cæſarea V. M. facillime ſecum ipſa colligere atque perpendere potuit) non medioxumum quidem peperit cordolium, atque periculoſam quamdam diffidentiam, cumprimis quod à laudabilibus Romano-Catholicis Ordinibus ad tam iuſtiſſimam factam poſtulationem noſtram nulla adhuc fuerit ſubſequuta reſolutio, excitare poterit.

Quod autem periculum (quod primum Cæſarea V. M. 29. Nouemb. in adhortatione ſua clementiſſime nobis ſignificari curauit) & commemoratum iſtud incendium etiamnum tam late ſerpſerit: quod etiam Bohemi in ſuauiſſimam dulciſsimamq; noſtram Patriam hoſtilem impetum fecerint, & loca quædam, cumprimis Zvvethelam, occupauerint, triſti ſane ac ægerrimo animo illud perferre

Digitized by Google

ferre neceſſum habuimus, & omnibus ea propter viribus in id vnice incubuimus, quo tanti lónge lateque ſeſe diffundenti malo ſalutaribus remediis obuiaretur. Quocirca extra omnem dubitationis aleam ponimus ſi Cæſarea V. M. eius Regnis & Prouinciis tam arduum negotium mox ab initio, & antequam ad arma ventum eſſet, ad deliberandum clementiſsime propoſuiſſet, procul omni dubio iſtiuſmodi in medium propoſuiſſent remedia, quibus Cæſareæ V. M. non dumtaxat ſatisfactum fuerit, verum etiam omnia iſta enormia mature anteuerti potuerint: ſiquidem ipſiſſima teſtatur experientia omneis ferme cum Cæſareæ V. M. Regnis atque Prouinciis habitas conſultationes ſemper fortunatum exoptatumque portum attigiſſe, eumprimis quod ſua collata Conſilia etiam plerumq; ipſo facto in effectum deduxerint: idipſum quod Cæſarea V. M. ſi modo priora tempora ſibi reuocauerit in memoriam, re ipſa clementiſsime cognoſcet atque deprehendet.

Pari modo quoque cum Cæſareæ V. M. Regnis atque Prouinciis Lincii celebratus generalis Conuentus talem ſane exoptatum effectum ſortitus eſt, quod in eo cum Turcico Sultano confirmata pacis tractatio etiam contra præceptam aduerſariorum contrariam intentionem feliciter ſubſequuta, atque adeo Tranſyluania quoque penes Chriſtianos in hodiernum vſque diem conſeruata fuerit.

Quoniam vero in haece Bohemica intemperie hic modus Cæſareæ V. M. non arriſerit, ſed Electorum & Prouinciarum, quæ ad pacificam huius negotii accomodationem ſyncere ac fideliter conſilia ſua contulerunt, poſtpoſuerit, atque adeo prædictum quaſi antea infortunium ipſo facto apparuerit: probe iccirco perpendendum eſt quod illis ipſis, qui abſque maturiore rei conſideratione ad violentam armorum arreptionem inauſpicata abortiuaque ſua conſilia communicarunt, omnes ex male ſuaſo bello exortæ difficultates atque calamitates iſtæ adſcribendæ fient, qui etiam nunc, quomodo videlicet malum iſtud à ſuauiſsima noſtra Patria iterum auerti queat, contraria ac ſaniora conſilia non immerito conferant.

Ad nos equidem quod attinet, veu antehac & etiamnum fideliſſimi obſequentiſſimique ſubditi ad armorum adeo infauſtã inauſpicatamque arreptionem numquam ſuaſiſſemus, conſiderando quod euentus belli ſemper dubii, & errores in pugnando commiſſi irreparabiles, quodque omne bellum nihil certius quam vniuerſæ Prouinciæ deſolationem, turbationem iuſtitiæ, omnium bonarum Conſtitutionum ſalutariumque Sanctionum, bonæ diſciplinæ, honeſtatis, & omnium Commerciorum retardationem atque totalem metuendam intermiſſionem plerumque ſecum adtrahat, & nullum maius malum eſſe poſſit, quod nõ in bello adpareat, adeo vt etiam ipſa Victoria maiora damna, quam vtilitates, pariat.

Hiſce & ſimilibus de cauſſis ſane non videmus quomodo hodiernum periculum, & ante oculos quaſi obuerſans ingens calamitas (ſi aliæ iſtiuſmodi conſiderationes iam non occurrerent) abſque ſingulari potentiſſima reſiſtentia repelli poſſit. Quum enim Bohemorum exercitus adeo potens atque numeroſus fiet, vt etiam omneis V. C. M. tum temporis in Bohemia commorantes, militareis copiæ eumdem non retrahere potuerint, idem quoque indies ſubinde maiores vireis adquirat: parum ſane conducibile foret, etiamſi certus equitum pedi-

rumque numerus conſcriberetur: immo potius metuendum eſſet, quod Bohemi non dumtaxat totalem iſtam militis lectionem impedire, diribitoria inhibere, verum etiam ad id irritari poſſent, quo maioribus adquiſitis viribus Prouinciam hancce, patriam noſtram iocundiſſimam, eo magis magiſque hoſtilibus incurſionibus infeſtarent atque tamdem omnino peſſumdarent: adeo vt exoptandum eſſet, quod priores iſtæ militarium copiarum conſcriptiones intermiſſæ fuiſſent, quo facto Bohemia ſane iam adhuc ſtaret integra, nec tam illæ, (Bohemicæ) quã hæ (Auſtriacæ) Prouinciæ in tam extremam perniciem præcipitatæ, ſed, vice verſa, multa vtrimque accepta damna, innumerabileis innocentiſſimi ſanguinis horrendæ profuſiones, incredibileis facti ſumptus, & tot fortium militũ (qui, vrgente neceſſitate, vita ipſorum adhuc ſalua, contra communem totius Chriſtiani nominis hoſtem gnauam operam nauare potuiſſent) iacturæ tuto euitari quiuiſſent: cumque inſuper belli neruus admodum debilitatus ſiet, ordinaria munera ab per militarium copiarum tranſitus & diribitoria exhauſtis omnino ſubditis non exhibita fuerint, ſed prouincia, ob diuturnam adeo continuationem belli Turcici, ære alieno magnopere preſſa, Cæſareæ V. M. bona Cameræ ad tantum bellum gerendum non ſufficientes, Hungarici limites præſidiis denudati, Imperii circulorumque auxilia interclusa, atque tamdem Cæſareæ V. M. debita innumerabilia incredibiliaque ferme ſient, &, quod damnum, alias ineuincibile, auget, indies magis magiſque cumulentur: iterum atque iterum minime videmus, quomodo ad continuandũ bellum, vel maiorem militarium copiarum conſcriptionem (cum tempus & periculum nullam ampliorem moram patiantur) vllo modo ſuadendum ſiet.

Nihilominus tamen, vt tamdem ingens periculum & extrema pernicies euitetur, noſque, vna cum charis noſtris vxoribus & liberis, non prorſus extremo excidio (quod facillime fieri poſſet, ſin Bohemorum militareis copiæ, per ſuam iſtam in hãc Prouinciam factam impreſſionem, ad partem ab ipſis ablatam prædam recuperare conarentur) reſeruari oporteat, pro humillima noſtra conſideratione non abs re, ſed conducibile pro ratione temporis remedium fore æſtumamus, ſi primum ab obſequentiſſimis Ordinibus ex idoneis perſonis delectus fieret & ad Bohemos ablegaretur, qui ipſis inter alia referret omneis & ſingulos ſperaſſe, ipſos, ob veterem amicitiam & bonam vicinitatem, abſque vlla data cauſſa hanc Prouinciam non adeo hoſtiliter inuaſuros fuiſſe: eoſdem ſimul fideliter ad: & exhortarentur vt ab vlterioribus iſtiuſmodi attentatis inpoſterum abſtinere, copias ſuas militareis iterum retro reuocare, & ab hoſtili iſta deuaſtatione prorſus ceſſare neutiquam grauarentur.

Quoniam etiam res iſta nondum ex fundamento ſublata ſiet: iccirco humillimum noſtrum conſilium & obſequentiſſima eſſet beniuolentia, ſi Cæſarea V. M. obſequioſiſſima ſua Regna & Prouincias illuc exhortando commoueret, vt itidem proxima quaque occaſione certos è ſuo medio delectus conſtitueret qui in à Cæſarea V. M. indicto Generali Conuentu comparerent, de tam arduo grauiſſimoque negotio inter ſe inuicem mature deliberarent, & quo medio exoptata pax & communis tranquillitas (de quarum recuperatione alias tamen tractatio ſuſcipi oportet) iterum plantari propagarique poſſet beniuolentiſſime detegerent. Id quod Cæſaream V. M. raptim & breuiter humillimo obſequentiſſimoque

que

Digitized by Google

que ſtudio celare noluimus, ſummiſſiſſime ſimul rogantes, quum ex nullo alio adfectu (vti coram Deo Ter Optumo Maxumo ac vniuerſo mundo ſerio adteſtamur) quam obſequioſiſſimo humillimoque obſequio commemorata iſta omnia promanarint, vt Cæſarea V. M. hancce noſtram beniuolentiſſimam beniuolentiam, ex mero amore & fidelitate profectam, conſueta manſuetudine Cæſarea clementiſſime probare & adprobare neutiquam dedignetur:

Quodque Cæſarea V. M. per eiuſdem, ſub dato XXX. Nouemb. publicatum diuolgatumque decretum nobis clementiſſime iniunxerit, ne hoc loco pedē moueremus: in hoc (quantum quidē perturbatiſsimum hocce tempus, vniuscuiuſque propria neceſsitas & periculum conceſſerint) pro virili laudatiſsimorum Romano-Catholicorum Ordinum reſolutiones & declarationes expectabimus, eidemque obſequentiſsime nos accomodabimus. Cæſaream V. M. Dei Ter Optumi Maxumi clementiſsimæ tutelæ atque protectioni, noſmetipſos vero principali Prouinciali V. clementiæ humillime hiſce commendantes.

## CAPVT LII.

POſtquam vero Mansfeldius, repudiatis poſthabitiſque aliis ad: & exhortationibus, ab obſidione ciuitatis Pilſenſis neutiquam recedere voluerit, ſed interea eamdem armata manu occupauerit, ideo à Cæſarea S. M. XIX. Februar. A. C. M. D C. XIX. proſcriptus eſt, cuius, proſcriptionis, hæc ſunt in Orginali verba formalia.

## *ERNESTI COMITIS MANSFELDII PROSCRIPTIO CAESAREA.*

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA NOS MATTHIAS electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus in Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclauonia &c. Rex, Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Würtenbergæ, Comes Habſpurgenſis & Tyrolis &c. Notum facimus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Mareſcallis Prouincialibus, Capitaneis Prouincialibus, Prouinciarum Quæſtoribus, Ducibus, Vice-Dominis, Curatoribus, Adminiſtratoribus, Iudicibus Prouincialibus, Prætoribus, Conſulibus, Iudicibus, Conſiliariis, ciuibus, communionibus, aliiſque noſtri & S. R. Imperii, regnorum, hæreditariarumque Prouinciarum noſtratum ſubditis & fidelibus, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, atque conditionis illi etiam ſient, tenore præſentium noſtram amicitiam, clementiam & omne bonum: Reuerendiſſimi, Reuerendi, Sereniſſimi, Inluſtriſſimi perdilecti amici, agnati, & adfines, Electores Principes: Generoſi itidem, Nobileis, deuoti, fideles dilecti &c.

Quamuis in noſtri & S. R. Imperii Conſtitutionibus peculiariter cautum ſiet, quod nemo, cuiuscunque etiam ſtatus & conditionis, cumprimis nulli belli Duces, Equitum tribuni, Capitanei, Officialeis, aliique gregarii milites, ac omneis denique ii qui militarium adcurſuum, conuenticulorum, aliarumq; militum con-

ſcriptionum auctores, coryphæi, & anteſignani & ſunt, & eſſe volunt, aliorumq; Dominorum ſtipendia ſequuntur, vnicum bellum, vel turbulentam irrequietam quamdam actionem ſuſcipere, multo minus contra nos vel vnicum etiam S. R. Imperii fidelem Ordinem, abſque noſtro vel ſui Magiſtratus præſcitu & conſenſu, cumprimis turbulentis periculoſiſſimiſq; hiſce temporibus, ad ſuſcipienda & tractanda arma minime commoueri debeant, quemadmodum in S. R. Imperii Comitiis, præſertim vero A. C. M D. LIX. vt impoſterum in S. R. Imperio Germanicæ Nationis pax & concordia eo tutius tueri atque defendi queant, in prioribus noſtri & S. Rom. Imperii Conſtitutionibus interminata pœna eo ampliata eſt, vt videlicet transgreſſores in noſtram & S. R. Imperii proſcriptionem, ipſo facto abſq; vlla vlteriore declaratione, inciderint, quemadmodum illud ipſum Electorum Principumque Sanctiones prædictorum iſtorum Comitiorum (quæ poſtmodum in ſubſequentibus S. R. Imperii Conſtitutionibus de Annis M. D. LXIV. & M. DC. LX. IV. repetitæ & confirmatæ fuerunt.

Quamuis etiam ex paterna prouiſione & fideli inclinatione per peculiareis quaſdam à nobis publicatas diuolgataſque patenteis litteras, aliaque mandata Cæſarea, imprimis ſub datis vltimo Iun. & 17. Octob. nuperrime elapſi Anni, ſupra commemoratas S. R. Imperii Conſtitutiones omnibus & ſingulis, vna cum in iſtis comprehenſis pœnis loco fideliſſimæ admonitionis propoſuerimus, vt à damno detrimentoue ſibi cauere, & iiſdem per omnia ſeſe conformeis exhibere minime grauarentur, nec contrarium quiddam, ſub eadem transgreſſoribus interminata pœna, contra eaſdem molirentur: nihilominus tamen omnibus & vniuerſis notorium manifeſtumque eſt, & re factoque ipſo nos experiri neceſſum habemus, quod Erneſtus Comes Mansfeldius non ſolummodo antehac numeroſum quemdam exercitum, abſque Cæſarea noſtra præſcientia & conſenſu, vllaq; in modo commemoratis S. R. Imperii Conſtitutionibus requiſita conditione, contra ſalutareis iſtiuſmodi ſanctiones, in S. R. Imperio conſcripſerit, verum etiam magno ſane damno Magiſtratuum propria auctoritate cum iiſdem ſuis militaribus copiis tranſierit, &, proxime elapſo Anno, maioribus hinc inde adquiſitis viribus in Regnum noſtrum Bohemiæ hoſtilem impetum fecerit, eaſdem contra nos noſtroſque ſubditos duxerit, in eodemque hoſtili obſidione, occupatione, & accepto lytro fideliſſimæ noſtræ ciuitatis Pilſenſis, atque alias etiam, more vbiuis prohibito, contra modo dictos noſtros ſubditos, & conſcriptas à nobis, ad tutelam protectionemque iſtius Regni, militareis copias omnia hoſtiliter adtentauerit: atque adeo, iuxta præſcriptum ſupra allegatarum S. R. Imperii Conſtitutionum, abſque vlla vlteriori declaratione ipſo facto in pœnam & noſtri ac S. R. Imperii proſcriptionem inciderit.

Iccirco prædictum iſtum Erneſtum Mansfeldium in noſtri & S. R. Imperii proſcriptionem declaramus, eidemue hiſce & de: & annunciamus, ex Cæſarea potentia, ad tutelam protectionemque ſupra commemoratarum S. R. Imperii Conſtitutionum, proſcriptionem, eumdemue ex pacifico in irrequietum ſtatum transferimus, omnibus & ſingulis ipſius corpus & bona temporalia permittentes. In fidem præmiſſorum, patenteis iſtæ noſtræ litteræ Cæſareæ ſecreto ſigillo noſtro Cæſareo obſignatæ & confirmatæ ſunt: quæ dabantur in vrbe noſtra Vienna 19. M. Feb. A. C. M DC. XIX. Regnorum noſtrorum, Romani IIX. Hungarici XI. & Bohemici IIX. Annis.

CAPVT

Digitized by Google

## CAPVT LIII.

CVm vero Cæſareæ militareis copiæ in Bohemia interea hinc inde aliquot loca occupaſſent, Directores, poſtpoſito iam Compoſitionis & Interpoſitionis negotio, viceſimo viro arma imperarunt, &, eadem de cauſſa, ſequenteis Patenteis litteras diuolgari curarunt.

### *DIRECTORVM BOHEMICORVM AD ORDINES BOHEMIAE PATENTEIS LITTERAE.*

Sub dato XXVII. Feb. A. C. M. D C. XIX.

GEneroſi, Nobiliſſimi, Strenui Domini Equites, Honeſtiſſimi prudentiſſimique Domini omnium trium Pragenſium, aliarumque montanarum ciuitatum, omneis quoque communiones & inquilini Regni Bohemiæ, peramici Domini fratres, compatres, adfines & amici &c. Clementiis Veſt. vobiſque omnibus & ſingulis S. D. P. iiſdemue æternam temporalemque proſperitatem ex intimis cordium noſtrorum penetralibus exoptamus. C. V. vobiſque neutiquam eſt incognitum quatenus ex noſtro officio & ratione præſtiti iuramenti (quæ nobis à C. V. & vobis omnibus III. Ordinibus impoſita ſunt) per certas diuolgatas patenteis litteras, quas omnibus in Circulis adfigi curauimus, V. C. & vobis Conuentum in Pragenſem arcem ad diem Lunæ poſt Dominicam IVDICA, indixerimus: in quo Conuentu V. C. vobiſque omne illud, quod hactenus effecerimus, & quo fulcro res, à nobis directæ atque inordinatæ, niterentur proponere, & quo pacto denique hocce Regnum Bohemiæ, patria noſtra ſuauiſſima, impoſterum quoque contra hoſtes eiuſdem tueri conſeruarique, atque adeo diu exoptata pax & conſtans Concordia, adſiſtente & fauente diuina clementia, iterum plantari atque propagari poſſent, cum V. C. vobiſque conſultare propoſueramus, quæ omnia atque adeo ſimul patentes iſtas noſtras litteras iā ſuo loco rellinquimus.

Interea vero V. C. & vos grauiſſimis ineuitabilibuſque de cauſſis, litteris hiſce noſtris patentibus celare neutiquam poſſumus, licet hactenus in id vnice intenti fuerimus, quomodo diu exoptatam pacem recuperare poſſimus, iccirco ad ſæpius citatam promiſſamque interpoſitionem conſenſum noſtrum præbuimus, media, quibus induciæ impetrari potuiſſent, vna cum exceptionalibus articulis exhibuimus, & mox ab initio Cæſaream S. M. & Sereniſſ. Electorales Celſitudines, quo melius videlicet pacifica iſta noſtra intentio in effectum deduceretur, humillimo obſequentiſſimoque ſtudio implorauimus: nihilominus tamen aduerſa pars non dumtaxat ex omnibus ferme locis maiores ſubinde vireis adquirit, verum etiam more prorſus tyrannico (etiam contra Cæſareæ S. M. ad belli duces factas inhibitiones, ne videlicet igni ferroque omnia deuaſtarent) aliquot oppidula, nobiles reſidentias, villaſ, & quocunque tamdem peruenire potuit, miſerum in modum diripit, incendit & ad iſta incendia nauci nulliuſque pretii homines (quos partim cæpimus & iuſto ſupplicio adfecimus) conducit, pro ipſorum commiſſis facinoribus certum iiſdem pretium perſoluit, & diuerſimodis aliis modis crudelem immanemque ſuam tyrannidem perſequitur: ex quibus omnibus

nibus quiuis ſanæ mentis facillime colligit, quod hoſtis hoc Regnum, patriam noſtram ſuauiſſimam, in extremam perniciem præcipitare, noſtramque laudatiſſimam nationem Bohemicam, in ſempiternum Regni Bohemici ludibrium, plane extirpare, & in cineres quaſi reſoluere meditetur.

Quum igitur ſupra dictæ iſtæ induciæ nondum ſuſceptæ, multo minus in effectum deductæ fuerint, ſed Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ nobis ad noſtram Sereniſſ. ipſius C. exhibitam epiſtolam clementiſſime reſponderit, & Interpoſitionem, iam ante diu exoptatam ad XIV. diem Aprilis in ciuitatem Agriam tranſtulerit, expreſſa hacce exceptione ſibi reſeruata, quod tum demum de pacifica tractatione & induciis iſtis conſultatio inſtitui debeat: Tampitius interea certo recens conſcriptarum militarium copiarum, tam equitum, quam peditum, numero (vti à fide digniſsimis accepimus) pedem in hoc Regnum inferre, illudq; abſque omni dubio direptionibus, incendiis, horrendiſque latrociniis deuaſtare in animum inducat: icciteo (quo melius hoſtilibus ipſius conatibus in tempore atque mature obuiam iri queat) V. C. vobiſque omnibus III. Ordinibus Regni huius Bohemici; tenore præſentium iſtarum litterarum patentium, quemadmodum & omnibus iis, qui tum temporis A. C. M. DC. IIXX. in Pragenſi arce congregati fuerunt, notum manifeſtumque facimus quod (ad defenſionem honoris laudiſque Dei Ter Optumi Maxumi, conſeruationem iſtarum Maieſtatis litterarum, quæ à glorioſiſsimo felieiſsimæ recordationis Romanorum Imperatore RVDOLPHO II. ceu Bohemiæ Rege, omnibus III. Ordinibus, ad liberum Chriſtianæ noſtræ Relligionis SVB VTRAQVE exercitium, clementiſsime conceſſæ, atque ab hodierno Imperatore, Domino noſtro clementiſsimo, conſtanter confirmatæ ſunt, & ad protectionem vtrimque factæ pacificæ compoſitionis atque tranſactionis) contra pernicioſos Conſiliarios, & publicos hoſtes Maieſtatis iſtarum litterarum, Priuilegiorum Prouincialium, & communis vniuerſaliſque pacis, eorumdemue aſſeclas, qui etiamnum hoc Regnum hoſtiliter vlterius peſſumdare, atque adeo in extremam perniciem præcipitare conantur, certam quamdam defenſionem inſtituerimus, & in & ſub iſta omne illud, quod fideles amatores, veroſque & genuinos patriæ filios decebit, præſtare decreuerimus.

Quocirca non tam nos SVB VTRAQVE, quam ii SVB VNA ſpecie, V. C. voſque omneis & ſingulos peramice & officioſe rogamus, & ea, qua, ex nobis à vobis impoſito iuramento, vobis obligati ſumus, obligatione fideliter adhortamur, vt bona in præparatione in procinctu ſtetis, equis, armis, famuliſque probe inſtructi ſitis, in eoque vos ceu fidos ſympatriotas atque patriæ amanteis ipſo facto præſtetis: Pedites & viginti virorum delectus vero, ex præſcripto prioris & nunc renouatæ defenſionis, longiore ſclopero armati ſemper quaſi in procinctu ſtetis, vt (quod tamen malum Deus Ter Opt. Maxum. clementiſſime auerruncato) ſin forſitan aliquis circulus hoſtiliter inuadatur, vel aliud quidpiam cōtra eumdem moliatur, illud quamprimum, & abſque vlla mora, Dominis Generalibus diurno nocturnoque tempore ſignificetur, quo melius, præmiſſa matura deliberatione, auxiliante Dei Ter Optumi Maxumi gratia, hoſti cum interea cōſcriptis militaribus copiis reſiſtatur: quemadmodum etiam nullo modo dubitamus, vobis etiam ad partem neutiquam erit incognitum, quod iam dudum cum Dominis equitum tribunis, belli Ducibus, tam Dominis ſigniferis, aliiſque offi-

cia-

cialibus, qui antehac Prouinciales duxerunt, tractauerimus, quod videlicet vrgente neceſſitate, patriæ, honorumque ſuorum gratia, pari modo ſtipendia noſtra ſequi neutiquam dedignarentur.

Eius quoque rei gratia Dominos Commiſſarios inquibuslibet circulis ex officio noſtro peramice hortamur & rogamus, vt, ratione præſtiti ſui iuramenti, vna cum tot Dominis Equitum tribunis & Capitaneis, cuiuſuis circuli Prouincialis (ſingula D. peditibus, & C. equitibus adimplenda) abſque vlla mora conſcribatis, eoſdemue ad ſigna conuenire iubeatis, quo citius, iuxta ipſorum promiſſa, bona præparatione in procinctu parati ſient, & iſtiuſmodi obligationi neutiquam repugnent. In quo autem circulo iuſtus numerus non colligi poterit, is ex alio fortiori circulo adimpleatur & iuſtus ſigni numerus conſtituatur. Par quoque ordo in equitatu obſeruetur. Cumque huic Regno ab hoſtibus (qui non ſolummodo Cæſareæ S. M. nullam obedientiam præſtare volunt, verum etiam eidem huic Regno, eiuſdemue inquilinis, omnia mala & extrema quæque & minantur & tyrannico prorſus modo inferunt, modo vt laudatiſſimos huius Regni Ordines de corpore, honore, Maieſtatis litteris & Priuilegiis periclitentur, atque adeo ipſorum coniuges & liberos intolerabili ſeruitutis iugo ſubiiciant, hancque Prouinciam peregrinis nationibus ſuppleant) ingentia pericula impendeant: iccirco certo confidimus V. C. & vos non ſolummodo omnia iſta probe perpenſuros, verum etiam, ceu fideleis amanteis Dei, propriæ ſuæ ſalutis æternæ, ac Reipublicæ, paratiſſimos ſeſe oſtenſuros, omnibuſque viribus vnice eo adlaboraturos, vt ſupra commemorata præparatio in haſce Pragenſes vrbes mature ſatis introducatur, & voſmetipſi, iuxta tenorem priorum noſtrarum diuolgatarum litterarum patentium, in Pragenſi arce abſque vlla mora conuenire, &, vna nobiſcum, de tam arduo difficillimoque negotio deliberare & conſultare poſſitis: relliquas vero patenteis litteras, quas peculiariter ad Dei Ter Optumi Maxumi timorem excitandum, ad peragendas ſolertes preces, & exhortationem veræ pœnitentiæ diuolgari curauimus, ſumma induſtria obſerueris, eaſdem defendatis, omniaque in iiſdem compræhenſa ſedulo exequamini.

Dabantur à nobis NNN. Conſtitutis Directoribus, Conſiliariis, & Prouincialis Iuris Adſeſſoribus, qui ex omnibus III. Regni huius Ordinibus, Sub Vtraque, verum corpus, verumque ſanguinem Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti percipimus, atque Chriſtianam Relligionem, Sub Vtraque, ſtrenue defendimus, die Mercurii 27. Feb. A. C. M.DC.XIX.

## CAPVT LIV.

INterea Cæſareæ M. MATTHIAS, iuxta diuinam voluntatem, 10. & 20. Martii pie in Chriſto obdormiuit, & FERDINANDVS Regni Bohemici adminiſtrationem inchoauit. Percepta autem morte Cæſaris, Sereniſſimus Elector Palatinus, pro more priſco vicariatus ſui in S. R. Imperio, omnibus ferme in Imperii locis ſequentes patenteis litteras diuolgari adfigique mandauit.



Digitized by Google

# *ELECTORALIS PALATINI VICARIATVS AD S. R. IMPERII SEPTEMVIROS, PRINCIPES, & Ordines patenteis littera.*

Sub Dato 22. Martii, A. C. M. DC XIX.

NOs FREDERICVS, Dei gratia Palatinus ad Rhenum, S. R. Imperii Archidapifer & Elector, in Prouinciis Rheni, Sueuici atque Orientalis Francici iuris Prouiſor & Vicarius, Dux Bauariæ &c. Omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Ciuitatibus, Communitatibus, aliiſque S. R. Imperio incorporatis, ſubditis, & inquilinis, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus atque conditionis iſti ſient, peramicam noſtram ſalutem, clementiam & beniuolentiam noſtram impertimus.

Reuerendi, Inluſtriſſimi Principes, Deuoti, Generoſi, Nobiliſſimi, Honeſtiſſimi & prudentiſſimi, dilectiſſimi amici, peramici cognati, adfines, fratres atque compatres. Peramice atque clementer vobis & Vniuerſis, tenore præſentium iſtarum litterarum patentium, notum manifeſtumque facimus.

Poſtquam Deus Ter Optumus Maxumus, ex ſapientiſsimo imperueſtigabili conſilio & voluntate ſua, Inuictiſſimum, potentiſſimumque Principem ac Dominum, Dominum MATTHIAM electum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum, in Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclauonia Regem, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ atque Brabantiæ &c. Comitem Habſpurgi, Flandriæ, & Tyrolis, laudatiſſimæ memoriæ Dominum noſtrum clementiſſimum die Mercurii X. M. Martii ex temporali hacce caduca vita clementiſſime euocauerit (cuius Cæſareo cadaueri benigniſſimus & miſericors Deus in magno ac præclaro iſto die hilarem beatamque reſurrectionem clementiſſime largiatur) & hoc ipſo mortali caſu nobis, ceu iam regnanti Palatino Electori, iuxta tenorem & expreſſam Aureæ Bullæ diſpoſitionem, ex præſcripto Cæſareo-Regiorum Priuilegiorum, eorumdemue confirmationum, & indubia certaque obſeruantia adminiſtratio & Vicariatus S. R. Imperii, Rheni, Sueuici, Orientaliſque Francici iuris (vſque dum illa iuxta diuinam voluntatem, mediante ordinaria electione, ad conſtans aliud Cæſareum caput iterum transferatur) legitime competat: iccirco ad honorem, emolumentum atque incrementum S. R. Imperii, & dilectiſsimæ noſtræ Patriæ, Germanicæ Nationis, neceſſarium eſſe autumauimus, vt iſtam, licet ob in S. R. Imperio finitimiſque Prouinciis atq; regnis turbulentum perturbatumque hodiernum ſtatum moleſtam ſatis, adminiſtrationem, Prouiſionem & Vicariatum, de more ſupra commemoratæ Aureæ Bullæ, in humeros noſtros transferri pateremur, eidemue pro virili, omnique decenti cura, præeſſemus.

Quamuis vero extra omnem dubitationis ponamus aleam vobis Electorali noſtræ domui competentem dignitatem neutiquam fore incognitam: nihilominus tamen, ad meliorem rei notitiam, & quod iſtam adminiſtrationem & Vicariatum in nos ſuſceperimus, noſtras haſce patenteis aanunciatorias litteras publicare voluimus: peramice atque clementer confidentes, &, vi noſtri Vicariatus officii rogantes, vt ſub durantis noſtri Vicariatus tempore, ad incrementum

S. R.

S. R. Imperii, conſeruationem & propagationem pacifici, tranquilli, atque quieti ſtatus omni vicinæ-concordiæ & vnanimitati ſtudeatis, nullus alterum manifeſta vi & violentia offendat, ſed multo potius, exortis forſitan diffidentiis aliiſq; ſubitaneis controuerſiis, eaſdem ad nos (tamquam Vicarium & Prouiſorem S. R. Imperii in toties nunc dictis Prouinciis) deferat, & definitiuam earumdem ſententiam noſtram expectet. Quo facto omneis & ſingulos clementer ac perbenigne audiemus, vnicuique ius ſuum ita tribuemus, ne vlla de nobis quærimonia queat inſtitui: comprimis autem, conſilio & auxilio veſtro, omnem noſtram diligentiam & ſolertiam eo conuertemus, quo melius omnia in pacato quietoque ſtatu impoſterum conſeruentur.

Quum autem (vti paulo antea diximus) hæcce tempora vndique ſatis turbulenta adpareant, & crebræ hinc inde fiant præparationes bellicæ: itaq; iterũ atque iterũ confidimus, voſque omni ſtudio peramanter & amice rogantes, vt ad bonã præparationẽ (ad quam alias etiam, iuxta S. R. Imperii Conſtitutionũ requiſita, obligati & obſtricti eſtis) quaſi ſemper in procinctu ſtetis, vt, ſi forſitan quid eruperit, quod S. Rom. Imperio, eiuſdemue Ordinibus periculum, præiudicium, detrimentum atq; ludibrium creare poſſet, vnanimi conſenſu, ope atque auxilio mature eidem occurratur, violenta violentia auertatur, atq; eiuſdem S. R. Imperii auctoritas atque reputatio inuiolata, atque adeo in priſtino ſuo nitore & vigore conſeruetur, vſque dum eidem legitimũ ſummumq; caput ordinario modo iterũ proponatur. In hoc laudabile & æquitati conſentaneum opus præſtabitis, quod S. R. Imperii extrema neceſſitas, ad propriam veſtram gloriam, incrementum & emolumentũ, hodierno noſtro tẽpore maxumopere requirit & efflagitat, quodq; nos viciſſim erga quemlibet peramice & clementer nullo non tempore recompenſabimus. Dabantur in noſtra ciuitate Heydelbergæ ſub impreſſo Electorali noſtro ſigillo XXII. Martii Anno, poſt ſalutiferum partum Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, M. DC. XIX.

## CAPVT LV.

PAri modo Reuerendiſſimus & Inluſtriſſimus Elector atque Archiepiſcopus Moguntinus Regem FERDINANDVM, tamquam ſeptemuirum, ad inſtantem diem Electionis inuitauit.

### *DOMINI ELECTORIS MOGVNTINI, EX PRAESCRIPTO AVREAE BVLLAE, AD INSTANTEM DIEM ELECTIONIS, REGIS FERDINANDI, aliorumque Dominorum Electorum (mutatis mutandis) Inuitatio.*

Sub dato XXIX. Mart. A. C. M. DC. XIX.

SERENISSIMO, Inluſtriſſimoque Principi & Domino FERDINANDO, Hungariæ atque Bohemiæ Regi, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Würtenbergæ, &c. Marchioni Morauiæ, Comiti Tyrolis



Digitized by Google

rolis & Görcii &c ſingulari noſtro Domino amico, & Domino filio &c. Nos I A N-SVICARDVS Dei gratia S. Sedis Moguntinæ Archiepiſcopus &c. S. R. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius & Elector, S. D. P. & Reg. V. Dig. perturbato admodum animo peramice notum manifeſtumque facimus, quatenus videlicet ab intimis rellictis conſiliariis Cæſareis paucos ante dies de morte Inuictiſſimi, potentiſſimique Domini, Domini MATTHIAE, electi Romanorum Imperatoris laudatiſsimæ memoriæ certo certiores redditi fuerimus, hac videlicet ratione, quod ſcil. modo commemoratus glorioſiſsimus Imperator MATTHIAS, XX. huius menſis die inter 8. & 9. horas ſana adhuc ratione expirauerit: Deus Ter Optumus Maxumus Chriſtianæ iſti animæ paternam curam habere clementiſsime dignetur.

Quum itaque hoc ipſo caſu nobis non immerito in memoriam reuocare debeamus id, quod nobis glorioſiſsimus quomdam Romanorum Imperator Carolus I V. in ſua Aurea Bulla præſcribit, quod videlicet, quamprimum eiuſmodi ex immundo hoccemundo digreſſum Cæſareũ percepiſſemus, eumdem tum certo tempore vnicuique Electori per patenteis litteras ſignificare, eoſdemue ad futuram Romanorum Regis electionem poſtulare & inuitare debeamus: iccirco, ratione noſtri officii, non ſolummodo Regiæ V. M. tenore præſentium iſtarum, ſigillo noſtro confirmatarum litterarum patentium, paullo ante commemoratum felicem obitum decenti more annunciamus, ſed etiã, ex præſcripto iſtus Aureæ Bullæ, tamquam noſtrum Electoralem Collegam vi Archicancellariatus noſtri officii, eamdem ad diem Saturni XX. venturi M. Iulii Stylo nouo, tribus ab annunciatione iſta menſibus, vel per ſeipſam, vel per delegatos ſuos, vnum vel plureis cum plenaria poteſtate in ciuitate Francofurto ad Mœnum comparere, inibique cum cæteris Dominis noſtris collegis ſeptemuiralibus de electione Romanorum Regis atque futuri Imperatoris, iuxta modum, formam & ſpeciẽ hac de re ſancitarum Conſtitutionum, tractare, cum iiſdem de eadem (electione) conuenire, ad iſtius quoque finem perſeuerare, omniaque, iuxta modo commemoratas iſtas Aureæ Bullæ ſanctiones atque Conſtitutiones, agere iubemus. Siue enim Regia V. D. ſiue per ſe, ſiue per delegatos ſuos, compareat, ſiue non, nihilominus tamen per alios S. R. Imperii Electores, & emanentium Dominorũ Electorum conſtitutos atque plenaria poteſtate inſtructos Delegatos ad Electionem iſtam fiet acceſſio, quemadmodum illud ipſum iura & eadem de rẽ ſancitæ Conſtitutiones ſatis ſuperque declarant. In huius rei fidem atque teſtimonium litteris hiſce maius noſtrum ſigillum ſcientes adpendimus: quæ dabantur Aſchaffenburgi in arce noſtra D. Ioannis, XXIX. Martii, A. C. M.DC.XIX.

## CAPVT LVI.

ANtequam vero Rex Ferdinandus tam in Bohemia, quam etiam Auſtria, & incorporatis Prouinciis hæreditariis imperium ſuum inchoaſſet, ceſſionem & plenipotentiam Archiducis Alberti Ordinibus exhiberi curauit, & homagium ſibi ab iiſdem præſtari poſtulauit: tum quoque ad Vicarios Regni Bohemici Priuilegiorum confirmationem miſit, & peculiareis quaſdam litteras ad eoſdem ablegauit.



Digitized by Google

## *COPIA PLENIPOTENTIAE AB ARCHIDVCE ALBERTO REGI FERDINANDO CONCESSAE.*

Sub Dato II Febr. A. C. M. D C. XIX.

DEI GRATIA NOS ALBERTVS Archidux Auſtriæ &c. notum facimus omnibus & ſingulis publicum hocce noſtrum mandatum lecturis, iiſdemue perclementer ſignificamus; Cum Romano-Cæſarea, & Hungariæ atque Bohemiæ Regia Maieſtas, vti non abſque ſingulari quidem condolentia percipimus, in tam difficillima grauiſſimaque corporis diſpoſitione ægre, ſine peculiari Dei Ter Optumi Maxumi, periculo mortis eripi queat, adeo vt non dumtaxat Hungariæ Bohemiæque Regna, incorporatæue eorumdem Prouinciæ, verum etiam Inluſtriſſimæ noſtræ Domus Prouinciæ hæreditariæ, ſupe: inferioriſque Auſtriæ, eo ipſo Cæſareæ S. M. mortali caſu vacantes futuræ ſient, & modo dictæ iſtæ binæ Prouinciæ ad nos, tamquam Cæſareæ S. M. relictum fratrem Germanum & hæredem vnicum pertineant: iccirco, vt periculoſæ iſtiuſmodi incidentiæ maturo conſilio præcaueantur, non ſolummodo pro nobis ipſis, & in noſtrum emolumentum proprium, verum etiam ex amore & elementiſſimo erga modo commemoratorum Archiducatuum Ordines, inquilinos, & ſubditos adfectu; quemadmodum etiam ad promouendam eorumdem proſperitatem & ſalutem Reipub. ante habito maturo conſilio, bona noſtra præſcientia & voluntate noſmet ita elementiſſime reſoluimus, & Sereniſſimo potentiſſimoque Principi ac Domino, Domino FERDINANDO II. Hungariæ & Bohemiæ Regi, Archiduci Auſtriæ &c. dilectiſſimo noſtro Domino Conſanguineo & fratri, tenore præſentium harum litterarum, plenariam poteſtatem dedimus, idque etiamnum ſcienter damus, ita videlicet hocque modo quod nimirum Regia S. D. (quamprimum Cæſ. S. M. aliquid ex diuina voluntate & conſilio humanitus contingat) abſque vlla mora ante commemoratos binos Archiducatus poſſidere, & noſtro, tamquã Cæſareæ S. M. rellicto poſthumo indubioque hærede, nomine ab iiſdem Ordinibus & ſubditis homagium ſibi præſtari patiatur, Prouinciarum adminiſtrationi præſit, cumque eorumdem Archiducatuum redditibus, omnibuſque iſtis prouentibus, ius, & Principalem Prouincialem iuriſdictionem noſtram concernentibus, pro ſuo lubitu commodiſſime diſponat, pro vt illud ipſum Prouinciarum iſtarum commodum & emolumentum requirere videbitur. Promittimus & pollicemur igitur Archiducalibus hiſce noſtris verbis, fide quoque noſtra interpoſita, quod omne illud, quod Regia S. D. iuxta prudentiſſimam Regiæ S. D. diſcretionem & noſtram in eamdem collocatam indubiam fiduciam fecerit, ratificare, probare & adprobare elementiſſime velimus.

Quocirca mandamus atque præcipimus præſentium harum litterarum tenore omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & ſecularibus Prælatis, Dominis, Equitibus, Nobilibus; vrbium, villarumque Magiſtratibus, Communitatibus, & ſubditis, cuiuſcunque Ordinis, ſtatus, dignitatis, atque conditionis etiam illi ſient, cumprimis autem omnibus Cæſareæ S. M. rellictis Conſiliariis, ſupe: inferioribuſque præfectis & Officialibus, quibus hæcce noſtra ſanctio & mandatum opus erit, vt, vi eiuſdem huius noſtri mandati, Regiæ S. D. tamquam noſtro plenipotentiam ferenti, in omnibus, quæ noſtro nomine ac loco vobis ſingulis &

 vniuer-

vniuerſs propoſuerint, plenam obedientiam nulla interiecta remora præſtetis. In fidem omnium iſtorum præmiſſorum, maioremque aſſecurationem, litteras haſce manu propria ſubſcripſimus, eaſdemue Archiducali noſtro ſigillo obſignando confirmauimus: quæ dabantur in noſtra Ciuitate Bruxellis II. Feb. A. C. M.DC.XIX.

## CAPVT LVII.

### *FERDINANDI HVNGARIAE BOHEMIAEQVE REGIS AD RELLICTOS CÆSAREOS VICARIOS & Conſiliarios Littera.*

FERDINANDVS DEI GRATIA Hungariæ atque Bohemiæ Rex &c. Generoſi & Strenui, perdilecti fideles: Celare vos nolumus, quod Deus Ter Optumus Maxumus nobis nouam quandam adflictionem & calamitatem immiſerit, & Inuictiſsimum, potentiſsimumque principem ac Dominum, Dominũ MATTHIAM, dilectiſsimum Dominum conſanguineum parentemque noſtrum, veſtrum clementiſsimum Regem & Dominum laudatiſsimæ recordationis, heſterna luce matutina circa IIX. & IX. horas per temporalem mortem ex immundo hocce mundo ad, vti nimine dubitamus, ſempiternum perpetuæ tranquillitatis portum euocauerit: quum iccirco plenarium imperium Regni Bohemiæ, eiuſdemue incorporatarum Prouinciarum, nobis, ceu fideli earumdem regi, competat: icirco cumprimis vos (qui à Regia S. M. Chriſtianiſſimæ fideliſſimæque recordationis vicarii conſtituti eſtis) in eodem veſtro priori vicariatu, vna cum priori, quam habetis, inſtructione, ad vlteriorem noſtram inordinationem vſque clementiſſime permanere iubemus, vobiſque ſimul itidem clementiſſime mandamus atque iniungimus vt aliis ſupremis Prouincialibus Officialibus, iuris Prouincialis adſeſſoribus, aulico-Cameræ conſiliariis præſentib. & abſentibus perſonis ex Communitatibus Pragenſium aliarumque ciuitatum, triſte hoc malum nouum, mortem videlicet veſtri ipſorumque Domini, annuncietis, omneiſque conſiliarios & præcipuas perſonas ex Communitatibus, veteri laudabilique de more, ad lugubria adhortetis, iiſdemue ſignificetis, quod nos, tenore noſtrarum Ordinibus Regni Bohemici ſub inaugaratione & coronatione noſtra Regia traditarum litterarum Reuerſalium, omnia vniuerſaliaque Prouincialia Priuilegia confirmare, eamdemque Confirmationem ſupremo Burggrauio tramittere, & tum porro auxiliante Dei Ter Optumi Maxumi gratia ante omnia eò potiſſumum inclinare velimus, quo noſtrum Regnum iterum priſtino ſuo pacato pacificoque nitori & vigori queat reſtitui, inquilini & ſubditi in pace, amore & concordia perſeuerare, atque tamdem iura, iuſtitiæ, bonæ laudabileſque conſtitutiones atque ſanctiones in ſuo flore conſeruari poſſent: de quibus omnibus Generoſus perfidelis noſter dilectus Adamus Wallenſteinius Capitaneus, & Prouincialis Aulæ magiſter Regni Bohemiæ in ſuo reditu latiorem deductionem inſtituere poterit. Confidimus itaque ipſos, adeoque omneis inquilinos & ſubditos Regni Bohemiæ (quum omne illud, quod Ordinibus antehac promiſimus, ipſo etiam effectu & reipſa adimplere velimus) præſtiti iuramenti ſuique officii

haud

haud fore immemores, ſed multo potius realem obedientiam debitamque ſubiectionem nobis præſtituros. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna die Iouis, poſt diem Dominicam Quadrageſimalem Iudica XVII. & XXVII. Martii A. C. M. D C. XIX.

## CAPVT LVIII.

INterea FERDINANDVS, tamquam prioris Imperatoris p. m. adoptiuus filius & ſucceſſor, non ſolummodo, vti paullo ante diximus, imperium inchoauit, verum etiam, ceu electus coronatuſque Rex Bohemiæ, ſequentem Priuilegiorum Confirmationem Bohemis tramitti curauit.

## *REGIS FERDINANDI LITTERAE CONFIRMATORIÆ, BOHEMORVM PRIVILEGIA concernentes.*

NOs FERDINANDVS II. DEI GRATIA Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex: Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ, Dux Luxemburgi & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ &c. Notum manifeſtumque facimus omnibus & ſingulis tenore præſentium litterarum, quod promiſerimus coronam Bohemiæ conſeruare, tueri, omneis Dominos, Equeſtrem Ordinem, Pragenſes aliaſque ciuitates & vniuerſas Communitates modo commemoratæ Coronæ Bohemicæ apud ſua iura, Conſtitutiones, Maieſtates, Priuilegia, libertates, immunitates Prouinciales tam ſupra Relligionem, quam alia politica negotia: Item apud ſanctionem Conſtitutionemq; Prouincialem, Decreta Cõuentuum Prouincialium, cumprimis quæ A. C. M. D C. VIII. & A. C. M. D C. X promulgata publicataque ſunt, vtriuſque partis, tam SVB VNA, quam etiam SVB VTRAQVE, Compoſitionem & tranſactionem, quemadmodũ quoq; non minus apud inter Ordines SVB VTRAQVE, cum Principibus & Ordinibus Sileſiæ in vniuerſali Prouinciali Conuentu A. C. M. D C. IX. ob Relligionis negotiũ ſancitam Coniunctionem, (quæ contra Relligionem SVB VNA non ſuſcepta initaque eſſe debet) apud omneis deniq; vetereis ritus atque conſuetudines & Conſtitutiones, cumprimis priſcæ laudatiſſimæ recordationis Regis Ottogari, Regis Iohannis, Imperatoris Caroli, Regis Wenceslai, Cæſaris Sigiſmundi, Regis Albrechti, Regis Ladislai, Regis Georgii, Regis Waldislai, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi, & Matthiæ clementiſſimi Domini noſtri Conſanguinei & Domini parentis, Romanorum Imperatorum, tam apud omneis à Cæſarea S. M. editas dataſque obligationes, abſque recuſatione & vlla remora reipſa tueri, ipſo facto exequi & conſeruare.

Item promiſimus nemini arcem Carlſteinium, vel coronam, aliaque Prouinciæ clenodia, tabulam Prouincialem vna cum Priuilegiis, extra voluntatem Dominorum, & conſilium Equeſtris Ordinis Regni Bohemiæ & Pragenſium Ciuitatum, quouſque etiam ſeſe extendant, tradere vel eiuſdem fidei concredere.

Item pollicitiſumus quod Regni Bohemiæ Conſtitutiones atque conſuetudines fartas tectaſque conſeruare velimus.

Item

Item promiſimus nullos exteros Eccleſiaſtici, vel ſecularis Status, quam indigenas & ſympatriotas Bohemos ad aulæ Prouincialis vel alia Eccleſiaſtica munia vſurpare, neque eoſdem, ceu præſidiarios, arcibus vel ciuitatibus Coronæ Bohemicæ imponere, vel eaſdem ipſorum fidei committere, idque conſilio faciamus: quod etiam in aliis circumiacentibus Regnoque Bohemiæ incorporatis Prouinciis ita obſeruari debet, quemadmodum tempore Caroli Cæſaris, aliorumque Regum Dominorum noſtrorum Anteceſſorum obſeruatum fuit.

Item in nos recepimus, quod nullas Prouincias, Principatus, ciuitates, arces, aliaque ad Regnum Bohemiæ pertinentia bona à Corona iſta abalienare vel vllo quodam modo immutare, ſed multo potius & vice verſa ablata & detracta Coronæ iſti reſtituere velimus.

Item polliciti ſumus Bohemicæ monetæ nequiequā detrahere, eamdemue, abſque totius Prouinciæ voluntate atque conſenſu, extenuare, ſed iuxta immunitates & Priuilegia Coronæ iſtius Bohemicæ, pro ſuo iure, conſeruare.

Item à nobis quoque poſtulatum fuit, cui noſtri Domini Anteceſſores, Imperatores & Reges Bohemiæ, aliquid tradiderint, & Ordinibus vni, vel pluribus perſonis in Regiis, Eccleſiaſticis vel feudalibus bonis aſſecurationem præſtiterint, quod ea omnia ſeruare: attamen ne illud Regis Vladiſlai laudatiſſimæ memoriæ omniumque Regni Bohemici Ordinum Priuilegiis aduerſetur.

Item, Vniuſcuiuſuis Ordinis iura, Conſtitutiones, Priuilegia, libertates, conſuetudines & immunitates, quantum quidem ad quemlibet Ordinem ſpectare videbitur, conſeruare promiſimus.

In cuius rei teſtimonium ad litteras iſtas Regium noſtrum ſigillum adpendi mandauimus. Quæ dabantur in ciuitate noſtra Vienna die Sabbathi poſt Reſurrectionem Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Anno M. D C. IIXX. Noſtrorum Regnorum Hungarici primo, & Bohemici ſecundo.

## CAPVT LIX.

PAullo poſt Regia ſua Maieſtas, Ferdinandus II. Bohemiæ Ordines iterum atque iterum exhortata eſt, iiſdemue præſtitum abipſis iuramentum & debitum officium in memoriam reuocauit: Ordines vero ſpreta paterna iſta ad: & exhortatione, vnum atque alterum in futurum Prouincialem Conuentum, M. Iulio celebrandum, reiecerunt, & ſequentibus litteris Vniuerſalem Conuentum indixerunt.

## *DIRECTORVM BOHEMIAE, AD VNIVERSALEM CONVENTVM PROVINCIALEM, LITteræ inuitatoriæ.*

GEneroſi Domini, Nobiliſſimi, Strenui, Equites, Ampliſſimi viri &c. Graueis admodum ineuitabileiſque cauſſæ ſunt, quarum cauſſa maxumopere exoptamus & cupimus vt, vna cum V. Clem. & vobis, communem patriæ noſtræ dilectiſſimæ ſalutem atque proſperitatem ab vlteriori ruina totalique pernicie illibatam conſeruare, & de recuperanda exoptata pace (mediante auxilianteq; diuina gra-

na gratia) vobiſcum ſerio deliberare atque conſultare poſſemus. Quo melius autem abſque vlla remora id peragatur, ad Conuentum iſtum certum quemdam diem, diem Martis videlicet poſt MARIÆ MAGDALENÆ, h. e. XXIII. præſentis huius M. Iulij, ſelegimus.

Quocirca V. Clem. & vos, ex à V. Clem. & vobis nobis commiſſo officio, adhortamur, pro noſtra autem perſona peramice & officioſe rogamus, vt, Deo volente, ad præfixum modo commemoratum terminum, cumprimis vero ad noctem iſtam præcedenrem diem Lunæ in hiſce Pragenſibus ciuitatibus comparere, & huius Regni Bohemiæ patriæ noſtræ dilectiſſimæ concernentem neceſſitatem vna nobiſcum ſedulo perpondere, &, diuina nobis adſiſtēte clementia, omnia ad diu exoptatum finem perducere ne dedignemini: minime dubitanteis V. Cl. & vos ſeſe in hoc caſu beniuolos, promptos paratoſque exhibituros eſſe. Actum in Conſilio directionis XII. Iulij A. C M. DC XIX.

## CAPVT LIX.

LIcet vero Regia S. M. FERDINANDVS II. ſæpius nunc commemoratis Bohemiæ Ordinibus Priuilegiorum ſuorum confirmationem tramiſiſſet: nihilominus tamen Directores ſequentem quærimonialem epiſtolam ad Sereniſſimos Dominos Electores Palatinum & Saxonem ablegarunt.

## *EORVMDEM BOHEMIAE DIRECTORVM AD SERENISS. DD. ELECTORES PALATINVM ET Saxonem, molem bellicam concernentes, Litteræ.*

Sub Dato III. April. A. C. M. DC. XIX.

CLEMENTISSIME DOMINE ELECTOR &c. quemadmodum hactenus ad Sereniſs. V. Celſitud. in extremis noſtris periculis & anguſtiis noſtrum ſemper ſumpſimus refugium, eiuſdemue Sereniſs. V. C. Electoralem clementiam, & clementiſſimam adfectionem multis modis (pro quo Electorali beneficio Ser. V. C. ingenteis & agimus & habemus gratias) ſummiſiſſimo ſtudio perſenſimus: ita pari modo Ser. V. C. neutiquā celare volumus, quod Regia S. M. FERDINANDVS II. ad à Cæſarea nunc in pace ſancta requieſcente Maieſtate, Domino ac Rege noſtro clementiſſimo, laudatiſſimæ recordationis, tunc temporis conſtitutos ſupremos Officiales Prouinciales, iuris Prouincialis Adſeſſores, & Vicarios Regni Bohemiæ (cumprimis vero ad Dominum Adamum à Sternberg in Bechin) perſcripſerit, & inter alia eidem clementiſſime ſignificauerit, quod videlicet Regia S. D. eoſdem apud priorem inſtructionem & adminiſtrationem, vſque ad vlteriorem Regiæ S. M. inordinationē, clementiſſime relictura ſiet, quemadmodum iſtius è Bohemico in Germanicum idioma tralatæ epiſtolæ fide digna copia illud ipſum latius declarat.

Ex quibus omnibus ſane aliud colligi nequit, quam quod Regia S. D. extra plenariam neceſſariorum requiſitorum reſtitutionem, Regni huius eiuſdemue incorporatarum Prouinciarum adminiſtrationē ad ſe pertrahere conetur, dum, vigore paullo ante dictæ in genere ablegatæ epiſtolæ, eas ipſas perſonas, quæ

maiori ex parte miſerabilis huius confuſionis, adeo magnæ cladis, Prouinciæ deuaſtationis, innocentiſque ſanguinis profuſionis in hoc Bohemico Regno auctores & coryphæi perhibentur, contra Euangelicorum Ordinum vnanime Decretum, omniumque ſpem & expectationem, inſtinctu potiſſimum apud Cæſaream S. M. illinc adhuc commorantium Intereſſentium, ad alta priora ſua honorum officiorumque faſtigia iterum euehere, eaſdemue priſtinis ſuis dignitatibus reſtituere elementiſſime meditetur.

Iuxta illud de hoc quoque coram Sereniſs. V. C. ſummiſiſſime conqueri neceſſum habemus, quod poſt tam, reſpectiue, immaturum ſubſequutum laudatiſſimæ Cæſareæ S. M. obitum, & è mortali hacce vita exceſſum deplorandum, nihilominus hoſtileis militareis copiæ nunc vti & antea in hac Prouincia commorentur, & deuaſtationibus ad hodiernum vſque diem crudeliter pergant: vt iam taceamus quod è fidis fidorum hominum relationibus hinc inde perceperimus, ꝙ in: & extra S. R. Imperium, præſertim vero in Italia & Belgio, grandes militariũ copiarum conſcriptiones aliæque præparationes bellicæ inſtituantur: quemadmodum paullo poſt Cæſareæ S. M. obitum peculiareis aliquos Capitanei (inter quos & Capitaneus Fuchſius & Lotharingici delegati nomine Principis Liechtenſteinii) cum litteris patentibus, & plenaria inſtructione, tam equites quam pedites conſcribendi, Vienna diſceſſerunt, & quorum hoſtileis conatus omneis contra nos & Regnum hocce directi ſunt. Quibus grauiſſimis de cauſſis nos permoti, intermittere nequaquam potuimus, quin omneis iſtiuſmodi doloſas hoſtium technas Ser. V. C. detegeremus, obſequioſiſſima ſpe atque fiducia freti, Ser. V. C. iuxta Electoralem Cel ſuæ elementiſſimam erga nos adfectionem, in ſuperiori iſta noſtra relatione indigetata periculoſa grauamina clementiſſime conſideraturam, &, tamquam hodiernus S. R. Imperii Vicarius, huic maxume coanguſtato Regno, ceu præcipuo S. R. Imperii Electoratui, ope & conſilio clementiſſime neutiquam defuturam: pro quo clementiſſime nobis atque huic Regno exhibito beneficio ſummiſiſſima noſtra ſtudia & obſequia Ser. V. Cel. offerimus. Dabantur in Pragenſi arce 3. April. A. C. M. D C. X I X.

## C a p v t LX.

### *EORVMDEM BOHEM. DIRECTORVM AD SERENISS. DVCEM BAVARIAE SVMMISSA PROpoſitio.*

Sub dato IX. April. A. C. M. DC. XIX.

SVb Menſis huius initium, die videl. IX. iidem Bohemiæ Directores ad Sereniſs. Ducem Bauariæ epiſtolam ablegarunt, & inter alia eamdem S. Ser. Celſ. humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogarunt, vt nimirum aduentanteis Hiſpanicæ militareis copiæ aditu intercluderentur, neque iiſdem tranſitus concederetur: conſiderando quod non dumtaxat coronæ Bohemicæ eiuſdemue incorporatis atque nunc denuo vnitis Prouinciis, verum etiam ipſis laudatiſſimis Dominis Electoribus, aliiſque S. R. Imperii Ordinibus, immo Ser. S. Cels. proprio principatui, populis atque Prouinciæ maxumum inde periculum creari, atque



Digitized by Google

adeo ad multas innocentis Chriſtiani ſanguinis profuſiones anſa occaſioque dari poſſet.

## CAPVT LXI.

## SERENISS. DVCIS BAVARIAE AD ISTAM BOHEMIÆ DIRECTORVM PROPOSITIONEM RESponſio.

AD præcedentem iſtam directorũ Bohemiæ propoſitionem Sereniſſimus Illuſtriſſimuſque Princeps ac Dominus, Dominus Maximilianus Dux Bauariæ &c. ſequentibus hiſce breuiter reſpondit: Quamuis Cæſaream S. M. ſummo ſtudio & obſequio rogauerimus, vt exoticarum iſtarum militarium copiarum tranſitus inhiberentur, atque adeo Prouinciæ fidiſque noſtris ſubditis parceretur: nihilominus tamen, ad clementiſſimam atque peramicam modo iam dictæ laudatiſs. Cæſareæ S. M. Hungariæ Bohemiæque Regis inſtanter deſideratam petitionem, cumprimis vero quod aditus per ſe in noſtro Principatu apertus, & iſtiuſmodi militareis tranſitus difficillime abſque vi bellica inhiberi poſſint, deſiderio iſti Cæſareo ſatisfecimus, & tranſitum militi permiſimus: potiſſumum vero vt maiora mala atque metuenda pericula à ſubditis noſtris auerterentur: & ꝙ exercitus ille nobis idoneam & S. R. Imperii conſtitutionibus conformem cautionem præſtiterit; tum etiam cũ illudipſum aliquot Electores aliique S. R. Imperii Ordines factitaſſent.

Ante exortos autem iſtos motus, tum etiam poſt illos, cumprimis exoptauimus, vt huic ſerpenti malo in tempore idonea applicata fuiſſent remedia, vt nõ tam voſmetipſi, quam etiam alii homines (qui iam immerenter atque adeo innocentiſſime patiuntur) ad exoptatam pacem peruenire potuiſſetis. Equidem etiamnum maiora ſane pericula præcaueri poſſent, ſi modo vos præpoſito electo coronatoque capiti, Regi & Domino veſtro debito obſequioſoq; reſpectu ſubmiſeritis &, quod fideles Ordines atque ſubditos decet, obſequium veſtrum re ipſa demonſtraueritis.

## CAPVT LXII.

HÆc dum agerentur, Comes à Thurn cum ſuæ fidei concredito exercitu iterũ in Auſtriam & Morauiam excurſionẽ fecit: icirco Prouincialis capitaneus Dominus Poppelius ſequentem epiſtolam ad eumdem Comitem ablegauit.

## DOMINI POPPELI AD COMITEM A THVRN EPISTOLA.

S. P. Clement. V. celare nentiquam poſſum, quod videlicet diuerſis ex locis à fide digniſſimis viris perceperim C. V. cum certo quodam copiarum militarium numero non ſolummodo ad fineis Marchionatus Morauiæ, verum



Digitized by Google

rum etiam ipſam in Prouinciam ſeceſſiſſe. Quum itaque hæcce Prouincia à Regia ſua M Domino meo clementiſſimo meæ fidei commiſſa ſiet, intermittere non potui nec debui, quin hancce meam epiſtolam ad C. V. ablegarem, eamdemue peramice rogarem, vt videlicet, quur huc cum copiis ſuis appulerit, ſeſe clementer reſoluere minime dignaretur Cuius rei gratia à C. V. rotundam reſponſionem reſolutoriam expectamus, eidemue omnem proſperum ſucceſſum ex animo optamus.

## CAPVT LXIII.

## *COMITIS AD POPPELIANAM EPISTOLAM RESPONSIO.*

Sub dato XXX. April. A. C. M. D C. XIX.

S. P. & Officia. Quum C. V. per peculiarem ſuam ſingulari ſtudio ad me exaratam epiſtolam, ex me quæſierit, quibus nimirum de cauſſis ex Bohemia cũ copiis meis militaribus in hancce Marchionatum Morauiæ ſeceſſerim: extra omnem dubitationis aleam ponimus, C. V. pro ſingulari ſua prudentia eaſdem minime fore incognitas. Ad me quidem quod attinet, quicquid factum eſt, illud ex mandato factum eſt, & vna mecum duco omnem ferme Regni Bohemiæ Equeſtrem Ordinem, qui auctoritate & exiſtumatione graueis viros, Dominos ſuos conſanguineos, adfineis, & fratres ſub peramica ſpecie viſitat, & apud bene ſibi cupientes bona, corpus, ipſamque adeo vitam impendere paratus eſt: econtra vero illos ipſos, qui hactenus ſacrum charitatis, concordiæ, atque coniunctionis vinculum inter nos diſſoluere conati ſunt, &, quod Regnum Bohemiæ barbaro prorſus modo direptionibus, ferro ignique multis in locis crudeliter deuaſtatum eſt, omne ſuum ſtudium contulerunt, atque adeo manifeſti noſtri hoſtes ſunt, perſequi &, auxiliante diuina gratia, cribro purgare meditetur. Quũ autem Prouinciæ iſtius adminiſtratio C. V. demandata ſiet, icciro C. V. commiſſo ſuo officio ita ſatisfaciat, quod inde honorem, laudem, & à Prouincialibus gratiarum actionem reportare queat. Hiſce &c. Dabantur Znamæ XXX. April. A. C. M. DC. XIX.

## CAP. LXIV.

INtemperie Bohemica autem maiores ſubinde vireis adquirente, & deſpectu Regio eo magis magiſque adcreſcente: directores Morauiæ nocenteis admodũ Soc. Ieſu patres publico adfixo programmate proſcripſerunt.

## *ORDINVM MORAVIAE CONTRA PATRES SOCIETATIS IESV DECRETVM PROSCRIPTORIVM.*

NOS N. N. N. Domini, Equites, & perſonæ ex ciuitatibus & inquilinis Marchionatus Morauiæ, Euangelico-Orthodoxæ Religioni addicti, & verum corpus verumque ſanguinem Domini ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti Svb

Vtra-

Digitized by Google

VTRAQVE Specie rite percipientes, hodierno die Prinnæ congregati: Notũ manifeſtumque facimus omnibus & ſingulis tenore præſentium harum litterarum, vbicunque etiam iſtæ vel legantur, vel audiantur, eumprimis vero vbi illudipſum neceſſitas poſtulauerit, quatenus nobis à Dominis Ordinibus Regni Bohemiæ non ſolummodo hoc per typis diuolgatam Apologiam, verum etiam per multa alia diuerſimoda hac ipſa de re hinc inde edita ſcripta atq; documenta, ſignificatum fuerit, immo per ſe omni mundo cognitum perſpectumque fiet, quot quantæque videlicet doloſæ technæ & inſidiæ, inſtinctu ſectæ Ieſuiticæ, in commemorato iſto Regno Bohemiæ depræhenſæ, adeo vt per eamdem multi proceres è medio ſublati fuerint: ad periculoſa itidem bella, immancis innocentiſſimi Chriſtiani ſanguinis profuſiones, & grauiſſimas ſeditiones iidem iſti Ieſuitæ hactenus ſemper, & vbiuis ferme gentium anſam occaſionemque præbuerunt: quemadmodum etiam à fide digniſſimis certiores reddimur eoſdem Ieſuitas hodiernarum ſeditionum, per quas Marchionatus Morauiæ patria noſtra dilectiſſima non ſolummodo ære alieno grauiter preſſa, verum etiam in extremam perniciem præcipitata eſt, auctores extitiſſe.

Eoſdem igitur pro iſtiuſmodi impoſtoribus & fallacibus pernicioſiſque ſeditioſis hominibus (qui à dandis malis & falſis conſiliis minime deſiſtunt) & habemus & publice proclamamus, eumque in finem illos ipſos in prepetuũ ex hocce Marchionatu Morauiæ proſcribere decreuimus.

Quocirca vobis Rectoribus, Magiſtris, Ludimoderatoribus, omnibuſque vobis Ieſuitis in genere qui in hocce Marchionatu Morauiæ tam in ciuitatibus, quam in pagis vel quibuſcunque aliis etiam in locis commoramini, ſeuere admodum iniungimus, vt noſtris ad vos ablegatis Dominis Commiſſariis abſque vlla mora claueis templorum collegiorumque veſtrorum tradatis, ex hocce Marchionatu patria noſtra dilectiſſima mox à publicatione litterarum iſtarum patentium ſecedatis, nec vmquam in modo dictam iſtam noſtram patriam redeatis.

Sin vero quiſpiam ex pernicioſa veſtra ſecta, vbicunque locorũ etiam ille fiet, cõtra hocce noſtrum mandatum in Morauiæ Marchionatu depræhenſus fuerit, is abſque vlla gratia atque clementia, inauditus etiam, in vitæ amiſſionem incurret.

Qnum itaque vobis certa noſtra voluntas cognita atque perſpecta ſiet, iccirco maxumopere vobis præcauendum ne forſitan in hocce noſtrum mandatum impingatis, ne ſeueriorem animaduerſionem contra vos inuertere neceſſum habeamus. In præmiſſorum fidem &c. Brinnæ VI. Maii A. C. M.D C.XIX.

## CAPVT LXV.

HIſce in Marchionatu Morauiæ ita conſtitutis, inferioris Auſtriæ Ordines dãnum detrimentumue Bohemicarum militarium copiarum in finibus ſuis animaduertentes, ſequentem libellum ſupplicem Cæſareæ M. exhibuerunt:



Digitized by Google

# INFERIORIS AVSTRIÆ ORDINVM AD CÆSAREAM MAIESTATEM LIBELLVS SVPplex, militarium copiarum dimiſsionem concernens.

INuictiſſime potentiſsimeque Romanorũ Imperator, &c. Domine Clementiſſime: ſummiſiſſimo obſequio percepimus Cæſareo-Regiam V. M. noſtro ante biduum ad aulam M. V. ablegato delectui clementiſſime audientiam Cæſaream conceſſiſſe, & ſimul iuxta illam reſpõſionem ex Regia & Archiducali clementia petiiſſe, vt videlicet illud ipſum, quod Cæſareæ V. M. oretenus ſummiſiſſime eſſet propoſitum, ſimul compræhenſo ſcripto exhiberetur. Ad hæc, penes humillimam gratiarum actionem pro clementiſſime delegatis noſtris conceſſa Cæſarea audientia, Maieſtatem V. C. certiorem reddimus, nos ſane minime nobis in animum induxiſſe, vt videlicet ſcripto compræhenſam noſtram intentionem (quoniam illud ad Regiæ V. M. vniuerſis ac ſingulis laudatiſſimis Prouinciæ huius Ordinibus XXV. Martii factam propoſitionem, de qua deliberatione nos hactenus, ob à Romano-Catholicis nobis non datam, à nobis vero iam dudum deſideratam petitamque reſponſionem, impediti fuimus, interea tamen inquiſitione neceſſariorum aliquot inſtrumentorum, qui ritus olim in vacantiis & homagiis obſeruati fuerint, nihil intermiſimus, dilatum eſt, & omne illud latiorem ſubinde deductionem requirat) Regiæ V. M. detegeremus.

Quum vero Cæſareo-Regia V. M. illud ipſum adeo clementiſſime efflagitet, intermittere nec voluimus nec debuimus, quin ſequentia ſcripto compræhenſa humillimo eũ obſequio repeteremus, quæ iã ante Domini noſtri Commiſſarii Cæſareæ V. M. oretenus propoſuerunt, humillimo ſtudio & obſequio Cæſaream V. M. roganteis, vt iſtam noſtram ſubiectiſſimam propoſitionem clementiſſime audire & percipere ne dedignetur.

In quas periculoſiſſimas diuturnaſq; anguſtias, Rex & Domine clementiſſime, dilectiſsima atq; miſerrima hæcce noſtra patria ab exorta Bohemica intemperie, & à morte Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſſimi, feliciſſimæ recordationis, & quidem ſine fideliſſimorum Ordinum præſcientia, conſilio atque conſenſu, inciderit, & quo in extremo periculo ob prægrandeis præparationes bellicas etiãnum hodie proh dolor verſetur, id integro etiam horæ ſpatio à nemine commemorari proponique poterit.

Minime vero Regiæ V. M. eſt incognitum, ſed in ipſa rei veritate certo certius eſt, quod intra XX. vel XXX. annos durantis belli Turcici, exortarumque ſub iſto rebellionum atque ſeditionum hæc Prouincia non adeo vehementer afflicta fuerit. Licet enim ſub iſtis temporibus Prouincia abſque grauaminibus minime fuerit, nec ſine iiſdem eſſe potuerit, nihilominus tamen Prouinciæ à Prouinciali Principe ſemper bene proſpectum, & matuto conſilio eidem intemperiei obuiatum fuit: ſimiliter & diribitoria, tranſitus, loca dimiſſionum & diſciplina bellica, ob iuſtam ſubſequutam perſolutionem facilime conduci potuerunt, adeo vt miſeri ſubditi conſeruati fuerint, cumprimis quod miles quamprimum contra hoſtem ductus, vel poſt dimiſſionem iuſte perſolutus fuerit, atque iis in locis vbi commorabatur ſubminiſtrata victualia perſoluere neceſſum habuerit. Cum vero,

Digitized by Google

vero, vice verſa, miles integrum ferme per anum miſeros huius Prouinciæ inquilinos grauiter onerarit, exſugendo in extremam quaſi paupertatem præcipitarit, atque etiamnum, ni mature iſti malo occurratur, abſque vlla recompenſatione, maiora damna inquilinis inferat, erga quoſuis immanem inauditamque tyrannidem exerceat: iccirco viuente etiamnum Cæſarea S. M. perfideles Ordines eidem ſuæ Cæſareæ M. perturbatum iſtum ſtatum propoſuerunt, horum, aliorumque grauaminum ſubleuationem, vel dumtaxat eorumdẽ mitigationem ſummiſſiſſimo ſtudio petierunt, eamdemque ipſo effectu hactenus patienter admodum præſtolati ſunt, nec de vlteriori reparatione poſtmodum fuerunt ſolliciti, indubia ſpe freti Regiam V. M. poſt aſſumptam harum Prouinciarum, nomine Sereniſſimi Domini Archiducis Alberti, adminiſtrationem, tam diuturno tempore procraſtinatum defectum, pro Regiæ V. M à Deo Ter Optumo Maximo clementiſſime conceſſa ſumma prudentia, & laudatiſſimis innatis Principalibus qualitatibus atque proprietatibus ex ſingulari erga hanc prouinciam adfectu, clementiſſime adimpleturam: nihilominus tamen nos fideles Ordines non abſque ſingulari cordolio experiri neceſſum habemus, quod magna iſta ante accepta dãna detrimentaue maioribus indies adcumulentur, quodque mox ab initio, nomine Regiæ V. M. grandis præparatio bellica contra Hungariam ſuſcipi, & quamprimum in Prouinciã introduci debeat: immo quod iſtæ militareis copiæ, quæ cõtra Chriſtiani nominis hoſtem hæreditarium terra marique noſtro ſtipendio cõductæ militant, in ſummum limitum periculum, & maius noſtrum damnum reuocatæ fuerint.

Quam commoda autem occaſio Turcorum Imperatori aliiſque noſtris hoſtibus, qui nobis nullo vmquam tempore defuerunt, hoc ipſo facto præbeatur, vt eo melius Iaurinum & Commortam, vnicum ciuitatis Viennæ harumque Prouinciarum Auſtriacarum propugnaculum ex Germanicæ Nationis diſpoſitione in ſummum præiudicium atque perniciem vniuerſalis chariſſimæ noſtræ patriæ, eripere poſſet, facile quiuis ſanæ mentis colligere poterit.

Quocirca nos fideles Euangelici Ordines, ex debita erga Regiam V. M. obſequioſa adfectione, neutiquam intermittere debemus, quin ingens iſtud periculum huius Prouinciæ Veſtræ M. tamquam ineunti nouo Domino Prouinciali Principi, nobis ipſis, gratæ poſteritati, atque adeo vniuerſæ noſtræ patriæ dulciſſimæ ſummo cum obſequio proponeremus, eamdemque per Dei Ter Optumi Maxumi infinitam miſericordiam rogaremus, vt vnum atque alterum ſibi curæ cordique eſſe clementiſſime patiatur, iſtiuſmodique in medium proponat remedia ad quæ ex amore erga Deum, Laudatiſſimam Domum Auſtriacã, Maieſtatis Suæ Dominum Conſanguineum Albertum Archiducem Auſtriæ, tamquam ineuntem Dominum hæreditarium & Prouincialem Principem, atque tamdem R. V. M. ipſam à miſeris nobis periclitantibus in genere ſummiſſiſſimo ſtudio ad: & exhortatur.

Iuxta illud quoque Regia V. M. ſibi nihil aliud imaginetur, quam quod omneis ſupe: inferioriſque Status, dignitatis, atque conditionis perſonæ ex binis Prouinciis ad Regiæ V. M pedes proſtratæ iaceant, & vna cum vulgo in tam extremo periculo miſerabiliter lamentabiliterque Regiæ V. M. opem auxiliumque implorent, vt videlicet, mediante clementiſſima V. Regia M. nullæ milita-

reis

reis copiæ ex Hungaria aliiſque locis in hanc Prouinciam introducantur, verum multo potius introductæ iterum dimittantur, vtque tamdem finalis totaliſque deuaſtatio (quam ſane in præiudicium Domini hæreditarii Archiducis Alberti admittere minime poſſemus) huius Archiducatus, cuius Ordines tale quidpiam minime ſunt promeriti, præcaueatur, miſeris inquilinis parcatur, nec teſtantia, ad conſeruationem dilectiſſimæ ſuæ patriæ atque Principis Prouincialis ab Ordinibus reſeruata alimenta in tam extrema ipſorum neceſſitate plane abſumantur atque corrumpantur.

In hoc Regia V. M. Chriſtianum Deoq; gratiſſimum præſtat officium; quale à multis nunc temporibus nullus Monarcha præſtitit: defendit tum omnium primo & maſcule quidem non ſolummodò nos inquilinos, ſed ipſam auctoritatem, exiſtumationem, atque incrementum totius laudatiſsimæ ſuæ domus Auſtriacæ, ſuæque laudatiſsimæ perſonæ & Regio nomini apud vniuerſum terrarum orbem immortalem laudem atque gloriam comparat. Sin vero illud ipſum Regia V. M. neglexerit, tum omnia confuſe agerentur, nil niſi extrema anguſtia, periculum, totiuſque Prouinciæ ruina atque deſolatio, remaneret, omnes neceſſariæ deliberationes atque conſultationes declinarentur, & eo ipſo tollerentur: immo metuendum eſſet quod Ordines poſtponi, & non amplius conſeruari poſſint, atque ea ipſa de cauſſa cum chariſsimis vxoribus & liberis ſuis, ſub defectu omnis neceſſariæ præparationis, ad Deum Ter Optumum Maxumum manus adtollere, eiuſdemue miſericordiam, opem & auxilium implorare neceſſum habeant, nos vero, in tã fideliſsima obſequentiſsimaque adfectione impediti, noſtra vela iuxta ventorum flatum expandere atque dirigere etiam contra noſtram voluntatem cogeremur: Regiæ V. Maieſtati atque Archiducali clementiæ noſmet humillime commendantes. &c.

## CAPVT LXVI.

## COMITIS A Thurn CVM BOHEMICIS CASTRIS IN INFERIOREM AVSTRIAM Expeditio.

POſtquam igitur Comes à Thurn Ordines Morauiæ ad Bohemorum confœderationem pertraxiſſet, vnà cum Bohemicis caſtris in inferiorem Auſtriam ſe contulit, inibique aliquot loca occupauit. Quoniam vero Laba ſeſe certo quodã præſidio aduerſus hoſtileis incurſiones præmuniiſſet, idem Dominus Comes deditionem ſibi fieri violenter inquilinis imperauit. Interea vero inferioris Auſtriæ Euangelici Ordines (qui poſt diuturnam hactenus habitam tractationem conuenire minime potuerunt) delegatos ſuos ad eumdem Comitem ablegarunt, qui inter alia primũ decentem ſalutationem peragerent. 2. ex eodem quærerent, quur nimirum tantis viribus bellicis in hancce innocentiſſimam Prouinciam ſeceſſiſſet, cum tamen Prouincialeis Ordines nihil contra Bohemiam hoſtiliter attentaſſent, quocirca peterent vt eaſdem retro reduceret. 3. Eidem Comiti ſignificarent, quod ideo ad Bohemiæ Ordinum ſub dato V. Martii & XXIV. Aprilis acceptas litteras non reſpondiſſent, quoniam inferioris Auſtriæ Ordines Categoricam

tricam ſuam reſponſionẽ ad contenta de die in diem diſtuliſſent, quam tamen interim ſummopere atque auide præſtolati fuerint: Quum vero, pro IV. nulla categorica reſolutio ſiue reſponſio ſperanda fuerit, ipſis petitam confœderationem neutiquam aduerſari, cumprimus quod Cæſar Matthias laudatiſs. Christianæq; memoriæ A. C. M DC. XIV Buduiſæ ipſis Ordinibus decretum immiſerit, quod nimirum ad Pragæ A. C. M. DC. XV. inſtitutum indictumque generalem Conuentum per delegatos ſuos comparere & de eadem confœderatione inter ſe inuicem conuentre debuerint: qua de cauſſa iam delegatis ſuis poteſtatem feciſſe, vt videlicet modo commemoratam iſtam confœderationem ipſo facto & realiter concluderent, attamen hac expreſſa ſibi reſeruata conditione, ne forſitan iſta confæderatio laudatiſſimæ Archiducali Domui Auſtriacæ, Romano-Catholicis Ordinibus eorumdemue Relligioni aduerſetur. Et hæc ipſa V. ex Dominorum, V. ex Equitum, & V. ex ciuium ordine vtriſque conſentientibus beniuolentiſſime propoſuerunt.

Paullo poſt Romano-Catholici inferioris Auſtriæ Ordinũ delegati quoque ad eumdem Dominum Comitem in caſtra Bohemica ſeſe contulerunt, ex quibus Dominus Comes à Buchaim inter alia propoſuit I. Romano-Catholicos Ordines numquam aliquid hoſtiliter contra Dom. Comitem neque ipſos etiam Bohemiæ Ordines ſuſcepiſſe, ſed vice verſa exoptatam pacem ſemper atq; fideliter ſuaſiſſe.

II. Rogare Ordines vt militareis copias Dominus Comes à Laba & Zwethele iterum abduceret.

III. Ad petitam efflagitatamque confœderationem quod attineret, nondum per omnia cum Euangelicis Ordinibus conueniſſe, & vnico dumtaxat puncto vniuerſum hærere negotium, quod tamen quamprimum expediendum ſiet: quocirca Dominus Comes ipſis parceret, nec retribuendo ipſis impoſterum plus damni detrimentiue inferret.

Ad quorum poſtulata Dominus Comes reſpondit: quod domini Bohemi feciſſent, illudipſum facere neceſſum habuiſſe, neque etiamnum quicquam, abſque data cauſſa, ſeſe eſſe ſuſcepturum: aſt vbi conſcriptas militareis copias explorare atque inuenire poſſet illas ipſas perſequi: alias ſeſe ſolummodo ad conſeruationem pacis; quietis; atque concordiæ, & ad ferenda obpreſsis auxilia, in hanc Prouinciam contuliſſe, & hosteis ſuos etiam Hieroſolymam vſque perſequi decreuiſſe. Præterea etiam ſancte promiſit, quod ſemel ſeſe Deo commendaſſet, vt tamdem inter Euangelicos & Romano-Catholicos conformitas ſanciretur: Catholici non maioris pretii ſient quam Euangelici, eoſdem enim bonitate, honeſtate, & ſynceritate Catholicis ne latum quidem vnquem cedere: Nam quamuis Romano-Catholici hactenus ceu oleum aquis ſupernatarint, & ea ipſa de cauſſa Euangelicos obpreſſerint, nihilominus tamen illud æquitati neutiquam conforme fuiſſe, iſtiuſmodi non vlterius patienda ferendaque eſſe, neque in animum ſibi Romano-Catholici forſitan inducerent, quod ipſis Euangelici ne in minimo quidem ceſſuri ſient, ſed inter vtroſque abſque vllo vtriuſque Relligionis reſpectu, identitatem conformitatemque neceſſario faciundam, adeo vt quod vna pars habeat, illudipſum & altera pars habere oporteat; atque ita conſtans pax & concordia tamdem reducatur, vt hoc modo regens quiſpiam Dominus & Pro-

uincialis Princeps maiori reputatione regnare & pacifice Rempublicam adminiſtrare queat, ne forſitan Clöſelianus quidam ſacrificus aduentet & tamtam in Prouinciis confuſionem exciter, ſiue is auxilia ex Hungaria, vel Indianorum Inſulis, vnde peccunia aduehitur, adquirat: omnia iſta remnit: ſeſe enim ſemel Deo Ter Opt. Max. crediddiſſe, & eumdem ex vero corde fideliter rogare, vt hocce ſuum Chriſtianum, æquum laudabileque propoſitum promouere, laudem gloriamq; ſuam conſeruare, lacertos ſuos fortificare, ac denique maſculum cor heroicumque animum ſibi clementiſſime largiri ne dedignetur: cum ipſa ſiquidem veritate teſtari neceſſum ſe habere quod contra Labam nihil vmquam moliri in animum induxerit, ni illinc præſidia repperiſſet, & ad illud ipſum inquilini anſam occaſionemque præbuiſſent: quemadmodum quoque Domino Comiti Trautſamo ſignificari curaſſet, vbicunque locorum nullas militareis copias vel certa impoſita præſidia inueniret, illinc ſeſe inquilinis ne minimum quidem damnum inferre promptiſsimum paratiſsimumque futurum.

Ad hæc delegati iterum reſponderunt, ſeſe apud Regiam M intercefſuros vt non dumtaxat Labæ, verum etiam aliorum locorum hinc inde diſperſi præſidiarii iterum deduci debeant. Quibus perceptis Comes retulit ſin Labæ præſidiarii dimitterentur, vrbis portæ reſeratæ patenteſque permanerent, atque non amplius ab hoſtibus ſed à laudatiſſimis Euangelicis Ordinibus loco præſidia imponerentur, ſe illic nullas quæritare diuitias: ad relliquas vero militareis copias quod attineret, ſeſe de iiſdem nullam ampliorem habere inſtructionem. Et ita vtrimque tum temporis diſceſſum eſt.

## *BOHEMIAE ORDINVM DIRECTORVMVE, SI RES AD PACEM DEVENIAT, COMprehenſi Articuli*

PRimum, Vniuerſi & ſinguli Euangelici Ordines, atque adeo omneis Regni Bohemiæ inquilini & ſubditi, ſiue illi ſub Romano Catholicis, ſiue ſub Euangelicis Magiſtratibus degant, Euangelico Orthodoxam Relligionem amplectentes, apud a Cæſarea S M. Rudolpho II. laudatiſſimæ glorioſiſſimæque recordationis in puncto Relligionis clementiſſime conceſſas Maieſtatis litteras, tam apud illam inter eos SVB VNA, & SVB VTRAQVE Specie factam inſtitutamque Compoſitionem, decretum Prouincialis Conuentus, Cæſareo-Regias hac ipſa de re clementiſſime impertitas Reuerſaleis litteras & Confirmationes, quemadmodum non minus apud illam, inter Ordines Bohemiæ SVB VTRAQVE & Principes atque Ordines ſuper inferioriſque Sileſiæ, Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, in puncto Relligionis ſancte ſancitam confirmatamque coniunctionem, iuxta expreſſam litteram, quemadmodum etiam in omnibus aliis clauſulis & punctis, atq; adeo etiam in ſpecie quod illi, qui ſub Eccleſiaſticis Magiſtratibus commorentur, ius iuriſdictionemq; habeant templa ſcholaſq; extruendi, id quod hactenus ab aduerſariis in diſputationem tractum eſt, conſtanter perſeuerare, econtra vero omne illud, quod hactenus ſiue ab Rege SVB VNA, ſiue in vel extra Conuentum Prouincialem contra illud ſuſceptum mandatumq; fuerit, ſublatum, annullatum, & in æuiternum inualidum eſſe debeat.

II. Ieſuitæ, ab Ordinibus ex hoc Regno proſcripti, in ſempiternum proſcripti.

Digitized by Google

ſcripti maneant, nec ſub quolibet prætextu alicuius peregrini Ordinis iterum introducantur, ſed vice verſa ipſorum fundatio & Priuilegia, quæ vel à Rege ipſo vel aliis priuatis perſonis per fallacias ſuas impetrarunt, & Prouinciali tabulæ inſerta ſunt, ex eadem iterum deleri, omniaq; ipſorum Collegia, bona, reditus & prouentus in emolumentum commodumq; Dominorum Ordinũ conuertantur.

III. Confœderatio cum Hungaria, Auſtria Morauia, ſuper inferiorique Luſatia procedat.

IV. Generale defenſionis negotium cum omnibus notoriis Prouinciis, q etiamnum in certis quibuſdam punctis articuliſq; conſiſtit, vna cum latiore deductione ad Prouinciarum Conuentum differatur.

V. Articulus liberi Conuentus Ordinum in circulis, quemadmodum priſcis temporibus vſurceptum fuit, pari modo latiori deductione indiget.

VI. Renouatio hæreditariæ coniunctionis & confœderationis cum circumiacentibus Electoribus aliiſq; S. Rom. Imperii Principibus.

IIIX. Excommunicatio ſiue proſcriptio certarum perſonarum ex Prouincia, & remotio ab officiis: quæ omneis in nuperrime facto Ordinum decreto conſignatæ reperiuntur.

Et hos VII. modo commemoratos articulos, quorum IV ex generali Conuentu A. C. M. D C. X V. deſumpti ſunt, Ordines in nupero Conuentu vnanimi omniũ conſenſu adprobarunt, cõfirmarunt, & typis publicis diuolgari curarunt.

## CAPVT LXVIII.

## *ALII ARTICVLI, AD PROVINCIAE NECESSITATEM, ET INCREMENTVM EVANGELICAE RELLIgionis à Bohemicis directoribus comprehenſi.*

I. QVum illud, quod Cæſ. S. M. &c. in omnibus ſuis Dominiis Collaturas Archiepiſc. Pragenſi conceſſit, vt iiſdem ſuos ſacerdotes poſſit præficere, manifeſto Maieſtatis litteris & vtrimq; factæ tranſactioni aduerſetur, cumprimis vero iis in locis, in quibus ſubditi Relligionem SVB VTRAQVE amplectuntur, iccirco iſta conceſſio tollatur, &, vice verſa, Pragenſe Conſiſtorium parochias SVB VTRAQVE, & eiuſdem Relligioni addictos parochos inſtituant.

II. Quum etiam antehac per eaſdem Maieſtatis litteras, & per iſtam inter eos SVB VNA & SVB VTRAQVE Specie ſancitam pacificationem, tranſactionem atq; compoſitionem, cautum peculariterq; proſpectum ſiet, quod nõ ſolummodo ſubditi in Cæſ. S. M. ditionibus, verum etiam alii, ſiue ſub Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus illi degant Magiſtratibus, poteſtatem libertatemq; habuerint, & etiamnum hodie habeant ſuis ſumptibus templa atque Scholas ad diuinum ſuæ Relligionis cultum peragendum exædificandi, iccirco etiam illud ipſum ratum ſi [illegible]mq; impoſterum permaneat. Ad inquilinos ciuitatis Cloſtergrabenſis vero p[illegible]tinet, quum ipſis Archiepiſc. Pragenſis nouum exædificatum templum demoliri ſoloque iterum æquari iuſſerit: iccirco iidem relliqua ciuitatis templa tamdiu vſurpent, vſquedum ipſis aliud templum reædificetur.

III. Braunauienſes ſimiliter in futura tẽpora templa ſua pacifice vſurpent.

IV. Templa q̃ pariter poſt clementiſſime conceſſas Maieſtatis litteras in Pragenſibus ciuitatibus extructa ſunt, videl. vnum in paruo latere ad S. Trinitatẽ, alterum in veteri ciuitate apud Saluatorem, & tertium etiam in veteri ciuitate

 Pragenſi

Pragenſi ad Simonis & Iudæ vna cum ſacello, in Prouincialis Conuentus relatione Prouinciali tabulæ, tamquam bonum proprium, inſerantur, & omnibus futuris temporibus parti SVB VTRAQVE, à qua illa extructa ſunt, adiudicentur.

V. Quum etiam glorioſiſſimæ recordationis Romanorum Imperator Rudolphus II. Ordinibus Bohemiæ, SVB VTRAQVE, Pragenſem Academiam vna cum omnibus ad eam pertinentibus in perpetuum clementiſſime conceſſerit, ideo Ordinibus inter alia etiam poteſtas detur, vt ad iſtam Academiam vel maiora bona emant, vel priora in poteſtate ſua habentia ad Academiæ vtilitatem atque emolumentum rurſus diuendant.

VI. Liberum quoque iiſdem fiet Ordinibus, SVB VTRAQVE, vt futuris temporibus in vniuerſalibus Conuentibus vel ex propria ſua crumena, vel à ſuis ſubditis certam quamdam contributionem, ad erectionem conſeruationemque iſtius Academiæ aliorumque templorum neceſſitates colligant; in eamdemque conſentiant, qui conſenſus etiam ſemper ad Conuentum Prouincialem referatur, & id, in quod conſentitur, pari modo ceu aliæ quædam Prouinciales contributiones à defenſoribus poſtulari poſſent.

IIIX. Quod neque Rex, vel Regina, neque etiam iſta pars SVB VNA vllas amplius perſonas monaſticas, præter illas, quæ iam exiſtunt, in hoc Regnum denuo queant introducere.

IIX. Similiter & Commiſſarii, quos Rex ad Solemnē quemdam Conuentū Prouincialem ablegare ſolet, & qui Regis deſiderium Ordinibus proponunt, ſiue is ſupremus Cancellarius, præſes, Regii Conſiliarii Cameræ, vel quiſquis etiam ille fiet, apud deliberationem ſuæ propoſitionis neutiquam perſeuerent, ſed ab Ordinibus reſponſionem præſtolari teneantur.

**IX.** Pari modo & Ordines in quolibet Prouinciali Conuentu; ſi forſitan omneis Ordines in genere, vel quilibet Ordo in ſpecie conſultationem de re quapiam inſtitueret, peracta iſtâ conſultatione ſiue deliberatione, per vnam quamdam perſonam ex quolibet Ordine, vel etiam omneis tres Ordines per vnicam perſonam reſponſionem de ſe dare poſſent, & Regiæ S. M. Conſiliarii aulici & Cameræ iuris à communione ſeſe neutiquam ſegregare, ſed apud eamdem, ad deliberanda Prouincialis Conuentus negotia, commorentur.

**X.** Decreta Ordinum in Prouinciali Conuentu facta & Regi ad propoſitionem ſuam dàta reſponſio in ſuo eſſe permaneant, neque de iiſdem replicetur: ſi vero quidpiam replicaretur, illud Ordines acceptare minime tenebuntur, ſed loci mutationem inſtituere poterunt: à quorum digreſſu ſi quid amplius concludatur, relliqui concluſioni ſiue Decreto iſti ſatisfactionem præſtare non teneantur: quemadmodum & nullus Conuentus vltra XIV. dies ſeſe extendere debet, niſi id fiat peculiari Dominorum Ordinum conſenſu atque voluntate.

**XI.** Sin ſupremus Regni Bohemici Cancellarius Regi aliquid propoſuerit, quod tum Cancellarius & ipſe in promptu præſens fiet, & huius rei certam accipiat ſcientiam.

**XII.** Cancellariæ præficiantur Secretarii bonæ famæ, & Euangelicæ Religioni SVB VTRAQVE addicti, quemadmodum illud ipſum priſcis iſtis temporibus vſu receptum fuit.

XIII. In

XIII. In nupero Prouinciali Conuentu deliberandum & concludendum, quibus modis videl. Confœderationes hæreditariæ cum Sereniſ. Dominis Electoribus aliiſque circumiacentibus Prouinciis renouari poſſent atque debeant.

XIV. Decretum, ob perfidos quoſdam patriæ filios, quo nupero in Conuentu quidam ex Prouincia proſcripti, quidam vero ab officiis ſuis remoti ſunt, ſanctè inuiolateque obſeruetur.

XV. In Pragenſibus Ciuitatibus nulli amplius regii ciuitatis Capitanei patiantur.

XVI. Pari modo & regii iudices tam in Pragenſibus, quam aliis etiam ciuitatibus non amplius introducantur.

IIIXX. Cum etiam directores & ſupremi contributionum collectores, ex Dominorum Ordinum mandato, ineuitabili de neceſſitate ad huius Regni defenſionem, & ad perſoluenda militibus ſtipendia, non medioxumam ſane pecuniæ ſummam mutuo ſumere, ſeſeque in proprio obligare neceſſum habeant: idcirco ad debitorum iſtorum perſolutionem, & redemptionem iſtarum obligationum ipſorum bona (qui partim ex prouincia aufugerunt, partim adhuc inibi commorantur, & de quibus poſſet inquiſitio inſtitui) qui ad iſtam intemperiem anſam dederunt, & Cæſareo-Regiam S. M. eo commouerunt quod huius Regni Priuilegia atque libertates non ſolummodo grauiſſima perſequutione in Religione, verum etiam aliis in rebus politicis violata, & ſubſequenter huius Regni inquilini vi bellica hoſtiliter adorti fuerint: qua de cauſſa etiam maior ſane pars Prouinciæ direptionibus atque incendiis crudeli barbaroq; prorſus more deuaſtata eſt, eiuſque inquilini crudeliter admodum trucidati ſunt.

IIXX. Pari ſimilique modo bona Regia (extra bona tabulæ, quæ diſtrahi hodierno tempore nequeunt) tamquam ære alieno empta, & quod multi ex Dominis Ordinibus à Bohemiæ Regibus prædis loco aliis obſtricti obligatiq; ſient, vendantur: De reſiduo autem, poſt ſolutionem Directorum, ſupremorum Contributionum collectorum, & militum, regia debita, & ſtipulatores perſoluantur, partim vero de reſidui iſtius parte Regni huius inquilini, qui barbaro non Chriſtiano more à regiis militaribus copiis direptionibus, latrociniis atque incendiis diuerſimode perſequuti, & bonorum ſuorum iacturam paſſi ſunt, medioxumum ſaltim refrigerium percipiant.

XIX. Sin vero res, ob res quaſdã ex monaſteriis & cleri prouentibus ineuitabilibus de cauſsis abalienatas & oppignoratas, in iiſdem terminis manere, & eædem ad Prouinciæ neceſſitatem vlterius oppignorari, vel prorſus diuendi debeant, nihilominus tamen pro virili in id vnice incumbendum, vt monaſticis profeſsiſque perſonis de neceſſario ſubſidio atque alimento proſpiciatur.

XX. Bohemica Camera aulicæ Cameræ neutiquam ſubiecta fiet, neque iſtius inordinationem exequatur.

XXI. Pragenſibus ciuitatibus muri reſtitui, & peregrina ſingularia iura Eccleſiaſtica ipſarum iuriſdictioni ſubiiciantur.

XXII. Et iſtæ, quemadmodum etiam relliquæ libero tertio Ordine fruentes ciuitates, non amplius regia bona Cameræ (veluti iſte titulus, quocumque etiam illud modo factum fiet, tabulæ Prouinciali inter alia inſertus eſt) nuncupentur.

 XXIII. Item.

XXIII. Item qualis ob duas in hoc Bohemiæ Regno iacentes vrbes, Buduiſam ſcilicet & Pilſam, (quæ huic Regno ſuæ patriæ, nobis eiuſdem inquilinis, ſeſe, tamquam publici hoſtes, obpoſuerunt, Prouinciæ hoſtes & vaſtatores promouerunt, eoſdemque fouerunt, qua ipſa de cauſſa non pauci ex Regni huius inquilinis in extremam perniciem præcipitati ſunt) inordinatio vel deliberatio inſtituenda.

XXIV. Illis Pragenſibus altera dimidia pars de mortuorum accidentalibus reſtituatur, vt exinde vrbis muri renouentur.

XXV. Pilſa, Bohemica Buduiſa, & Regio-Græcia Ordinibus, SVB VTRAQVE, ſubiiciantur, in iisdem armamentaria erigantur, inibique munitiones, tormenta, aliæque neceſſariæ præparationes bellicæ (ſine quibus inſtitutum defenſionis negotium neutiquam conſiſtere poteſt) cuſtodiantur atque conſeruentur.

XXVI. Et tandem probe perpendendum deliberandumue cui videlicet iſta armamentaria tuto concredi demandarique: quemadmodum & qua ratione iſtiuſmodi munitiones, tormenta aliaque ad defenſionem iſtam neceſſaria requiſita adquiri queant.

## CAPVT LXIX.

HÆc dum commemorato modo in Bohemia agerentur, Rex Ferdinandus interea ad Sileſiæ Ordines Regium nuncium ablegauit: ad eius propoſitionem modo dicti Sileſiæ Ordines ſequentem reſolutionem Regiæ M. Ferdinando inſcripſerunt.

## SILESIAE PRINCIPVM ET ORDINVM AD REGEM FERDINANDVM RESOLVTIO.

Sub Dato 1. Martii, A. C. M. DC XIX.

SEreniſſime, Potentiſſime, Clementiſſime Rex atque Domine, Regiæ V. M. poſt impertita ſummiſiſſima noſtra officia, omnem Regiam proſperitatem feliciſſimumque rerum omnium ſucceſſum ex animo precamur. Celare autem Regiam V. M. neutiquam poſſumus, quod in hocce mei ſupremi Capitanei Ordinumque Conuentu iuxta omnia requiſita fuerit propoſitum, quod Regia V. M. non ſolummodò poſt beatum obitum Romano-Cæſareæ M. Hungariæ & Bohemiæ Regis, Regis atque Domini noſtri clementiſſimi, feliciſſimæ recordationis, nunc ad me ſupremum Capitaneum vice ſecunda per litteras, & nunc, durante etiamnum hocce noſtro Conuentu, per Regium Appellationum feudorumque Conſiliarium, Nobiliſſimum, Strenuum, atque Clariſſimum Dominum Doct. Othonem Melandrum oretenus clementiſſime proponi curauerit, quod videlicet, eum, poſt laudatiſſimæ ſuæ Cæſ. M. obitum, Regium regimen ad Regiam V. M. translatum ſiet, clementiſſime prompta parataque ſiet, ex præſcripto traditarum litterarum Reuerſalium, ſub inchoationem Regii ſui imperii, omnium Principum & Ordinum huius Prouinciæ Priuilegia, libertates, immunitates, omnia vetera nouaque Priuilegia tam generalia, quā ſpecialia, Maieſtates, tranſactio-

ſactiones, compoſitiones, conceſſiones, landabileſque hactenus vſitatas Conſuetudines in omnibus clauſulis & punctis, abſque vlla exceptione, non ſecus quam iſtæ à præcedentibus Bohemiæ Regibus, præſertim vero ab Imperatore Ferdinando, feliciſſimæ memoriæ, Maximiliano, Rodolpho, & proxime è viuis ſublata Cæſarea M. confirmatæ fuiſſent, confirmare velit: quemadmodum etiã haud minus hancce ſuam Regiam pollicitationem in ipſum effectum deduxit, & Originalem Confirmationem commemoratorum Priuilegiorum ſimul tramiſit, quo melius ad vlteriorem confirmationem vniuſcuiuſque ſpecialis Priuilegii, apud vnum vel alterum, cum Originalia hocce præſertim turbulento tempore hinc inde tranſuehi periculoſum fiet, à paullo ante dicto Regiæ V. M. Conſiliario & Sileſiæ Camera, vel etiam ab iſta ſola Camera, ſi Originalia ipſis proponerentur, fide digniſſima tranſſumpta accipi, & cumprimis ad realem confirmationem adferri debeant.

Similiter quod Regia V. M. illis inter Romano-Catholicos & Auguſtanã Confeſſionem amplectentes Principes & Ordines grauaminibus, & antehac ad Interpoſitionem delatis differentiis idonee cauere, remederi, & ea ipſa de cauſſa modo commemoratam iſtam interpoſitionem minime negligere velit, cumprimis cum ſupremum Regium officium alias confirmauerit, ad vlteriorem einſdem publicationem regias patenteis litteras hinc inde tramiſerit, & modo dicti ſupremi Regii officii homagium inordinauerit, atque, vt omnia iſta ſeruentur, ſummopere inuigilare velit, & denique quod Regia V. M. in hac Sileſiaca Prouincia adhuc hærentia debita Cæſarea in ſe recipere in animum induxerit, vt adeo promiſſas à nobis contributiones abſq; vllo defectu non dumtaxat re ipſa præſtare, verum etiam ex debito obſequio noſtram ſummiſſionem & obedientiam, ceu fideles ſubditos decet, eo lubentius exhibere poſſimus, & Regia V. M. quoque viceſſim ſeſe erga nos, non tamquam Rex, ſed ceu verus pater patriæ, gerere queat: demum Regiam V. M. etiam, ad maiorem pacifici ſui animi declarationem atteſtandam, eo vnice adlaboraturam vt Bohemiæ Ordines, quibus non minus ſua priuilegia, libertates, immunitates &c. confirmatæ eſſent, ad pacifica media & debitum obſequium iterum flectantur, quo melius vlteriores prouinciarum deſolationes præcaneri, arma deponi, exoptata pax reduci, & omnia tamdem priſtino ſuo pacifico nitori atque vigori reſtitui poſſent, quemadmodum ea omnia Regiæ V. M. ad me ſupremum Capitaneum, ſub dato 16. & 17. proxime elapſi Menſis Aprilis, ablegatæ litteræ ſatis ſuperque teſtantur, & de quibus omnibus mature ſatis interea deliberauimus.

Quum autem nobis adhuc probe renocemus in memoriam, & nupero tempore humillima gratiarum actione acceptauerimus, atque pro ſingulari à Deo Ter Optumo Maxumo & Cæſarea S. M. Domino noſtro clementiſſimo, feliciſſimæ memoriæ, hiſce Prouinciis clementiſſime exhibito beneficio agnouerimus, quod Cæſarea S. M. paternas Cæſareaſque ſuas cogitationes eo potiſſumum direxiſſet, quo melius Cæſareæ S. M. Regna & Prouinciæ, viuente etiamnum Cæſarea S. M. certo capite & ſucceſſore præmuniri, & eo minus malum imposterum metuendum eſſet, ſed vice verſa conſtans pax & tranquillitas iterum plantari propagarique poſſet.

Pari quoque modo nobis adhuc bene perſpectum cognitumque eſt, cum ... ſucceſ-

ſucceſſio iſta Regiæ V. M. obtigiſſet, qua ratione Regiam V.M. pro in Regno Bohemiæ ſucceſſore, & ſupremo Duce Sileſiæ agnouerimus, quidque Regia V. M. nobis viciſſim promiſerit, & quid vtrique parti ex debito officio ratione præſtiti iuramenti incumbat: ita nihil magis exoptamus quam quod laudatiſſimæ S. Cæſ. Maieſt. obitus in iſtiuſmodi tempora incidiſſet, in quibus iſtæ Prouinciæ minime turbatæ fuiſſent, & in quibus abſque vllo grauamine habentium ſuorum Priuilegiorum, iurium, libertatum, immunitatum &c. tenore vti frui potuiſſent, & quo melius tamdem Regia V. M. ad quam deſignatio iſta peruenerat, de fortunato proſperoque omnium rerum ſucceſſu eo magis gaudere quiuiſſet: tum enim nobis ne minimum quidem obſtitiſſet, erga acceptas litterales confirmationes habentium noſtrorum generalium & ſpecialium Priuilegiorum, Regiæ V. M. non ſecus quam prioribus Anteceſſoribus Bohemiæ Regibus, ſub prima etiam Regii ſui regiminis inchoatione, omnem obedientiam humillimo ſtudio præſtare, quemadmodum etiam vice verſa & nos quoque pari gratiarum actione agnoſcimus, quod Regia V. M. nobis clementiſſime porrectas exhibitaſque reuerſales litteras ſibi elementiſſime in memoriam reuocauerit, & ad omnia explenda quaſi initium fecerit.

Nos vero (Archiduce Carolo Vratiſlauienſi epiſc. excepto) extra omnem ponimus dubitationis aleam, Regiam V. M. etiam abſque noſtra inſtructione, clementiſſime ſibi ob oculos propoſituram, in quam turbulento confuſoque omnium rerum ſtatu hæ Prouinciæ relictæ fuerint, in quo etiamnum hodie verſentur, & quod exortum iſtud incendium adeo longe lateque ſerpſerit, quod etiam eiuſdem extinctio maiora ſubinde pariat pericula: tum etiam probe conſideraturam, quam late ſeſe hæc tempora ab iſto ſtatu, in quo Regiæ V. M in hiſce aliiſque Prouinciis deſignatio obtigit, extendant & quomodo prorſus ferme immutata fuerint, dum illa ex pacifico pacatoque prorſus ſtatu in armorum quaſi periculoſum abortum degenerarint, & ob id vniuerſalis iſta querela apud omneis ferme exiſtiterit, quod ipſis etiam in manibus habentia Relligionis prophanæq; pacis Priuilegia, eorumdemue confirmationes, contra iſtorum ſublationem, nihil valuerint, & tā omnis realis effectus ad meliorem Relligionis aſſecurationem conceſſamque eiuſdem legitimam defenſionem, per noua, alias inaudita, diſputata, inconſuetas, late ſeſe extendentes, gloſſas atque reſtrictiones, periculoſam propoſitionem obiectionemque præſtitorum iuramentorum, iacturæ omnium Priuilegiorum, immo per publicum bellum & hoſtilem perſequutionem, in nihilum redactus & ex manibus quaſi ereptus fuerit, adeo vt ipſis nuda dumtaxat Priuilegiorum Confirmatio nullum emolumentum adferat, ſed multo potius, impetrato prius iterum tranquillo pacatoque regimine, omnia litteris ſigilliſq; confirmata etiam reipſa in effectum deduci, omnia impedimenta & turbationes remoueri, & in confirmatione promiſſa Priuilegiorum protectio atque conſeruatio ipſo facto præſtari neceſſum habeant.

Multo minus etiam dubitamus Regiam V. M. clementiſſime ſibi quoque in memoriam reuocaturam, in quo videlicet Ordine apud Prouincias nō ſolummodo omnium pacatorum, viuentibus etiam ipſis regnantibus Regibus, ad ſucceſſionem acceptorum coronatorumque Bohemiæ Regum, ſed etiam apud ipſam Regiæ V. M. deſignationem propriam, primo proceſſum fuerit, & quam longe hodierno tempore, in quo Regia V. M. imperium ſuum inchoauit, ab iſto or-

dine

Digitized by Google

dine recedatur, & quantum ſcilicet vni, vel alteri Prouinciæ (ad præcauenda præiudicia, diffidentias ſegregationeſque Prouinciarum, omneiſque metuendas alias inconuenientias) intersit, vt tam apud acceptationem noui alicuius imperii, quam primam factam deſignationem vel electionem, iſte à prima Vnione ſiue incorporatione Prouinciarum introductus, & diuturna obſeruantia huc vſque conſeruatus Ordo atque conſuetudo obſeruetur. Ex quo Regia V. M. &c. vti confidimus, omneis ac ſinguli colligere facilime poterunt, quod, licet Regia V. M. antehac à nobis huius Prouinciæ Ordinibus ex mera bona voluntate, non vero iuxta reſpectum Bohemicarum deſignationum, (quod ſolummodo ad conſeruationem iuris liberi voti electionis pertinet) in ſupremum huius Prouinciæ Ducem renunciatus atque acceptatus fuerit, nos nihilominus nunc, tā in exequutione deſignationis, quam in ipſa deſignatione, in prædictarum Prouinciarum præiudicium, præſertim rebus ita conſtitutis, aliquid moliri non immerito in deliberationem trahimus: quemadmodum etiam ipſa Regia V. M. ex ſupra commemoratis omnibus abſque vlla difficultate facillime perpendere poterit, quod magnis exortis iſtis motibus, & quicquid per eoſdem immutatum Prouinciiſque, cumprimis Bohemiæ & Sileſiæ, in puncto Relligionis illorumque ad eamdem pertinentium Priuilegiorum atque aſſecurationum, detractum fuerit, per litterales dumtaxat Priuilegiorum confirmationes, abſque reali redintegratione, & immobili aſſecuratione, nullum idoneum remedium applicari poſsit, quodque nunc tempus in promptu ſiet, quod plus ipſum effectum, quam merum nudumque ſolummodo promiſſum requirere videatur.

Certa itaque fiducia freti confidimus, Regiamque V. M. ſimul ſummiſsiſsimo ſtudio & obſequio rogamus, ne nobis vertat vitio, quod iſtiuſmodi turbulenta perturbataque tempora aliquanto maturius perpendamus, neque expectemus, priuſquam Regia V. M. regni eiuſdemue incorporatarum adminiſtrationem ſuſceperit, conſiderando, quod eadem iſta irrequiera tempora ad Ordines perferre poſsit, quemadmodum illud ipſum Priuilegia requirunt, vt tamdem eorumdem confirmatione, abſque vlla quærela & grauamine, aliquando vti frui poſſemus, idque, vt fiat, certo nobis pollicemur. Ita autem fiet, ſi Regia V. M. exercitum dimittere, Prouinciis, quæ ipſis in Relligionis Priuilegiis aliiſque requiſitis ipſo facto adempta ſunt, tam in vna, quam altera etiam Prouincia plenarie reſtituere, &, loco adeo vehementer labefactatæ vnionis aſſecurationis, tanta ſecuritate adeo proſpicere dignabitur, quam, vna cum Priuilegiorum confirmatione, eo tutius & felicius in omne æuum vſurpare poterunt: quod quemadmodum nulla amplificatione vel peregrina interpoſitione indiget, (dum nihil amplius, quam realis ſolummodo effectus Regiæ V. M. incontrouerſorum Priuilegiorum, & in iiſdem compræhenſa promiſsio requiritur) ita vnicum eſt reſtatque medium, per quod Regia V. M. non tantum quietum feliciſsimumque imperium inchoare, verum etiam illud ipſum tanto ſecurius impoſterum conſeruare poterit. Tum quoque & noſmet ipſi, ſi ſub inchoatione iſtius Imperii ordo Sileſiam tetigerit, ex debito obſequio nos ceu fideles Regiæ V. M ſubditos ita exhibebimus, vt nulla de nobis quærela queat inſtitui, quemadmodum etiam & ipſum Principale negotium, vti clementiſsime nobis iniunctum, porro quoque continuabimus, quo tamdem inquilinis indubitata Cæſarea debita aliquando

 perſol-

perſoluantur. Id quod Regiæ V. M loco obſequentiſſimæ reſponſionis ſignificare voluimus, noſmet omneis & ſingulos Regiæ V. protectioni & clemeniæ ſubmiſiſſime commendantes. Dabantur in noſtra congregatione Vratislauiæ 1. Maii A. C. M. D C. X I X.

## CAPVT LXX.

*in quo commemoratur*

## *EXTRACTVS PVNCTORVM ARTICVLORVMVE, DE QVIBVS INFERIORIS AVSTRIAE ORDINES, AB Romano Catholicis, eiuſdem Archiducatus, Ordinibus hactenus Categoricam Reſponſionem inſtanter poſtularunt.*

I. QVod omneis IV. Romano-Catholici Ordines cum Euangelico-Orthodoxis pro vno corpore, &, ſi vna pars ab altera quidpiam poſtulet, vir pro viro ſtare debeat.

II. Quod quilibet Ordo priſcis Conſuetudinibus, ac nouis Conceſſionibus ſiue Priuilegiis vti frui queat, quodque conſules, iudices, archigrammatæi, ciues &c. iuxta qualitatem & veterem ritum eligantur.

III. Cum ſepulturis, Xenodochiis, Noſocomiis &c. nulla fiat Relligionis differentia.

IV. In Academiam, à ſingulis Ordinibus A. C. M. D C. XIII. fundatam, perſonæ abſque Relligionis reſpectu adſumantur.

V. Neque vnius, neque alterius Religionis membrum contra libertatem conſcientiæ perturbetur.

VI. Perſequutiones vtrimque intermittantur, & tollantur.

IIIX. Omne illud, contra quod quidpiam vel ab vna, vel altera parte molitum eſt, reſcindatur, &, vti antea, libere ſecureque permaneat.

## CAPVT LXXI.

IEſuitas ex Marchionatu Morauiæ exterminatos eſſe, ſuo loco diximus: pari modo igitur & ex Sileſia proſcripti ſunt, idque ſequentibus litteris patentibus:

## *LITTERARVM PATENTIVM, IESVITARVM EX SILESIA PROSCRIPTIONEM CONCERnentium. Copia.*

Sub dato Briegæ XXIV. Iunii A. C. M. D C. XIX.

DEi Gratia Nos Ian-Chriſtianus Dux Sileſiæ, Lignicii & Briegæ, ſupremus Capitaneus in ſuperiorique Sileſia &c. Omnibus & ſingulis ſupremi Officii incorporatis, noſtriſque ſubditis, S. P. & prompta parataque noſtra officia &c. Reuerendiſſime, Sereniſſime, Admodum Reuerende, Inluſtriſſimi Principes, Reuerendi, Deuoti, Generoſi, Strenui, Ampliſſimi, Honeſtiſſimi, Prudentiſſimi, peramiciſſimi Domini adfineis, conſanguinei, fratres, compatres, perdilecti amici. Extra omnem dubitationis aleam ponimus Dominis, vobiſque, ex repetitione illius, quod elapſo tempore, cumprimis vero XII. Martii A. C. M. D C. X C V I. ad Romano-Cæſaream M. Hungariæ, Bohemiæque Regem, laudatiſſimæ glorioſiſſimæque recordationis, Domini Principes & Ordines, Auguſtanam

nam Confeſſionem amplectentes, in ſupe: inferiorique Sileſia, ob perencioſiſſimam Sectam Ieſuiticam, & eiuſdem fraudulentas doloſaſque technas atque inſidias (quas contra omneis bonas politias, Sanctiones, Conſtitutiones, communem quietem, tranquillitatem, atque concordiam in omnibus Prouinciis attentare neutiquam verentur) ampliſsima ſane deductione humillimo ſtudio perſcripſerint, neutiquam fore incognitum, quo melius iidem iſti ſectarii, qui iam iam omnia ſua pernicioſa conſilia contra communem noſtram patriam Sileſiam, modo vt certã immotamque ſedem in modo commemorata noſtra patria figerent, direxerant, à propoſito ſuo vel remorari, vel plane à finibus noſtris arceri potuiſſent. Minime quoque dubitamus vos latere poſſe, quatenus nimirum laudatiſſimi noſtri maiores & anteceſſores illo ipſo tempore vnanimi omnium conſenſu publice profeſſi ſient, nimirum ipſos, in acceptandis Ieſuitis, tam ſuam, quam ſuorum poſterornm, adeoque totius gratæ poſteritatis manifeſtam perniciem, & extremum excidium quaſi propriis ſuis oculis coram intueri, nulloque modo ob receptionem iſtius ſectæ, apud Cæſaream S. M. tamquam ipſis à Deo Ter Optumo Maxumo præpoſitum ſummum Magiſtratum, vicinas Prouincias, vel modo dictam gratam poſteritatem factum ſuum excuſare poſſe, ni apud etiam modo commemoratam laudatiſſimam Cæſ. ſuã M. de miſeria iſta conquererentur, &, ad excutiendũ intolerabile iſtiuſmodi iugum, omnia ſalutaria media excogitarent. Quamuis vero nunc Deus Ter Optumus Maxumus, mediante admiranda ſua bonitate, atque ineffabili miſericordia (cui laus, honor & gloria in ſempiterna ſecula) illo ipſo tempore laudatiſſimæ iſtius Cæſareæ S. M. ſumme dotatum Cæſareum animum eo clementiſſime flexerit, vt irrequieta & ſeditioſa iſta Secta Sileſiam non ingreſſa fuerit: nihilominus tamen, proh dolor, omnibus ac ſingulis cognitum manifeſtumque, maxumopereque adeo deplorandum eſt, quod, cum vicini Regni Bohemici eoſdem Ieſuitas recipere neceſſum habuerint, hactenus inceſſabilibus ſuis doloſis technis atque pericu!oſis admodum fallaciis & perſequutionibus rem tamdem eo deduxerint, vt nullus alius effectus, quam in multis Prouinciis Chriſtianitatis deplorandã multifaria lamenta, ſubſequutus fuerit, & tã in vna, quam altera Prouincia mera omnium rerum confuſio extiterit. Quemadmodum autem laudatiſſimi aliarum Prouinciarum Euangelici Ordines, cum excommunicatione & proſcriptione pernicioſiſſimorum iſtiuſmodi hominum, ſemel pro ſemper iſti malo mature anteuertere decreuerunt: ita quoque Domini Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem amplectentes, in hac Prouincia in maturam deliberationem traxerunt, ſibique laudatiſſimorum ſuorum Anteceſſorum indigetatum exemplum ob oculos poſuerunt, & inter ſe inuicem, ineuitabilibus de cauſſis, vnanime decretum condiderunt (Facile ſiquidem colligere eſt eoſdẽ Ieſuiticos aliis ex locis proſcriptos exterminatoſque homines etiam in hac ipſa noſtra patria non minus iam, quam prioribus ſub temporibus, in hanc noſtram patriam pedem inferre molituros, verum, vti metuendum, non paucos iiſdẽ ſub: & præſidia daturos) ꝙ neq; illis ipſis, neq; etiã aliis iſta poteſtas concedatur, ſed, vice verſa, quiſquis ex iſto Ordine vel ſuis aſſeclis in hac Prouincia Sileſiæ depræhenſus fuerit, is, ſiue ii, in vitæ amiſſionem incurrere neceſſum habeant: iis vero, qui ipſis neceſſaria alimenta, aliaque ſubſidia ſubminiſtrauerint, ſub iactura ſuorũ honorum & bonorum illud iã & ſemper eſto prohibitum.



Digitized by Google

perſoluantur. Id quod Regiæ V. M loco obſequentiſſimæ reſponſionis ſignificare voluimus, noſmet omneis & ſingulos Regiæ V. protectioni & clemeniæ ſummiſiſſime commendantes. Dabantur in noſtra congregatione Vratislauiæ 1. Maii A. C. M. DC.XIX.

## CAPVT LXX.
*in quo commemoratur*

## EXTRACTVS PVNCTORVM ARTICVLORVMVE, DE QVIBVS INFERIORIS AVSTRIAE ORDINES, AB *Romano Catholicis, eiuſdem Archiducatus, Ordinibus hactenus Categoricam Reſponſionem inſtanter poſtularunt.*

I. QVod omneis IV. Romano-Catholici Ordines cum Euangelico-Orthodoxis pro vno corpore, &, ſi vna pars ab altera quidpiam poſtulet, vir pro viro ſtare debeat.

II. Quod quilibet Ordo priſcis Conſuetudinibus, ac nouis Conceſſionibus ſiue Priuilegiis vti frui queat, quodque conſules, iudices, archigrammatæi, ciues &c. iuxta qualitatem & veterem ritum eligantur.

III. Cum ſepulturis, Xenodochiis, Noſocomiis &c. nulla fiat Relligionis differentia.

IV. In Academiam, à ſingulis Ordinibus A. C. M. D C. XIII. fundatam, perſonæ abſque Relligionis reſpectu adſumantur.

V. Neque vnius, neque alterius Religionis membrum contra libertatem conſcientiæ perturbetur.

VI. Perſequutiones vtrimque intermittantur, & tollantur.

IIIX. Omne illud, contra quod quidpiam vel ab vna, vel altera parte molitum eſt, reſcindatur, &, vti antea, libere ſecureque permaneat.

## CAPVT LXXI.

IEſuitas ex Marchionatu Morauiæ exterminatos eſſe, ſuo loco diximus: pari modo igitur & ex Sileſia proſcripti ſunt, idque ſequentibus litteris patentibus:

## LITTERARVM PATENTIVM, IESVITARVM EX SILESIA PROSCRIPTIONEM CONCERNENTIUM, *Copia.*

Sub dato Briegæ XXIV. Iunii A. C. M. DC. XIX.

DEi Gratia Nos Ian-Chriſtianus Dux Sileſiæ, Lignicii & Briegæ, ſupremus Capitaneus in ſuperiori inferiorique Sileſia &c. Omnibus & ſingulis ſupremi Officii incorporatis, noſtriſque ſubditis, S. P. & prompta parataque noſtra officia &c. Reuerendiſſime, Sereniſſime, Admodum Reuerende, Iluſtriſſimi Principes, Reuerendi, Deuoti, Generoſi, Strenui, Ampliſſimi, Honeſtiſſimi, Prudentiſſimi, peramiciſſimi Domini adfineis, conſanguinei, fratres, compatres, perdilecti amici. Extra omnem dubitationis aleam ponimus Dominis, vobiſque, ex repetitione illius, quod elapſo tempore, cumprimis vero XII. Martii A. C. M. DC.XCVI. ad Romano-Cæſaream M. Hungariæ, Bohemiæque Regem, laudatiſſimæ glorioſiſſimæque recordationis, Domini Principes & Ordines, Auguſtanam

nam Confeſſionem amplectentes, in ſupe: inferiorique Sileſia, ob pernicioſiſſimam Sectam Ieſuiticam, & eiuſdem fraudulentas doloſaſque technas atque inſidias (quas contra omneis bonas politias, Sanctiones, Conſtitutiones, communem quietem, tranquillitatem, atque concordiam in omnibus Prouinciis attentare neutiquam verentur) ampliſsima ſane deductione humillimo ſtudio perſcripſerint, neutiquam fore incognitum, quo melius iidem iſti ſectarii, qui iam iam omnia ſua pernicioſa conſilia contra communem noſtram patriam Sileſiam, modo vt certâ immotamque ſedem in modo commemorata noſtra patria figerent, direxerant, à propoſito ſuo vel remorari, vel plane à finibus noſtris arceri potuiſſent. Minime quoque dubitamus vos latere poſſe, quatenus nimirum laudatiſſimi noſtri maiores & anteceſſores illo ipſo tempore vnanimi omnium conſenſu publice profeſſi ſient, nimirum ipſos, in acceptandis Ieſuitis, tam ſuam, quam ſuorum poſterorum, adeoque totius gratæ poſteritatis manifeſtam perniciem, & extremum excidium quaſi propriis ſuis oculis coram intueri, nulloque modo ob receptionem iſtius ſectæ, apud Cæſaream S. M. tamquam ipſis à Deo Ter Optumo Maxumo præpoſitum ſummum Magiſtratum, vicinas Prouincias, vel modo dictam gratam poſteritatem factum ſuum excuſare poſſe, ni apud etiam modo commemoratam laudatiſſimam Cæſ. ſuâ M. de miſeria iſta conquererentur, &, ad excutiendũ intolerabile iſtiuſmodi iugum, omnia ſalutaria media excogitarent. Quamuis vero nunc Deus Ter Optumus Maxumus, mediante admiranda ſua bonitate, atque in[e]ffabili miſericordia (cui laus, honor & gloria in ſempiterna ſecula) illo ipſo tempore laudatiſſimæ iſtius Cæſareæ S. M. ſumme dotatum Cæſareum animum eo clementiſſime flexerit, vt irrequieta & ſeditioſa iſta Secta Sileſiam non ingreſſa fuerit: nihilominus tamen, proh dolor, omnibus ac ſingulis cognitum manifeſtumque, maxumopereque adeo deplorandum eſt, quod, cum vicini Regni Bohemici eoſdem Ieſuitas recipere neceſſum habuerint, hactenus indeſſabilibus ſuis doloſis technis atque periculoſis admodum fallaciis & perſequutionibus rem tamdem eo deduxerint, vt nullus alius effectus, quam in multis Prouinciis Chriſtianitatis deploranda multifaria lamenta, ſubſequutus fuerit, & tã in vna, quam altera Prouincia mera omnium rerum confuſio extiterit. Quemadmodum autem laudatiſſimi aliarum Prouinciarum Euangelici Ordines, cum excommunicatione & proſcriptione pernicioſiſſimorum iſtiuſmodi hominum, ſemel pro ſemper iſti malo mature anteuertere decreuerunt: ita quoque Domini Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem amplectentes, in hac Prouincia in maturam deliberationem traxerunt, ſibique laudatiſſimorum ſuorum Anteceſſorum indigetatum exemplum ob oculos poſuerunt, & inter ſe inuicem, ineuitabilibus de cauſſis, vnanime decretum condiderunt (Facile ſiquidem colligere eſt eoſdẽ Ieſuiticos aliis ex locis proſcriptos exterminatoſque homines etiam in hac ipſa noſtra patria non minus iam, quam prioribus ſub temporibus, in hanc noſtram patriam pedem inferre molituros, verum, vti metuendum, non paucos iiſdẽ ſub: & præſidia daturos) ꝙ neq; illis ipſis, neq; etiã aliis iſta poteſtas concedatur, ſed, vice verſa, quiſquis ex iſto Ordine vel ſuis aſſeclis in hac Prouincia Sileſiæ depræhenſus fuerit, is, ſiue ii, in vitæ amiſſionem incurrere neceſſum habeant: iis vero, qui ipſis neceſſaria alimenta, aliaque ſubſidia ſubminiſtrauerint, ſub iactura ſuorũ honorum & bonorum illud iã & ſemper eſto prohibitum.



Digitized by Google

Quum vero extra omnem ponamus dubitationis aleā laudatiſsimos Romano-Catholicos Ordines & inquilinos huius Prouinciæ, ad pacem & concordiam inclinantes, Auguſtanæ Confeſsioni addictis Principibus & Ordinibus, eorumdemue laudatiſsimis Maioribus & Anteceſſoribus, illo tempore, minime, quod fecerint, vitio verſuros, neque illud ipſum in malam partem interpretaturos, ſed multo potius re, ipſoque facto, percepturos cogniturosue quod videlicet nullum melius principium ad recuperationem quietis, pacis, & ſynceræ ſecuræq; Germanicæ Confidentiæ atque Correſpondentiæ inueniri potuerit, quam vt pernicioſiſsima iſta fraudulentorum hominum conſilia, doloſæ technæ, atque periculoſiſsimæ inſidiæ pro virili euitarentur & eliminarentur: quibus mediantibus omneis bene ſancitæ Conſtitutiones, nerui & vincula omnis bonæ neceſsitudinis atque concordiæ, tam inter ipſos magiſtratus & ſubditos, quam inter pacificos quietoſque Romano-Catholicos, & Euangelico-Orthodoxos Ordines, immo vnicum arctiſsimumque humanæ ſocietatis vinculum, quod in data fide & pactorum obſeruantia conſiſtit, in omnibus Prouinciis diſſoluuntur atque perforantur.

Quocirca nobis, seu ſupremo Sileſiæ Capitaneo, ad certiorem Reipublicæ & priſco-veteris bonæ correſpondentiæ inter vtriuſque Relligionis cultores, promotionem intercedentibus Auguſtanæ Confeſsioni addictis Principibus & Ordinibus, maxumopere incubuit, vt ſupra commemoratum ipſorum vnanime Decretum ad vniuſcuiuſque notitiam quamprimum publicaremus, Dominos, voſque omneis & ſingulos peramice & clementer rogantes, noſtris ſubditis vero ſerio mandantes, vt quilibet Princeps, Dominus, Ordo, Dominium, Præfectura, atque Magiſtratus hoc decretum & conſtitutionem quauis conditione ipſo facto exequatur, neque contrarium quiddam contra eamdem moliatur, & tamdem vt eo commodius omnia imminentia mala mature præcaueantur. Hiſce Dominis, vobiſque omnibus & ſingulis amicitiam, officia, & clementiam noſtram deferimus. In fidem præmiſſorum litteras haſce principali ſecretiori noſtro ſigillo præmuniri iuſſimus. Quæ dabantur Briegæ 24. Iun. A.C.M.DC.XIX.

Paullo ante proſcriptionem iſtam Euangelici Ordines in regno Hungariæ etiam iſtiuſmodi patenteis litteras contra Societatis Ieſu Patres publicari curarunt, in quibus inter alia mala, quæ in eodem regno perpetrarunt, ipſis in ſpecie obiecerunt, quod ipſorum inſtinctu Belgiocoſa tam immanem Chriſtiani ſanguinis profuſionem atque lanienam, contra omneis Conſtitutiones atque libertates, in Metropoli Caſſouia inſtituiſſet, Euangelicorum templa & Scholas obſerarit, paſtores & ludimoderatores, vna cum ipſa ſtudioſa iuuentute, exilio mulctaſſet, & alia enormia facinora turpiter crudeliterque perpetraſſet.

## CAPVT LXXII.

POſtquam autem Bohemiæ Ordines interea animaduertiſſent diem Cæſareæ Electionis adpropinquare, nullum non mouerunt lapidem quin Regem Ferdinandum à Regia iſta electione detinerent: icirco ad Sereniſs. Dom. Electorem Saxoniæ ſequentibus ferme verbis perſcripſerunt.



Digitized by Google

## BOHEMIAE DIRECTORVM, OB INVITATIONEM REGIS FERDINANDI AD CAESAREAM *Electionem Moeno Francfurtenſem, conſideratio.*

DIrectores Bohemiæ per litteras ſuas ſub dato 1. & 11. Iunii, Sereniſſimo Domino Electori Saxoniæ humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio ſignificant, quod Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Moguntinus, S. R. Imperii Septemvir &c. potentiſſimum Regem Ferdinandum ad electionem noui capitis totius Chriſtiani Orbis, Romanorum videlicet Regis ac futuri Imperatoris, inuitauerit, vt videlicet, ceu Rex Bohemiæ ac S. R. Imperii Elector, perſona ſua Regia ſplendido iſti Septemuirali Actui & Conſeſſui intereſſe ne dedignaretur. Cum vero negari non poſſit, ſed apud omneis & ſingulos in confeſſo ſiet, quod ius Electionis non ius perſonale, ſed reale, atque ad quemlibet Electoratum, tamquam in rem, pertineat, adeo vt nemo, ſine reali quietaque poſſeſſione iſtius Septemuiratus, ſaluis Imperii Legibus & Aurea Bulla Caroli IV. iſtiuſmodi iura impetrare poſſet: iccirco Sereniſſimam ipſius Celſitud. hiſce ſummiſsiſsime & obſequentiſsime rogare, vt in tam grauiſſima grauiſſimi negotii occaſione, pro ampliſſima ſua in S. R. Imperio auctoritate atque exiſtumatione ipſis conſilio, ope, & auxilio clementiſſime adeſſe ne dedignetur, ſed multo potius rem eo dirigere haud grauetur, quo laudatiſſima Corona Bohemica non contra expreſſam Aureæ Bullæ litteram, & notoriam priſcam obſeruantiam in ſui præiudicium adgrauetur.

## CAPVT LXXIII.

## SERENISS. DOMINI ELECTORIS SAXONIAE AD POSTVLATA BOHEMORVM CLEMENTISſima Reſolutio.

Sub Dato IIIX. Iun. A. C. M. D C. XIX.

NOS IAN-GEORGIVS, DEI GRATIA Dux Saxoniæ, S. R. Imperii Archimareſcallus & Elector &c. S. D. Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Ampliſsimi, Honeſtiſsimi, prudentiſsimi, perdilecti fideles. Veſtræ ad nos exaratæ litteræ nobis ſunt propoſitæ: ex quarum pellectione percepimus, quid videlicet, ob inſtantem diem Cæſareæ Electionis, humillime à nobis petatis & efflagitetis.

Ad petitionem veſtram igitur quod attinet, & quid Reuerendiſsimus Dominus Elector Moguntinus inſtituerit, neutiquam dubitamus, Reuerendiſs. ſuam C. id decenti more excuſare poſſe. Veſtram petitionem quoque grauem admodum & ita comparatam eſſe depræhendimus, quod illa non dumtaxat ad nos, verum etiam ad cæteros quoque Dominos Septemuiros & Collegas noſtros pertineat: contra quam Electoralem Vnionem, ſiue copulationem nos ſpontaneam propriamq; noſtram reſolutionem tam arduo difficillimoq; in negotio communicare nemini poſſumus. Iccirco veſtram iſtam poſtulationem ad Reuerendiſsimos Sereniſsimosq; ſeptemvirales Dominos Collegas noſtros quamprimum perſcribemus, & de eadem cum iiſdem deliberabimus: minime dubitantes, modo commemoratos



Digitized by Google

memoratos Reuerendiſſ. & Sereniſſ. Dominos Electorales Collegas noſtros de re iſta vna nobiſcum ita conſultaturos, quemadmodum illud ſeptemuiralis præeminentia, dignitas, atque auctoritas, ipſiuſq; rei neceſſitas requirere videbitur. Id quod vos clementiſſime celare non potuimus, vobis Electoralem noſtram gratiã & clementiam hiſce ſimul pollicentes. Dabantur Dreſdæ 7. Iun. A. C. M.DC.XIX.

## CAPVT. LXXIV.

INterea potentiſſimus Rex Ferdinandus, ad electionem Cæſaream cum Regio comitatu adproperans, Archiduci Leopoldo adminiſtrationem Imperii commiſit, qui ciuibus Viennenſibus per ſequens decretum arma adimi curauit.

## *ARCHIDVCIS LEOPOLDI DECRETVM, DISARMATIONEM CIVIVM VIENNENSIVM CONcernens.*

INluſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus Leopoldus, Archidux Auſtriæ, Hungariæ, Bohemiæq; Regiæ Maieſtatis, & Domini Alberti Archiducis Auſtriæ &c. in hiſce Prouinciis ſubſtitutus Gubernator, Conſulibus, Iudicibus, Senatus Iudiciique Adſeſſoribus, adeoque toti Ordini Senatorio huius vrbis Viennenſis clementer ſignificari iubet.

Hungariæ Bohemiæque Regia M. Dominus Ferdinandus, Archidux Auſtriæ &c. Dominus noſter clementiſſimus ſeſe clementiſſime explicauit. Poſtquã Conſules & inquilini huius vrbis de introductione militis, tam in: quam extra vrbem, maxumopere conquerantur, atque ea ipſa de cauſſa metuendum ſiet ne, ob immunditiem & militum copiam, forſitan diuerſimodæ non dumtaxat incommoditates, verum etiam lues atque ipſa peſtis magis magiſq; hinc inde graſſati poſſet: iccirco, variis, iiſque ſane grauiſſimis de cauſſis, cumprimis vero durantibus adhuc inter ciues difficilimis differentiis, aliiſq; periculoſis metuendis caſibus, hocce potiſſumum perturbato tempore, neutiquam conducibile eſſe autumamus (ni alia ad manus reſumantur media) vt numerus copiarum militarium in arctum redigatur, vel penitus ab vrbe arceatur, ſed multo potius vt à ciuibus aliiſque inquilinis, tam Romano-Catholicam, quam Euangelico-Orthodoxam Religionem amplectentibus, arma, certæ ſolummodo cuſtodiæ gratia, ad definitum quoddam tempus auferantur, & ad tutiora loca transferantur.

Itaq; Inluſtriſſima ſua Cel. clementiſſime mandat vt Viennenſes omneis & ſinguli ſuapte tam maiores quam breuiores bombardas, bipennes, haſtas & male ſanas partiſanas, puluerem tormentarium, plumbum, & funalia abſque vlla remora in commune vrbis armamentarium deponant: quo facto eadem ſua Celſ. peculiares aliquot Commiſſarios ad omneis vrbis quadrantes partes ablegabit, quibus ab inferioris Auſtriæ regimine, aliiſq; reſtantibus Iuriſdictionibus atque Inſtantiis, VIII. perſonæ adiungentur, vt non ſolummodo iſti actioni interſint, verum etiam ex vna domo in alteram ſeſe conferant, omnibuſq; ciuibus, membris Academicis, mercatoribus, cumprimis vero omnibus inquilinis huius ciuitatis Viennenſis (exceptis ſuæ Cel. præſentibus aulicis miniſtris, exteris Legatis, eorumdemue officialibus) paullo ante in ſpecie commemorata arma adimant, & ſingillarim

ſtatim iuxta quadrantes ciuitatis partes in armamentarium publicum inferant, atque tamdem omnibus & ſingulis, ſub iactura & amiſſione Regiæ S. M. atq; Sereniſs. ipſius Cel. clementiæ, vitæ, bonorumque, præcipiant, ne videlicet iſtiuſmodi arma emere, comparare, nec in ſuis ædibus talia reperiri dignentur: qua de re etiam quamprimum viſitatio domeſtica inſtituetur.

Quod vero ad negotiatores armamentarios attinet, viſitatores ſiue Commiſſarii iſti eorumdem fornicatas officinas obſerent, iiſdemque ſub eadem comminata pœna ſerio interdicant, ne ſcil. abſque præſcientia quicquam diuendant, ſed de eadem re Viennenſibus certam rationem reddant, qui tum infallibilem relationem Sereniſs. Celſitud. ſuæ Commiſſariis facere tenebuntur. Ne autem hac in re iiſdem Commiſſariis forſitan fucus fiat, glaucoma obiiciatur, & arma quædam abſcondantur, pro ſingulis vrbis partibus quadrantibus litteras Patentes accipient, quibus in omnem euentum neceſſitate requirente vtantur, iiſdemq; commemorato in negotio decenti modo adſiſtentia præſtetur. Omnia autem iſta arma per binos à Viennenſibus ſingulæ parti attributos currus in armamentarium publicum deferantur, inibiq; certis locis collocentur atq; deponantur. Quum vero hæcce armorum depoſitio eo potiſſimum ſpectet, quo melius commodiuſue pars exterarum militarium copiarum à ciuibus & ciuitate in alia loca deducatur, omniaq; vlteriora metuenda pericula mature præcaueantur, ideireo illud ipſum iuri & libertati Viennenſium nihil omnino derogabit, nec in eorumdem verget præiudicium. In hoc Viennenſes Celſ. ipſius clementiſſimæ voluntati & intentioni ſatisfacient.

## CAPVT LXXV.

HÆc dum Viennæ Auſtriacorum agerentur, Ordines Morauiæ circa M. Auguſti initium in ſuo Brinnæ celebrato Conuentu ſequentes articulos ſanciendo decreuerunt.

## *ORDINVM MORAVIAE IN CONVENTV BRINNENSI DECRETI ARTICVLI.*

I. POſtquam certa quædam Confœderatio inter Dominos Commiſſarios Marchionatus huius Morauiæ, & Dominorum Principum Ordinumq; in ſupe: & inferiori Luſatia, nomine locoque confœderatarum, atque huic regno incorporatarum Prouinciarum, ſancita, certoque iuramento confirmata fuerit: itaque eamdem iſtam Confœderationem certis quibuſdam articulis complexi ſumus, ratihabuimus, proba: & adprobauimus: quam etiam impoſterum, auxiliante adſpiranteque nobis diuina gratia, inuiolatam ſeruabimus, & iuxta eiuſdem normam actionem noſtram dirigemus.

II. Quum ob hoſtilem in hanc Prouinciam factum impetum Tampirianarum militarium copiarum, in eadem hacce Prouincia inauditam alias tyrannidem atque crudelitatem exercentium, ſumma ineuitabiliſque neceſſitas requirat, vt, præter noſtrum antehac conſcriptum militem, quo dilectiſſimam noſtram Patriam defenderemus, & tyrannicis crudeliſsimiſque noſtris hoſtibus maſcule atq; intrepide reſiſteremus, maiores adhuc vires colligamus: ideirco vnanimi omnium conſen-

conſenſu adhuc M. D. viros militareis conſcribere decreuimus. Hiſce autem ſummo cum imperio præficimus Dominum Rudolphum Schleinitzium à Schleinitz, in Meſsritſcheck &c. cum quo deputatæ conſtitutæque è noſtro medio perſonæ de ſtipendio tractabunt, contrahent, concludent, eumdemue vtrimque ratum ſigilloque confirmatum contractum noſtro loco eidem tradent.

III. Quum etiam in nupero vniuerſali die Iouis poſt Philippi Iacobi præſentis huius M. D C. XIX. Anni heic Prinnæ celebrato Conuentu aliquot perſonæ, tamquam in patriam periuræ perfidæque, & ob res inſidioſe fraudulenterque geſtas proſcriptæ, & iuxta à nobis decretum fuerit, vt earumdem bona confiſcari, & in emolumentum Prouinciæ conuerti debeant, iccirco prius iſtud decretum iam in ſuo Eſſe rellinquimus.

IV. Quoniam etiam in ipſa rei veritate certo fiet certius, quod tam Olmucienſe, quam Prinnenſe ſodalium collegium, ſiue, vti vocant, Capitulum, atque adeo ipſi Prælati manifeſto ſeſe declarauerint, quod nobis nullam opem & auxilium, multo minus militareis copias mittere neq; velint neq; poſſint, quũ illud ipſum ipſorum conſcientiæ aduerſetur: itaque, pro V. decreuimus quod omnia Epiſcopalia, Collegiorum, monaſteriorumque bona, inter quæ & Virginum Veſtalium bona compræhendantur, ſequeſtrentur, ipſorum ſubditi præſtito ipſis iuramento abſoluantur, nobiſque Ordinibus ſubmittantur. Iſtiuſmodi autem bona ab iis ex ſingulis circulis à nobis conſtitutis perſonis, quarum arbitrio & poteſtati illud commiſimus, volentibus vendantur, & de iſta emptione contractus erigantur, peculiarique obligatione caueatur, quod videlicet modo iam commemorata bona, iuſtitia atque iure iterum præualentibus, tamquam hæreditaria, Prouinciali tabulæ inſerantur.

VI. Abbatibus, Præpoſitis, eorumdem monachis, aliiſque Eccleſiaſticis hominibus, quibus etiam nominibus inſigniantur, ab iſtis Eccleſiaſticis reditibus & prouentibus neceſſaria alimentatio ſubminiſtretur, virginibus veſtalibus vero, nubere volentibus dos, relliquis autem votum conſtanter ſeruantibus certum vitæ ſubſidium conſtituatur & præbeatur: Quam alimentationem bonorũ Eccleſiaſticorum emptores ipſis porrigere & aduehere tenebuntur.

IIIX. Omnes quoque domus, domicilia & monaſteria tam in: quam extra vrbes, in rure perueſtigari, omnia arma, munitiones & præparationes bellicæ, ſimiliter & aurum, argentum, pecunia &c. inibi reperta, auehantur, & in Prouinciæ emolumentum transferantur.

Et quoniam, pro IIX. certo fiet certius ciues Romano-Catholicæ Relligioni addictos, vel alio quouis in Ordine Eccleſiaſtico conſtitutos homines, variis diuerſimodiſque technis, fraudulentiſque dolis nobis impoſuiſſe: iccirco itidem decreuimus vt omnia ipſorum domicilia perueſtigentur, omnia arma, munitiones, & apparatus bellici illinc auferantur, & in certo quodam loco cuſtodiantur. Cumque deniq; ipſis neutiquam fidere nec credere audeamus: itaque pari modo conſtituimus, vt omneis ii, tam in veteri quam nouo Ordine Senatorio, aliiſque officiis adhuc perſeuerantes, coram noſtris Commiſſariis cumprimis iuſtas infallibileſque rationes reddant, ab iiſdem priori ſuo iuramento abſoluantur, iiſdemue Euangelico-Orthodoxam Relligionem amplectentes homines ſubſtituantur.

CAP.

## CAPVT LXXVI.

PAullo poſt commemoratum iſtum Conuentum Gabriel Betlehemus Tranſyluaniæ Princeps ſequentem epiſtolam, ante digreſſum ſuum è Tranſyluania, ad Bohemos Morauoſq; ablegauit.

## *GABRIELIS BETLEHEMI TRANSYLVANIAE PRINCIPIS AD BOHEMIAE MORAVIAEQVE Ordines Epiſtola.*

ILluſtres Generoſique Domini, perdilecti amici; penes impertita noſtra promptiſsima officia non immerito omnibus piis probiſque hominibus exoptandum eſſet, quod mox ab initio exortæ Bohemicæ intemperiei (cuius ſane per incertos, attamen certo ac diſſimili prorſus modo diuólgatos rumores certiores ſumus redditi) à finitimis Principibus adeo proſpectum fuiſſet, vt tam diſſitis locis conſtituti magis pacificum quam perturbatum confuſumque adeo florentiſſimi regni ſtatum experiri neceſſum habuerimus. Quoniam vero ab illo tempore neque Regis Ferdinandi lenitatem, neque aliorum Principum manſuetudinem & curam commouere potuerimus, vt in Chriſtianitatis regimine adeo pernicioſum excitatum incendium iterum extingui, vel vllo alio modo remorari potuiſſet: ſed, vice verſa, multo magis cognitum exploratumque eſt omnibus & ſingulis, quod vtrimque animi eo magis magiſque inter ſe inuicem exacerbati fuerint, & ita late ſerpens iſtud incendium maiores ſubinde vires adquiſiuerit: iccirco quilibet ſanæ mentis iudicet, an videlicet nos deceat, vt in tanta Chriſtiani ſtatus perturbatione, ad certa indubitaraque maiora mala ſeſe magis magiſque extendente, otioſi ſedere, incendium iſtud temere inſpectare, vel noſtra arma eo conuertere debeamus, vt ſæpe nunc commemoratum incendium per idonea ſalutaria media iterum ſopiretur atque extingueretur.

Cum enim dilectiſſima noſtra Patria & Imperium in faucibus quaſi Turcorum Imperatoris hæreat, qui in ſuis conſiliis, non ſecus quam vehementes procelloſique marini fluctus, neutiquam quieſcit, ſed apud Chriſtianos exortam minimam quoque diſcordiam ſtabilire atque corroborare ſatagit, cumprimis autem hoc tempore, quum in Aſia & Perſia nullum bellum gerat, & exinde probe ſciat, quod, abſque noſtro bello, nullum in Europa bellum, & nullum adeo periculum abſque noſtro periculo fiet: itaque, vt ipſius in finitimas haſce Prouincias hoſtiles incurſiones & deuaſtationes matute præcaueantur, ipſique ad id faciundum omnis præcidatur commoda occaſio, ſed omnia in pacatiorem tranquilliorem q; ſtatum reducantur, duos articulos perpendendos autumauimus.

I. Quo pacto ſcilicet Ottomannici Imperatoris fauorem atque elementiam, iuxta pacem & concordiam, impetrare poſſemus.

II. Vt etiam veſtrum ſtatum & intentionem, atque quomodo erga nos adfecti animatique ſitis, explorare queamus.

Quum itaque, Dei Ter Optumi Maxumi diuino auxilio & conſilio, nobis ambæ iſtæ occaſiones obtigerint, & ex veſtris, ſub dato 14. Auguſti, ad nos ablegatis Litteris veſtrum erga nos beniuolum adfectum perceperimus: à Conſtantinopoli



Digitized by Google

tinopoli quoque, ſub dato 17. eiuſdem Menſis, præter omnem ſpem & expectationem noſtram, Turcieas inducias, in Chriſtianitatis emolumentum, impetrauerimus, atq; tamdem eo ipſo facto propoſiti noſtri fundamentum poſuerimus. Iccirco nos, domus Auſtriacæ, Romani Pontificis, eiuſdemue aſſeclarum magnam auctoritatem atque exiſtumationem parum curantes, zelus pro diuino honore, & veſtra nobis promiſſa fides, quam nobis per Marcum Vaiuodam noſtrum proponi curaſtis, quamque etiam decenti reuerentia acceptauimus, tamdem coegit, in Dei Ter Optumi Maxumi nomine, abſque vlla mora noſtrum bene mundatum exercitum itineri committere, idque hac ratione quod, ni, quod tamen minime ſperamus, in Hungaria forſitan impediamur, M. Septembri ad Morauiæ fines peruenire velimus.

Interea vero Clem. atque Dominationes veſtras peramice rogatas volumus, ne fortaſſis vllam interim tractationem cum hoſte ineatis, ſed multo potius vos veſtroſque omnibus viribus tueamini, & noſtrum aduentum, quem maturamus, præſtolemini, certa infallibilique ſpe & fiducia freti, hoſtem, ſin ſynceris cordibus, concordibus animis, & incorrupto integroque conſilio vires noſtras coniunxerimus, per exoptatum facilioremque modum profligatum iri.

Quo melius autem, ex intimo cordium noſtrorum voto atque deſiderio, id feliciſſume procedat, Deus Ter Optumus Maxumus in coelis deuote implorandus eſt. De cæteris ad grauiſſimum hocce negotium pertinentibus circumſtantiis vos noſter fidelis perdilectus Nobiliſſimus Stephanus Hatuanus à quo Præſentes noſtras litteras accepturi eſtis, iuxta habentem noſtram inſtructionem, latius, clarius, & expreſſius erudiet. Quem vna cum omnibus noſtris Clem. & Dominationum veſtrarum fidelitati atque conſtantiæ ſummo ſtudio commendamus, vobiſque omnibus & ſingulis proſperum rerum omnium ſucceſſum conſtantemque valetudinem ex animo precamur. Dabantur Cronſtadii 18. Auguſt. A. C. M. DC. XIX.

Veſt. Dominat:

fideliſs. & ſtudioſiſſimus amicus,
Gabriel Princeps Tranſyluaniæ.

## CAPVT LXXVII.

Ad hanc Tranſyluaniæ Principis epiſtolam Ordines Bohemiæ reſponderunt, ipſique pariter apologiam ſuam tramiſerunt.

## *ORDINVM BOHEMIAE AD GABRIELEM TRANSYLVANIAE PRINCIPEM LITTERARVM Extractus.*

Sub Dato IX. Septemb. A. C. M. D C. XIX.

Minime autem Bohemis iprerea ceſſantibus, ad Gabrielem Betlehemum Tranſyluaniæ Principem ſub modo commemorato Dato perſcripſerunt, eiuſdem opem auxiliumque implorarunt, eidem electionē acceptationemq; noui ſui regis ſignificarunt, & tamdem Regiam M. Ferdinandum apud eumdem

Gab.

Gab. Betlehemum ſequentibus impoſitionibus grauiſſime onerarunt, quod videl. Regia S. M. contra Statuta & Priuilegia Regni, etiamnum viuente Romanorum Imperatore Matthia, inſtinctu paucorum (qui partim pecunia corrupti, partim grauiſsimis intentatis minis ad id coacti fuiſſent) non per liberam Ordinum electionem, ſed per inſidioſas doloſaſque technas, & fraudulentas fallacias coronatus fuerit: quod litteris ſuis Reuerſalibus, in quibus ſancte promiſiſſet quod, viuente adhuc Cæſarea M. regni negotiis ſe minime implicaturus eſſet, non ſufficienter ſatisfecerit, & Cardinalem Glöſelium, Præſidentem atque Directorem arcani Conſilii Cæſarei (qui omnia omnium regnorum potiſſumum vero regni Bohemiæ arcana conſilia & negotia pro ſuo lubitu regere, dirigere atque perficere neceſſum habuerit) etiam contra Cæſareæ S. M. mentem atque voluntatem, ab officio remouerit, in vincula coniecerit, ipſiuſque locum & officium occupauerit. Præter hæc omnia quoque triſtiſſimum, perniciosiſſimum, periculoſiſſimumque hocce bellum, propria auctoritate & poteſtate nomine Cæſareæ S. M. cui tamen multa arcana negotia occultata fuiſſent, continuauerit, & Regnum Bohemiæ, quemadmodum etiam non medioxumam ſane partem Marchionatus Morauiæ, ferro ignique crudeliter, ac more prorſus barbaro, vaſtari paſſus fuerit, & in quibus hoſtis inauditam alias crudelitatem atque tyrannidem contra quoſuis, abſque vllo reſpectu Ordinis, ætatis, & vtriuſque ſexus, exercuiſſet. Et denique quod cum Regia domo Hiſpanica pernicioſa admodum, clandeſtina & inſidioſa fœdera inierit, vt videlicet ſi ipſi aliquid humanitus contingat & abſque maſcula prole mori neceſſum habeat, Hungariæ Bohemiæque Regna, vna cum iiſdem incorporatis Prouinciis, hæreditario ad domum Auſtriacam transferri debuerint. Et tandem Regem Ferdinandum ideo Coronam Bohemicam amiſiſſe, quod Ordinibus Bohemiæ traditis litteris ſuis reuerſalibus & præſtito ſuo iuramento non per omnia ſatisfecerit.

## REGIAE M. FERDINANDI AD OBIECTA BOHEMORVM RESPONSIO RETORSORIA.

AST Regia S. M. horum ſimiliumque obiectorum Bohemorum neutiquam argui voluit, ſed multo potius è contrario demonſtrauit omnia iſtiuſmodi Bohemorum molimina ex contrario dumtaxat adfectu & manifeſta rebellione à paucis ſaltim Bohemiæ Ordinibus & Directoribus (quos incorporatæ Prouinciæ partim vi, partim vero falſis perſuaſionibus, quaſi vnice hac in re de relligionis ageretur negotio, ad deuotionem ſuam pertraxerint) dimanare: tum quoq; Bohemorum proteſtationes (vocationem inuitationemque ad Cæſaream electionem coronationemque Mœno-francfurtenſem concernentes) diluit, & de eadem ſibi à Bohemis illata iniuria apud præcipuos aliquot Dominos Electores aliosque S. R. Imperii Principes litteris proteſtata manifeſta Bohemorum falſa manifeſtauit, potiſſumum vero ante adeptionem Cæſarei faſtigii peculiarem quamdam epiſtolam (quod videlicet, ſub Bohemico iſto tumultu, ſua M. nihil aliud quærat, neque quærere conetur, quam vt tota iſta intemperies iterum componi queat) occaſione ſumpta diſperſorum D. Solmenſium equitum, ad Electorem Palatinum tum temporis ſequentibus ferme verbis

 ablo-

ablegari curauit. Quod nimirum Regia S. M. peculiareis aliquot litteras, vnas quidem ſub dato 24. Iulii, alteras vero ſub dato 1. Auguſti, à Sereniſs. S. C. ex Onoltzbachio probe acceperit, & tam Sereniſs. S. C. peramicas adhortationes Philippi Comitis Solmenſis D conſcriptos equites, quam etiam ſingulares aliquot interceſſiones pro Bohemiæ Ordinibus, & intermittendis præparationibus bellicis, ad ſuppreſſionem Religionis eorumdemue Bohemiæ Ordinum, concernentes, intellexerit.

Ad hæc Regiam S. M. Sereniſſimam ipſius Celſ. latere minime poſſe, quod quidem iſta D. equitum conſcriptio Inluſtri Generoſiſsimoque Domino Philippo Comiti Solmenſi &c. demandata fuerit. Quod vero ſupremus officialis bellicus Hauxlebius, quemadmodum & aliæ militareis copiæ, etiam contra expreſſum ipſis præſcriptum mandatum, non ſine damno detrimentoque aliquot S. R. Imperii Principum & Ordinum, nec petita venia, tranſierint, atque ita ipſo ſub tranſitu, Sereniſs. ipſius Cels. Vnitarumque Prouinciarum inquilinis haud contemnenda ſane damna detrimentaque intulerint, id ſibi minime gratum acceptumque fuiſſe nec S. R. Imperii conſtitutiones ignoraſſe: interea prædictos ſuæ M. ob ſuorum Bohemicorum ſubditorum rebellionem conſcriptos D. equites ſuæ M. abalienatos fuiſſe, licet paullo ante commemoratus Hauxlebius, vti quidem ſibi ſcire liceat, neque ſuæ Cels neque Domino Marchioni Onoltzbachico ne minimum quidem damnum intulerit, ſed iam iam in territorium Epiſcopi Eyſtadienſis cum ſuis pedem fixerit: itaque eo minus ſperaſſe quod ſæpius nunc commemorati D. equites adeo hoſtiliter adoriri & diſpergi debuerint, præſertim, vti paullo ante dictum, neque ſuam Cel. neque Dominum Marchionem Onoltzbachium in ſuo tranſitu offenderint.

Quod autem Bohemica iſta expeditio, vti binis in litteris indigitaretur, ad opprimendam Religionem atque adeo ipſos Bohemiæ Ordines, ſuſcepta eſſe debeat, Sereniſs. ipſius Celſitud. ex Regiæ S. M. ad eamdem datis litteris multo aliud quiddam intelligere, tum etiam iſtiuſmodi neceſſariam defenſionem erga rebelles ſubditos minoribus etiam Magiſtratibus, vt iam monarchæ, magnates, Reges, atque Principes tacerentur, conceſſam eſſe Regiam inſuper M. ad peculiareis quaſdam Electorum & Principum interceſſionales litteras vel in depoſitionem, vel ad minus ſuſpenſionem armorum clementiſſime conſenſiſſe, modo ſi & Bohemi quoque in eamdem iſtam aſſenſum ſuum præbuiſſent:

Ad Regiam S.M. porro quod attineret, priorem iſtam inchoatam pacificationem minime neglexiſſe, ſed iſtam pari zelo omnimodiſque pacificis indiciis in hodiernum vſque diem continuaſſe, ante citatam interpoſitionem denuo petiiſſe: interea vero, iuxta apud coronationem datas de ſe reuerſales litteras, Bohemicis omnia ſua Priuilegia, Maieſtatis litteras, libertates & conceſſiones tam in Religionis, quam politæ negotio, in priori & ab Cæſarea S. M. feliciſſimæ memoriæ obſeruata forma, inque præfixo promiſſoque termino confirmaſſe, omnia pacifica media in medium propoſuiſſe; & tamdem Morauiæ Hungariæq; Ordinibus poteſtatem feciſſe, vt nimirum ſæpius nunc commemoratos Bohemiæ Ordines, vel eorumdem delegatos audirent, ab iiſdem pacis conditiones perciperent, eaſdem ad R. S. M. referrent, & ipſimet ad pacem conducibiles præparationes excogitarent. Qualem etiam Cæſarea S.M. nuperrimo tempore Angliæ Re-

gis

gis Delegato reſolutionem, declarationem, reſponſionemque dederit, & quam accepta ad interpoſitionem pacemque media (quum interponentium Dominorum Electorum & Principum tractationis mora tum temporis metueretur) proponi poſſent, id procul dubio Sereniſs. S. C. à modo commemorato Anglicano delegato percepiſſe.

Quam parum autem eadem S. Cæſarea M. iſta ſua manſuetudine profecerit, idipſum Bohemorum ſuſcepta, atque etiamnum durantia hoſtilia attentata ſatis ſuperque teſtari, dum ad Cæſareæ S. M. commemoratas litteras tramiſſamq; confirmationem ne verbulo quidem reſpondiſſent, interim vero per inſidioſas fallacias, fallaceſque inſidias, domus Auſtriacæ hæreditarios Principatus & Prouincias in ſuam naſſam pertraxiſſent, & ad ſuam Confœderationem pellexiſſent, Morauos per hoſtilem factum impetum ad eamdem (confœderationem) quaſi coëgiſſent, eorumdem militareis copias ad ſe vi quaſi rapuiſſent, aliquot militum M. in Auſtriam inferiorem hoſtilem incurſionem feciſſent, aliquot loca pagoſq; occupaſſent, alia obſidione cinxiſſent, inquilinos ad annonæ aduectionem grauiſſimis ipſis intentatis minis compuliſſent, & tamdem etiam ante ciuitatem Viennam proceſſiſſent, Ordines Hungariæ à Cæſarea S. M. abalienare maxumopere adlaboraſſent, dum iiſdem hoſtilem inuaſionem interminati fuiſſent, ſummiſque viribus in id vnice incubuiſſent; quo in electione Regio-Cæſarea Mœno-francfurtenſi Regiæ S. M. votum detraherent, ſeſſionemque in diſputationem traherent, immo dum nihil prorſus intermiſiſſent, quæ iuratus etiam hoſtis contra aduerſarium ſuum attentare minime intermiſiſſet.

Quum itaque hæcce omnia Sereniſſimæ S. C. aliiſque S. R. Imperii Electoribus & Principibus ſummario dumtaxat modo ob oculos poſita fuerint: iccirco non immerito Regiæ S. M. admodum videri peregrinum, atque ſummopere dolere, vt (dum, vti ſuo loco dictum, tam ſalutaria ad pacem media in medium propoſuiſſet, & vniuerſum vtrimque controuerſum negotium S. R. Imperii vtriq; relligioni addictis Electoribus atque Principibus diiudicandum commiſiſſet) ſibi obiiciatur, quaſi pacem impediret, ad magnam in S. R. Imperio diffidentiam anſam occaſionemque daret, alteramque relligionem opprimere conaretur, quê in finem etiam neceſſaria, ad naturalem defenſionem conceſſa atque S. R. Imperii Conſtitutionibus omniumque populorum iuribus conſentanea media ſibi præſcidi voluerint, cum tamen aduerſæ parti iſta omnia non ſolummodo conceſſa, verum etiam ad inſanum ſuum explendum deſiderium conſilia & auxilia lata fuerint. Et hæc Sereniſs. ſuam Cel. penes omnium gratorum, peramicorum acceptorumque officiorum oblationem, ad acceptas Sereniſs. ſuæ C. litteras, loco reſponſionis, latere noluiſſe.

## CAPVT LXXVIII.

AD præfixum autem Regio-Cæſareæ electionis diem Bohemiæ Ordines & Directores Delegatos ſuos, nimirum Chriſtianum Aderſpachium Bergkam, Dominum à Daub & Leippa, Ianum Simlo à Michalovitz, & Ian. Arnoldum Adelingium ab Arnoldſtein vna cum ſcripto proteſtatorio ad laudatiſſimum Electorale Collegium Mœno-francfurtum ablegarunt. Quoniam vero iidem Delegati

gati in eamdem, modo iam commemoratam, ciuitatem non admitti potuerint, iccirco Hanouiæ permanſerunt, & dictam iſtam Ordinum Directorumque Bohemiæ proteſtationem Reuerendiſſimo Inluſtriſsimoque Principi ac Domino, Domino IAN-SVICARDO Archiepiſcopo & Electori Moguntino &c. inſinuari curarunt. Ad quas modo iam commemoratus Reuerendiſsimus, Dominus Elector Moguntinus, atque adeo vniuerſum laudatiſsimum Septemuirale Collegium ſequentibus litteris reſpondit, eoſdemue Bohemos ad pacem ſaniorem que mentem reducere ſategit.

*Vide ſubſequentia 86. 87. & 88. etc. in quibus iſta Bohemorum proteſtationes reperiuntur.*

## *ELECTORALIS MOGVNTINA AD BOHEMIAE DELEGATOS, HANOVIAE COMMORANTES, Epiſtola.*

IAN-SVICARDVS, DEI GRATIA Archiepiſcopus, & Elector Moguntinus &c. Peramici Dilecti paucis hinc elapſis diebus nobis epiſtola (ſub nomine & ſubſcriptione NNN. à III. Dominis Regni Bohemiæ conſtitutis, plenipotentiamque habentibus Directoribus, & Prouincialibus Conſiliariis in Pragenſi arce 23. & 13. præteriti nuperi m. Iulii) bene ac decenter fuit tradita: ex qua ſumma cũ admiratione percepimus, quibus videlicet ex cauſſis, rationibus, & præiudiciis grauentur, quod à morte nunc in pace requieſcentis Cæſareæ M. potentiſſimum, Inluſtriſsimumque Principem & Dominum, Dominum FERDINANDVM Hungariæ & Bohemiæ Regem, Archiducem Auſtriæ, ſingularem dilectum amicum & Dominum filium noſtrum, in ſua Auſtriaca Reſidentia Vienna, ad electionem Romanorum Regis per litteras huc inuitauerimus: & qua ratione Regia electio, iura Electoralia, atque ſubſequenter Corona ipſa in diſputationem trahere conentur, eumdemque in finem petant, quod ipſis ſcil. caueremus vt indictus iſte dies electionis ſuſpendi, controuerſia de Bohemica ſeſsione & voto prius tolli, Ordines ab externa ſeruitute liberari, ipſorum Priuilegia & libertates ſarta tectaue conſeruari, vel tamen ad minimum, ſi ſuſpenſio iſta non obtineretur, Ordines ad imminentem diem electionis requiri & inuitari poſſent.

Quod igitur, iuxta præſcriptum Aureæ Bullæ, priſco-veteri de more, vi & ex officio Archicancellariatus noſtri, cum omnium Ordinum Bohemicorum conſenſu acceptatum, publicatum, omnibuſque ſolemnitatibus publice ac ſolemniter renunciatum coronatumque Regem Bohemiæ, (cui homagium præſtitum, & qui à laudatiſsima Cæſarea S. M. feliciſsimæ recordationis regnum, Electoratum, & ad eumdem pertinens ius electionis in feudum accepit, & legitime inueſtitus eſt) tamquam noſtrum, per peculiares præcipuorum Ordinum, vicinorumque Principum gratulationes agnitum Electoralem Collegam, nec alios, quorum in ante dicta Aurea Bulla nulla prorſus facta mentio, ad inſtantem iſtũ diem Electionis per litteras noſtras, (vbicunque locorum is etiam fuerit) inuitauerimus, id coram Deo Ter Optumo Maxumo potiſſumum, tum etiam iis in locis, ad quæ negotia iſtiuſmodi pertinent, conſtanter defendendo excuſabimus.

Intemperiem Bohemicam autem quod concernit, numquam nobis iſte rumor gratus acceptuſque fuit, ſed, vice verſa, maxumopere condolemus, quod miſe-

Digitized by Google

miſeri homines & ſubditi iſtius Regni adeo premantur & prorſus ferme opprimantur.

Nos quoque noſtro loco illud ipſum, quod ad recuperationem iam diu exoptatæ pacis, & laudatiſſimi huius Regni à totali ruina conſeruationem pertinere videbitur, neutiquam intermittemus, & certo nobis perſuademus ſupra cõmemoratam Regiam M. (modo & altera pars pacem concordiamque amplectatur, & debitum erga ſummum caput reſpectum non prorſus ex oculis quaſi euaneſcere patiatur) ab ipſo Deo Ter Optumo Maxumo ſibi concreditos ſubditos externa ſeruitute minime oneraturam, nec quicquam in præiudicium ipſorum Prouincialium Priuilegiorum & libertatum, tam in Relligionis, quam politiæ negotio, facturam, ſed multo potius, perſpecto animaduerſoque debito ſuorum ſubditorum obſequio, paterno prorſus adfectu proſequuturam, & ab omni metuendo malo clementiſſime protecturam. Id quod vniuerſis ac ſingulis certo pollicemur.

Ad cætera & imprimis petitam electionis prorogationem quod attinet, illam, ceu peregrinam lateque ſeſe extendentem, ita comparatam eſſe depræhendimus, vt ad eamdem noſmet reſoluere non poſſimus: non immature ſiquidem veremur id ad Deo Ter Optumo Maxumo gratæ acceptæque pacis promotionem minime profuturum, ſed multo potius obfuturum, præſertim ſi de illo ipſo Regia S. M. certior fieri debeat. Id quod vos, ob ſupra commemoratam epiſtolam, loco Recepiſſe clementiſſime celare noluimus. Dabantur Francfurti IX. Auguſti A. C. M. DC. XIX.

## CAPVT LXXIX.

## *III. ECCLESIASTICORVM & III. SERENISS. DOMINORVM ELECTORVM SECVLARIVM AD Bohemia Ordines epiſtola.*

Sub Dato Francofurti XX. Aug. A. C. M. DC. XIX.

DEi Gratia Ian-Suicardus, Moguntinus, Lotharius, Treuirenſis, Ferdinandus, Colonienſis, Archiepiſcopi, S.R. Imperii per Germaniam, Occidentalem Galliam, regnum Arelatenſe & Italiam Archicancellarii & Electores. S. P. & prompta noſtra officia.

Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Honeſtiſſimi, Prudentiſſimi, perdilecti fideles amici & Domini. Licet nos, & Clementiſſimi Domini noſtri Electores, hactenus vnice & certo nobis perſuaſerimus, antehac in Regno Bohemiæ exortam, hnc vſque peſſimo ſane exemplo continuatam intemperiem, & exinde ſubſequutam manifeſtam ſeditionem bellicam diuina adſpirante clementia ſi non omnino ſublatam, nihilominus tamen ad minus mitigatã ſeu lenitam fuiſſe, vt ita abſque metuendo vlteriori periculo tam in hac Prouincia, quam aliis etiam in regionibus diu iam ante exoptata pax iterum propagari potuerit: quemadmodũ etiam eum in finem perlubenti ſane animo percepimus, quod vos & Dominationes veſtræ ſalutarem quamdam aliquot præcipuorum S. R. Imperii Electorum atque Principum interpoſitionem, ad tollendas omneis iſtiuſmodi controuerſias, adprobaueritis & in eamdem conſenſeritis: nihilominus tamen ſupra commemorati Reuerendiſſimi atque Sereniſſimi noſtri Domini Electorales, Collegæ

ſumma

ſumma ſane animi perturbatione experiri neceſſum habuimus, & per ſe alias notorium manifeſtumq; eſt omnibus & ſingulis, quód modo commemorati motus Bohemo-bellici indies & magis magiſque ſeſe vndique dilatauerint, adeo vt, niſi maturo conſilio malo iſti obuiam eatur, nihil amplius quam totalis denique deſolatio Regni Bohemiæ, periculoſiſsimaque in vniuerſo S. R. Imperio confuſio ſperanda fiet. Cuius rei gratia, poſtquam ad noui alterius capitis electionem heic in S. R. Imperio conuenerimus, nos & Sereniſsimorum Dominorum Electorum Delegati pro peculiari habente poteſtate atque inſtructione intermittere haud potuimus, quin de grauiſsimo iſto negotio inter nos inuicem mature deliberaremus atque conſultaremus.

Quum iccirco depræhendamus quod nos, Dominique noſtri clementiſſimi, apud Deum gratamque noſtram poſteritatem excuſare minime poſſimus, niſi hinc inde ſerpens periculoſiſſimumque malum mature ſatis anteuerteremus: ſed quod multo potius nobis, tamquam S. R. Imperii Electoribus eiuſdemue columnis, incumbat, vt videlicet omnia noſtra conſilia & actiones eo potiſſumum dirigamus, quo S. R. Imperium eidemque incorporata membra in pacato tranquilloq; ſtatu conſeruentur, & omnis incommoditas in tempore auertatur.

Itaque nos præſentes vnanimi omniũ conſenſu decreuimus, omnium iſtarum controuerſiarum, tam ex fideli incorruptoque erga patriam amore, quam Electorali noſtro officio omni zelo curam ſuſcipere, & inter Cæſaream M. laudatiſſimæ feliciſſimæque recordationis, nunc vero Hungariæ & Bohemiæ Regiam S. M. ex vna, & veſtras Dominationes, ex altera parte, exortas periculoſiſſimas difficultates, & exinde ſubſequutas atque etiamnũ durantes ſeditiones bellicas per honeſta omnique æquitati conſentanea media commodiſſime componere, atque, ne priſco-laudatiſſimus Electoratus Bohemicus in extremum præcipitaretur excidium, ſed multo potius priſtino ſuó Deo accepro pacifico ſtatui reſtitueretur.

Rogamus itaque vos & Dominationes veſtras, vt X. & XX. die M. Nouemb. in S. R. Imperii ciuitate Ratisbona compareatis, & tranſactionem Interpoſitionemque iam dudum exoptatam inibi expectetis, indubiá ſpe freti, vos, Dominationeſque veſtras non dumtaxat clementiſſimam fideliſſimam beniuolentiſſimamque iſtam noſtram adfectionem boni conſulturas, verum etiam eidem locum daturas, res adeo conſideraturas, perpenſuras, eoque tamdem directuras, vt interea via ad tractationem iſtam præparetur, omneis remoræ pro virili præcaueantur, & denique noſter, ad recuperationem Deo Ter Optumo Maxumo gratæ acceptæque pacis directus ſcopus diuina adſiſtente gratia eo citius & melius conſequatur & impetretur. In hoc præſtatis quod ad propriam veſtram, ac S. Romani Imperii ſalutem proſperitatemque pertinere videbitur, & quod vos veſtraſque Dominationes, pro inſtructione veſtra, clementiſſime & peramice neutiquam celare voluimus. Dabantur Mœno-francfurti XX. die Auguſti, A. C. M.DC.XIX.

Ian-Schuicardus Archiepiſcopus Moguntinus.
Ferdinandus Archiepiſc. Colonienſis.
Lotharius Archiepiſc. Treuirenſis.
Elector: Palat: Legatus Ian-Albrechtus Comes Solmenſis.

Elector.

Elector. Saxon. Legatus Wolfgangus Comes Mansfeldius.
Elector. Brandenburg. Legatus Adamus Dominus à Bodlitz.

## CAPVT LXXX.

## *EORVMDEM DOMINORVM ELECTORVM &c. AD EOSDEM BOHEMIÆ ORDINES,* *Epiſtola II.*

Sub dato III. Septemb. A. C. M.DC.XIX.

DEI GRATIA IAN-SVICARDVS, MOGVNTINVS, Lotharius Treuirenſis, Ferdinandus Colonienſis, Archiepiſcopi, S. R. Imperii per Germaniam, Occidentalem Galliam, Regnum Arelatenſe & Italiam Archicancellarii & Electores, Palatini Saxonici, Brandeburgici Septemuirales delegati S. N P. & officia.

Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Honeſtiſſimi, prudentiſsimi, perfideles dilecti, & peramici Domini. Minime dubitamus, noſtras, ſub dato X. & XX. Auguſti, ad vos Dominationeſque veſtras, exaratas litteras, etiamnum durantem lateque ſeſe explicantem intemperiem Bohemicam concernentes; accepiſſe & ex illis intellexiſſe, quibus nimirum grauiſsimis de cauſsis nos & clementiſsimi Domini Electores noſtri officii noſtri eſſe duxerimus omni cura & ſtudio eo potiſſumum ſpectare; quo pacto ſcilicet modo iam commemorata Bohemica intemperies & ſeditio bellica commodiſsime iterum ſedari; & ne tam vetus ad S. R. Imperium pertinens Regnum & Electoratus Bohemiæ non prorſus in extremam perniciem præcipitari queat, ac denique tam electo Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regi, quam vobis ipſis etiam ea ipſa de cauſſa certum quemdam diem ad deſtinatam diu exoptatam interpoſitionem iſtam clementiſsime atque peramice præfixerimus.

Quum itaque ad modo dictam noſtram epiſtolam laudatiſsima S. Regia M. paucos ante dies ſeſe clementiſsime declarauerit, quod non ſolum iſti Interpoſitioni locum dare, verum etiam vel in perſona propria, vel, ſi impediatur, per plenipotentiam ſufficientemque inſtructionem habentes ſuos delegatos ad præfixum terminum loco competenti compatere velit; atque adeo Regiæ S. M. ad exoptatam pacem atque tranquillitatem inclinans pacificus animus exinde ſatis appareat: iccirco intermittere nec voluimus, nec debuimus, quin vobis, veſtriſque Dominationibus hancce Regiæ S. M. clementiſsimam ſalutaremque reſolutionem ſignificaremus, indubia ſpe freti, vos non dumtaxat ſæpius nunc dictam interpoſitionem pro decenti more adprobaturos; verum etiam omnia veſtra conſilia & actiones eo potiſſumum directuros atque ita moderaturos, vt tamdem perniciosiſsimæ periculoſiſsimæque iſtiuſmodi extremitates præcaueantur, & diu iam ante pax iterum & abſque vllâ vlteriori mora impetretur: quemadmodum etiam neutiquam dubitamus, ſin vos & Dominationes veſtræ Regiæ S. M. debitum reſpectum & obſequium præſtiteritis, eamdem tum innatam ſuam lenitatem atque clementiam rigori præpoſituram, omni æquitati conſentanea media accepta-



Digitized by Google

ceptaturam, & tandem laudatiſsimi Electoralis Collegii ſalutarem conducibilemque ſententiam clementiſsime ratam habituram.

Licet etiam de veſtra decenti reſolutione minime dubitemus: nihilominus tamen ſcripto comprahenſam declarationem veſtram, loco reſponſionis, ad meliorem noſtram clementiſsimorumque Dominorum noſtrorum informationem & inſtructionem clemētiſsime & peramice expectamus. Dabantur Mœno-francfurti III. Septembris A. C. M. DC. XIX.

Ian-Suicardus Archiepiſcopus Moguntinus.
Ferdinandus Archiepiſc. Colonienſis.
Lotharius Archiepiſc. Treuirenſis.
Elect. Palat. Delegatus Ian-Albrechtus Comes Solmenſis.
Elect. Saxon. Delegatus Wolfgangus Comes Mansfeldius.
Elect. Brandeburgicus Delegatus Adamus Dominus à Bodlitz.

## CAPVT LXXXI.

ANtequam vero modo iam commemorata Reuerendiſsimorum Dominorum Electorum, Sereniſsimorumque Dominorum Septemuirorum Secularium delegatorum epiſtola ad Pragæ congregatos Bohemiæ Ordines perueniſſet, iidem incorporatarumque Prouinciarum delegati ſub eodem dato, ad Electorem Palatinum nouæ factæ electionis ergo ſequentes litteras ablegarunt.

### COPIA LITTERARVM BOHEMIAE ORDINVM INCORPORATARVMQVE PROVINCIARVM AD SERENISS. DOM. ELECT. *factam electionem concernentium.*

SEreniſsime, Potentiſſime Rex & Elector, Domine Clementiſſime Regiæ V. M. ſubiectiſſima, ſtudioſiſſimaque noſtra officia, vna cum fideliſſimo voto omnis temporalis & æternæ ſalutis; firmæ proſperæque valetudinis, & feliciſſimi diuturnique imperii, offerimus. Procul omni dubio Regia veſtra Dig. ex nuperis noſtris litteris & relatione clementiſſime percepit, quibus videlicet grauiſſimis æquiſſimiſque de cauſſis nos Sereniſſimum potentiſſimumque Principem ac Dominum, Dominum Ferdinandum, Archiducem Auſtriæ, tamquam coronatum quidem Bohemiæ Regem, de certis quibuſdam conditionibus ipſi promiſſo obſequio cuius ipſo facto ſe reddidit inhabilem excluſerimus, & vnanimi omnium conſenſu Regium thronum ipſi derogare decreuerimus: Quæ tamen omnia per ſufficientiſſime fundatam probabilemque ſcriptionem Iuſtificatoriam toti honeſtiſſimo mundo abſq; vlla mora demonſtrabuntur atque manifeſtabuntur.

Cum itaque in vlteriori habita matura deliberatione, & conſideratione perturbatiſſimi Regni huius Bohemiæ ſtatus poſt Deum pro maxumopere neceſſario & conducibiliſsimo medio inuenerimus, quomodo videlicet à Deo Ter Optumo Maxumo iterum pacificum, iuſtum, & prudentem Dominum atque Regem conſequi poſſemus: iccirco diuinam ipſius Omnipotentiam (cuius clementiſſimam prouidentiam in perpeſsis hactenus grauiſsimis perſequutionibus non vna dum-

duntaxat vice manifeſtiſsime ſenſimus) humillimo voto ſummiſsimeque im-ploratimus, & conſilia noſtra iuxta noſtram hactenus ſemper inuiolatam conſeruatam Electionis iuriſdictionem, & habentia Priuilegia, ad Ordinariam Electionem direximus, & ipſo facto diuinam prouidentiam tam pure atque clare in eo depræhendimus, quod nimirum omnia noſtra vota voceſque vnanimiter ad Regiam V. M. coinciderint, &, iuxta à Deo Ter Optumo Maxumo clementiſsime conceſſas Principales qualitates, & erga noſtram Euangelicam Religionem ſalutemque publicam ſingularem ardorem atque zelum, Regia V. Dig. conſuetis receptiſque ſolemnitatibus à nobis electa publicataq; fuerit, pro qua clementiſſima diuina adſiſtentia & Regimine nos eius ſanctiſsimo nomini non immerito condignas gratias perſoluimus.

Tenemur itaque, & obligatos noſmet iudicamus, iam iamque etiam parati ſumus in iſtiuſmodi conſultationibus Regiæ V. Dig. iſtam Omnipotentis Dei per nos publicatam vocationem inſigni quadam legatione à nobis incorporatiſque Prouinciis humillimo demiſsiſsimoque ſtudio inſinuare. Quoniam autem grauiſsima aliquot negotia, quæ in Regiæ V. D. huiuſque Regni ſingulare emolumentum heîc ſuſcepta, tractata peractaque ſunt, nullam amplius moram patiantur, ad hæc quoque Prouinciæ huic Regno incorporatæ longe à nobis diſtent: nihiſominus tamen interea intermittere nec voluimus nec debuimus, quin Regiæ V. M. tantam iſtam vnanimem electionem per præſentes haſce noſtras litteras humillime & obſequioſiſsime ſignificaremus, notam faceremus, & dein clementiſſimam Regiæ ſuæ Dig. hac de re voluntatem perciperemus.

Itaque nos omneis & ſinguli Regiam V. Dig. humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogamus vt, tamquam prudentiſſimus S. R. Imperii Elector, vna nobiſcum clementiſſimam Dei Ter Optumi Maxumi voluntatem, & hanc diuinam vocationem agnoſcat, vnanime noſtrum decretum æqui bonique conſulat, & hanc ordinariam legitimamque electionem ad regnum Bohemiæ, eiuſdemue incorporatarum Prouinciarum clementiſſime beniuolentiſſimeque acceptet, noſtras erga Regiam V. Dig. omni tempore habitas fideliſſimas affectiones gratumque animum exinde colligat, atque hanc denique coronam (non ſolummodo ob ſummam dignitatem, honorem, aliaſque inſigneis ſolemnitates, verum etiam quod per Regiæ V. Dig. inchoandum feliciſſimum imperium vera ſaluificaque Religio longe lateque explicari, multis preſſis obpreſſiſque ferme conſcientiis Chriſtiana libertas aperiri, S. Rom. Imperio atque adeo vniuerſo Chriſtiano terrarum Orbi multa bona reparari, & denique Regiæ V. Dig. laudatiſſima domus, gloria, honoſque augeri poterit) clementiſſime gratam acceptamque ſibi eſſe patiatur.

Ad vlteriorem decentem ordinariamque requiſitionem, vocationem atq; tractationem legationem noſtram commodiſſime quamprimum ablegabimus, & tum Regiæ V. Dig. noſmet ipſos decenti humillimaque cum reuerentia repræſentabimus: indubia ſpe freti Regiam V. Dig. illud noſtrum obſequentiſſimum ſtudium & conatum ratihabituram & adprobaturam.

Quodque porro Regiæ V. Dig. vna cum decentibus humillimis, obſequentiſſimis officiis, ad clementiſſimam eiuſdem acceptationem pro virili præſtare

 potue-

Digitized by Google

potuerimus, in eo nihil vmquam prætermiſſuri ſumus: Regiam V. Dig. diuinæ Omnipotentiæ & protectioni humillime obſequentiſſimeque commendantes.

## CAPVT LXXXII.

Cum ſuo loco commemoratum ſiet, quomodo nimirum aliquot Bohemiæ Directores Regem Ferdinandum, non ſolummodo ab Electorali Collegio Mœno-francfurti excludere, verum etiam ad nouam aliam omnino ſibi interdictam prohibitamque electionem animum applicare conati fuerint: iccirco ad cuiuſuis meliorem informationem; ſequentem ea de re factam Cæſaream informationem & fundamentalem relationem ad longum heîc adponere neceſſum autumauimus. Quum vero in iiſdem aliquot Priuilegiorum, Litterarum reuerſalium, iuramentorumq; Cæſareorum fiat mentio: iccirco beniuolus lector eorumdem ſingulas copias, & peculiareis quaſdam inſertiones ordinarie alternatimq; deprehendet.

## CAPVT LXXXIII.

Poſtquam à morte Sereniſſimi, potentiſſimi inuictiſſimique Principis & Domini, Domini Matthiæ, Romanorum Imperatoris ſemper Augusti, & Hungariæ Bohemiæque &c. Regis, Archiducis Auſtriæ &c. reale & plenarium imperium Regni Bohemiæ incorporatarumque Prouinciarum, ad etiam Sereniſſimũ potentiſſimum Principem & Dominum, Dominum Ferdinandum II. nunc electum Romanorum Imperatorem, Hungariæ atque Bohemiæ Regem, Archiducem Auſtriæ &c. (tamquam elapſo M. DC. IIXX. Anno, 7 Iunii ordinarie vnanimique omnium conſenſu acceptatum, publicatum, XXIX. eiuſdem Menſis vnctum coronatumque Regem, & cui tam ipſi Ordines modo ſæpiuſque nunc dicti Regni Bohemiæ quam incorporatarum Prouinciarum priſco de more homagium præſtiterunt) translatum fiet.

Iccirco tum temporis Regiæ S. M. iuxta alias cauſſas, quæ apud iſtam mutationem ſubitaneam quamdam prouiſionem requirebant, cumprimis hoc Regnum Bohemiæ curæ cordique fuit, & ante omnia omneis ſuas cogitationes atq; conſilia eo potiſſimũ direxit, quomodo in eo exorti motus abſque vlla vlteriori mora iterum pacari, Prouincia à pernicioſiſſimis, grauiſſimiſque grauaminibus bellicis tamdem liberari, & omnia denique priſtino ſuo pacato ſtatui, vigori atq; nitori reſtitui poſſent: ea propter quamprimum per litteras Prioribus Regiis Vicariis, ad ſuam vniuſcuiuſque ex Ordinibus inſtructionem, deplorandum mortiferum caſum Cæſareæ S. M. annunciauit, eoſdemue ad vlteriorem dumtaxat reſolutionem, & ita modo ſaltim Prouiſorio in ſuo Vicariatu relliquit: &, pro tertio, ob confirmationem omnium Priuilegiorum (quod nimirum illa, iuxta Regiæ S. M. de ſe traditas reuerſales litteras, intra IV. Septimanarum ſpacium ſupremo Burggrauio tramitti, Regnum, vna cum omnibus eiuſdem inquilinis, in ſalutari pace & tranquilla tranquillitate conſeruari, adeoque omnis conformis Iuſtitia adminiſtrari debeat) ſeſe clementiſſime declarauit.

Quo melius autem eius rei fieret initium, reſtantibus copiis militaribus Cæſa-

Digitized by Google

Cæſareis quamprimum inducias imperauit, & illudipſum putatiis Directoribus ſignificari curauit: quemadmodum etiam pari modo à Comite Boucquoio Bohemicis Officialibus illud ſignificatum fuit, indubia ſpe freta ipſos ſimiliter quoque ad pacem atque concordiam inclinaturos: aſt præter omnium ſpem & expectationem contrarium experiri neceſſum habuit: modo commemoratus ſiquidem Comes loco reſponſionis retulit, quod videlicet à Directoribus ſuis iſtiuſmodi mandata minime acceperint: quemadmodum etiam paullo poſt regio exercitui aditum intercluſerunt, annonam interceperunt, & eumdem pabulantem etiam ſub indictis induciis, dum nulla metueretur hoſtilitas, hoſtiliter inuaſerunt, & quotquot modo potuerunt, ex Regiis trucidarunt.

Etiamſi autem putaticii iſti Directores & eorumdem aſſeclæ, ad ſupra commemoratam Regiæ S. M. ipſis inſinuatam epiſtolam, quid facere decreuerint, neutiquam interea reſpondiſſent: nihilominus tamen Regia S. M. ipſis confirmationem omnium Priuilegiorum ſuorum iuſto tempore, & quidem dupliciter in maiorem certitudinem, vna cum litteris Credentialibus ad tum temporis congregatas ex Ordinibus perſonas miſit, &, vt propoſitionibus Vicariorum Regiæ S. M. loco factis fidem haberent, iiſdem clementiſsime iniunxit.

Verum enimuero nulla modo ſubſequuta correctio, verum etiam, vice verſa, poſtulatio Prouincialium in toto Regno per publicatas Patentes litteras facta, in omnibus Circulis luſtrationes inſtitutæ, plureis copiæ militareis conſcriptæ, & diuerſi generis præparationes bellicæ factæ ſunt, ipſaque demum Regia S. M. apud Sereniſſimos Dominos Electores ſeculares aliiſque in locis in ſummum quidem præiudicium contemptim, aſt falſo, traducta fuit.

Quamuis autem talia & iſtiuſmodi hoſtilia attentata Regiam S. M. commouere potuiſſent omnem manſuetudinem, lenitatem, regiamque clementiam ſeponere, nihilominus tamen, ne nihil quidem intentatum relinqueret, rurſus ad congregatos eo tempore Ordines paterne ac leniter ſane perſcripſit, & ab iiſdem petiit, vt certas quaſdam è ſuo medio perſonas (quibus regia ſua M. tutum aditum, ſecurumque receſſum regiis verbis clementiſſime eſt pollicita) ad Colloquium, quomodo videlicet exortæ in Regno Bohemiæ intemperiei in tempore ſalutari conſilio obuiam iri poſſet, ad aulam ſuam Regiam ablegarent, certa infallibilique fiducia freta hoc ipſo conſilio ad depoſitionem iſtius mali felix fortunatumque principium fieri, & ita ſubſequenter bonus exoptatuſque rei exitus ſubſequi potuerit.

Paterna vero iſta Regiæ S. M. propoſitio, & conducibile in manus quaſi traditum remedium nullum omnino apud eoſdem fructum pepetit: immo ad iſta omnia Regiæ S. M. ne verbulo quidem reſponderunt; &, quod magis, vnam iuxta regiam confirmationem ipſis tramiſſam regiam epiſtolam nullo modo acceptare voluerunt, prætendentes ipſis decentem competentemque titulum Directorum, & partis SVB VTRAQVE, minime fuiſſe impertitum, cum tamen neque Cæſarea, neque Regia S. M. vmquam eoſdem Directores conſtituiſſet, neque antehac Cæſar MATTHIAS in ad eoſdem exaratis litteris ipſis talem titulum dediſſet. Ad eos Sub Vtraque etiam eadem iſta epiſtola minime ſola dirigi potuit, quum ſimul tramiſſa Priuilegiorum Confirmatio æque ad Catholicos, quam partem Sub Vtraque, & ita ad omneis in genere Ordines ſpectauerit: quemadmodum omnia



Digitized by Google

omnia huc vſque commemorata, Viennæ Auſtriacorum publicis typis diuolgata ſunt.

Rebus commemorato modo ita conſtitutis, poſtquam Regia S. M. omneis ſuas cogitationes, laborem & induſtriam, tam ante, quam etiam poſt adeptum imperium vnice dumtaxat eo direxiſſet, quo melius periculoſæ iſtæ præparationes bellicæ tandem iterum tolli, econtra vero iamdiu exoptata pax atque concordia in Regnum Bohemiæ rurſus introduci potuerint: Bohemi, hiſce parum perpenſis, hoſtilem ſuum animum indies eo magis magiſque manifeſtarunt, & in ſuo inexcuſabili prorſus propoſito pertinaciter perrexerunt: ſiquidem ipſis minime fuit ſufficiens vt vniuerſum Bohemiæ Regnum in tam irrequietum ſtatum præcipitarent, ſed vicinas inſuper Prouincias, quæ male attentatorum Bohemicorum nondum erant participes, in ſuam naſſam pertrahere, & à Regiæ S. M. debito obſequio & deuotione abſtrahere peſſimo ſane exemplo conati ſunt.

Quem in finem etiam Comes Henric-Mattheus à Thurn, aliquot militum M. ſtipatus in Morauiam conceſſit, & illinc Ordines variis excogitatis artibus ad ſimilem ſeditionem concitare ſategit, & denique tantum quidem impetrauit quod paucæ perſonæ ex Ordinibus, poſtpoſito minimeque perpenſo debito ſuo obſequio & iuramento, ſeſe ad ipſum (Comitem) contulerint, mille equitibus, ab Ordinibus Morauicis ad defenſionem Prouinciæ, non vero ad excitandũ ſeditioſum aliquem tumultum, conſcriptis, ciuitatem Brinnenſem inſperato prorſus modo vi occuparint, Capitaneum Prouincialem, Marchionis vices agentem, alioſque in Conuentu iſto congregatos præcipuos officiales in propriis ſuis domiciliis malis verbis acerbiſſimiſque minis intentatis male tractauerint, eoſdem Arreſto detinuerint, Cathedrale templum primum Brinnæ, & ſubſequenter in Metropoli Olmucio, ad quod tamen nullum neque ius neque prætenſionem vmquam habuerunt, in ſuam poteſtatem redegerint, Eccleſiaſticas perſonas, quæ etiam multis nunc ab annis bono Ordinum conſenſu in Prouinciam receptæ fuerant, inopinato abſque vlla cauſſa abrogauerint, ciuicum à Maieſtate ſua confirmatum magiſtratum honorifico ſuo munere abdicauerint, Directores, male ſano exemplo Bohemorum, conſtituerint: & denique petulantiam ſuam eo vſque dilatauerint vt etiam omnia bona Eccleſiaſtica ad ſe pertraxerint, multas Eccleſiaſticas perſonas vtriuſque ſexus certis quibuſdam domiciliis incluſerint, & ad violandum DEO præſtitum votum anſam occaſionemque præbuerint, eaſdemue ad idem faciundum irritarint, altioris generis dignitatiſque Perſonas, quæ debitæ ſuæ erga Regiam ſuam M. fidelitatis haud immemores ſeſe ab Ordinibus iſtis ſegregauerant, tamquam proditores Prouinciæ proclamauerint, & in æternum proſcripſerint, atque etiamnum multas antehac inauditas quoque enormitates cotidie perpetrent.

Poſtquam igitur rebelles iſti Bohemi per ante commemoratum Comitem adeo pernicioſiſſimum in Morauia incendium excitaſſent, idem iſte Comes durante iſto tumultu in Auſtriam quoque hoſtilem incurſionem fecit, atque in Morauiæ finibus ſitam vrbem Labam, militareis ipſius copias in vrbem recipere recuſantem, obſidione cinxit: paucis autem militibus præſidiariis Comiti maſcule reſiſtentibus, nihilominus tamen res tandem per interceſſionem apud Regiam ſuam M. eo deducta fuit, vt eoſdem milites exinde clementiſſime euocauerit, & a-

lios

Digitized by Google

lios Auſtriacis Ordinibus militari ſacramento obligatos vrbi in præſidium imponi paſſa fuerit.

Quo facto Comes contra munitiſſimum propugnaculum ciuitatem Auſtriæque Metropolim Viennam, Regiæ ſuæ M. tum temporis Regiam reſidentiam, vireis ſuas conuertit: cumque forte fortuna auxilio & conſilio ſuorum Confœderatorum ſupra Danubium perueniſſet, copias in ſuburbia & circumiacentia vicina loca diſtribuit, &, vti omneis atteſtantur circumſtantiæ, indubia ſpe fretus ſeſe, accepto à confœderatis ſuis promiſſo ſuccurſu, facillime, vti de ſe iactauerat, fallacibus artibus copias ſuas in vrbem introducere, cum aſſeclis ſuis tumultum excitare, & tamdem malitioſam ſuam intentionem atque voluntatem explere poſſe.

Quum autem Deus Ter Optumus Maxumus iſtud malum clementiſſime auerterit, ſane per aliquot dies, quibus illinc commoratus eſt, tormentorum diſploſionibus etiam ipſam regiam arcem hoſtiliter infeſtauit, ſuamq; petulantiam aliquo modo expleuit: attamen cum conatus eius inanis fruſtraque fuerit, & ex ſibi facta forti reſiſtentia exiguum certe emolumentum cœperit, direptionibus multorum miſerorum hominum, & aliquot ſacrarum ædium peractis, de qua hoſtilitate etiamnum magnæ quidem quærimoniæ paſſim exaudiuntur, cum penes ſe habentibus copiis Bohemo-Morauicis iterum retroceſſit.

Interea, hiſce commemorato modo peractis, Bohemi maiores ſubinde vires adquiſiuerunt: à Directoribus Eccleſiaſtica bona publice venalia proſtiterunt, ex quibus aliquot diuendita atque cottidie etiam multa enormia facinora inauditæque alias innouationes perpetratæ fuerunt.

Quamprimum enim putatitii iſti Directores cognouiſſent, quod Regia S. M. tamquam ordinarius Rex Bohemiæ & Electoralis Collega à Reuerendiſſimo Domino Septemuiro & Archiepiſcopo Moguntino, priſco de more, & ex præſcripto Aureæ Bullæ Caroli IV. Cæſaris, ad electionem Romanorum Regis ad X X. nuperum elapſum diem Menſis Iulii Mœno-francfurtum verſus inuitata fuiſſet, tum demum manifeſto prodiderunt, quo ſcilicet ipſorum intentio iam olim directa fuerit, quomodo nimirum Regem FERDINANDVM. &, quantum quidem in ipſis fuit, vniuerſam etiam laudatiſſimam domum Auſtriacam in deſpectum reiicere, & ſibimetipſis perniocioſiſſimam in ſummum ſummorum infimorumq; Magiſtratuum præiudicium vergentem libertatem, contra Deum Ter Optumum Maxumum & communia iura, introducere poſſent.

Illum ipſum in finem hactenus vnice & extreme eo potiſſumum adlaborarunt, omniaque media excogitarunt, quibus Regiam S. M. primum de itinere Mœno-francfurtum verſus reuocarent detinerentque, & laudatiſſimo quoque Electorali Collegio perſuaderent, illudque eo commouerent, ne videlicet Regiam S. M. pro Rege Bohemiæ agnoſceret, nec ad electionem admitteret.

Cumque iam ante de grauaminibus ſuis apud Sereniſsimum Dominum Electorem Saxoniæ, Achillem noſtrum Germanicum, peculiareis quaſdem quærimonias inſtituiſſent, eiuſdemue ſuæ Celſitud. (fruſtra tametſi) opem auxiliumque implorаſſent: paullo poſt ipſorum quoque delegati (quorum nomina ſub finem ſuarum litterarum ordine recenſentur) ad præfixum diem Electionis, matuгe ſatis prope Francofurtum peruenerunt, attamen in vrbem recepti minime fuerunt,

Digitized by Google

fuerunt, & epiſtolam quamdam à putatitiis iſtis Bohemiæ Directoribus ad Reuerendiſſimum Inluſtriſſimumque Dominum Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum adtulerunt, in qua factam iſtam Reuerendiſſimi citationem & inuitationem duobus in punctis exagitant, eamdemue prorſus annullare conantur. I. quod non in loco competenti, nimirum in Regia Pragenſi reſidentia, reddita, &, pro I I. Regia S. M. abſque impetrata Regni Bohemiæ poſſeſſione, contra Aureæ Bullæ præſcriptum, inuitata fuerit.

In altera ipſorum epiſtola, ſub nomine ſingulorum Bohemiæ Ordinum, ad vniuerſum Electorale Mœno-francfurti congregatum Collegium, Directorum ſuorum ſcriptum repetunt, & pari modo duabus potiſſimum de cauſſis Regiam S. M. ab electione & dando voto excludere cupiunt: I. quoniam Regnum Bohemiæ non poſſideat. I I. quod, contra de ſe datas reuerſales litteras etiamnum viuente Romanorum Imperatore MATTHIA Regimini ſeſe immiſcuiſſet.

In I I I. Bohemorum epiſtola, (quam ſupra commemorati Delegati è Marpurgo in ſuo in patriam reditu ſimiliter ad omnes Dominos Electores, & inſigneis Inluſtreiſq; Sereniſſimorum Dominorum Septemuirorum ſecularium Delegatos miſerant) in ſubſtantia idem illud, quod in prioribus ſcriptis compræhendebatur, repetitur, & ita omneis iſtæ I I I. litteræ cum late ſeſe extendente & in ſummum præiudicium vergente proteſtatione audacter ſatis concluduntur, quemadmodum poſtea ex numeris I. I I. I I I. videbitur.

Quamuis autem omneis iſtæ firmiſſimis probationibus, documentis, atq; deductionibus ſatis ſuperque refutari poſſent: nihilominus tamen dignum viſum fuit, vt hoc tempore ad omneis iſtas epiſtolas ſummaria & veriſſima dumtaxat relatio fieret, vt etiam exinde quiuis idiota depræhēdere & cognoſcere poſſet, quam iniurioſe & maligne admodum hac in re Cæſareo-Regia S. M. impetatur, dum Rebelles Bohemi enormia & è diametro quaſi inter ſe pugnantia hominibus inculeant, nec hoſtilium ſuorum attentatorum enormiumque exceſſuum vnicam in certo fundamento nixam cauſſam in medium adferre poſſunt: quemadmodum illud ipſum ſubſequens relatio lātioribus oſtendit.

## CAPVT LXXXIV.

## *AD PRIMAM BOHEMIAE DIRECTORVM EPISTOLAM RESPONSIO.*

PVtatitii Bohemiæ Directores in vno in Pragenſi arce X I I I. Iulii A.C.M.DC. XIX. dato, & ad Reuerendiſſimum Dominum Electorem Archiepiſcopumq; Moguntinum pari modo tramiſſum æquipollens ſcriptum, Reuerendiſſimæ ſuæ Celſitud. ad Regem Ferdinandum miſſam citationem, in qua modo iam dictam laudatiſſimam Regiam S. M. tamquam Bohemiæ Regem, ex præſcripto Aureæ Bullæ Caroli I V. Cæſatis, priſco veteri de more ad electionem Romanorum Regis ad nuperum elapſum diem M. Iulii Mœno-francfurtum verſus inuitauit, in duabus cauſſis redarguere & impugnare conati ſunt.

I. Quod hactenus ſemper ita obſeruatum fuerit, etiamſi Reges Bohemiæ in reali regimine & poſſeſſione Electoratus Bohemici fuerint: icciřco abſentibus

Digitized by Google

ribus iiſdem, nec in Pragenſi Regia ſua reſidentia conſtitutis, iſtiuſmodi Electorales citationes ſemper præſentibus tum temporis regentibus, Vicariis & Officialibus apud modo iam dictam Regiam Reſidentiam omnium primo annunciatas, & tum demum regi inſinuatas fuiſſe.

II. Quod ex præſcripto Aureæ Bullæ cumprimis Cap. IIIX. & X. Rex Bohemiæ, non ſecus quam cæteri etiam Electores ſolummodo, virtute Regni, & Principatuum ſuorum dignitatem, vocem & iura Electoralia in electione Romanorum Regis obtineat. Et quod ius, vox, dignitas, officium, aliaque iura non poſſint in alium cadere, præter illum, qui Electoratum vna cum terra &c. poſſidet: Nullus etiam, niſi poſſeſſor Principatus ſui, ad electionem alioſue actus admittendus fiet.

Ad confirmationem igitur neceſſariæ Poſſeſſionis porro allegant exortas controuerſias, latas Electorales deciſiones, cumprimis illa à Cæſare Carolo IV. aliiſque Electoribus inter Comitem Palatinum Iuniorem, & Seniorem impetrata Decreta, quomodo videlicet dumtaxat Senior, ratione Poſſeſſionis Palatinatus, Iuniori prælatus fuerit.

Item exemplum inter Comitem Palatinum Philippo-Lodoicum Neoburgenſem, & Ducem Bipontinum: ſimiliter inter Ioannem Comitem Lücelburgenſem, & Ducem Henricum ex Carinthia, apud electionem Cæſaris Lodoici: & porro aſſeuerant quod etiam Ordinibus Bohemiæ Iura Electoralia in ſpecialibus ſuis Priuilegiis tamquam propria tradita, donata & approbata fuerint.

In cuius rei veritatem inter alia enumerant quid videlicet minorenni tempore Regis Lodoici acciderit, & quomodo Ordines ante proximiores agnatos vſum Iurium Electoralium exercuerint: nimirum quod in Electione Cæſaris Caroli V. Ordinum & minorennis adhuc Regis Lodoici Legatus ante Regis Sigiſmundi Polonorum Regis, tamquam proximi agnati & patrui, delegatos admiſſus, & defectus minorennitatis per Ordinum, ceu proprietariorum, plenipotentiam ſuppletus fuerit. Iccirco epilogi loco conqueruntur, quoniam Regia S. M. numquam ad reale regimen perueniſſet, nec decenti more modoque Coronæ eidemue incorporatis Prouinciis decenter ſeſe exhibuiſſet, & quod quidem denuntiatio Viennam non Pragam verſus miſſa fuiſſet, & quod ita Electoralis Iuriſdictio de Poſſeſſione ſeparari velit Per quod nam ipſis in proprio ſuo electionis & peregrino ſucceſſionis negotio (licet etiam lis cum Regia S. M. adhuc indefinita & ſub iudice ſiet) magna ſane prærogatiua inferatur: conſiderando quod per Regiæ S. M. hoſtilem exercitum iam dudum non contemnenda ſane pars Electoratus Bohemici incendio vaſtata fuerit, quam tamen alias Regia S. M. defendere debuerit.

Rogare igitur Reuerendiſſimam Illuſtriſſimamque Electoralem ſuam Cel Moguntinam vt ad præcauendas oculis obuerſantes nullitates, ratione huius ſui ſcripti Interceſſionalis, vel vſque ad compoſitionem inquietæ iſtius intemperiei, & ratificationem Bohemicæ Seſſionis, indictum diem Electionis Regiæ ſuſpendere, vel, ratione allegatorum Priuilegiorum & Aureæ Bullæ multo magis ipſos Coronæ Bohemicæ Ordines inuitare & poſtulare velit.

Ad iſtam Directorum Bohemorum inſperſionem hoc breuiter probeque animaduertendum conſiderandumue eſt: Primum ad inſinuationem quod attinet quod illa Pragæ nec Viennæ fieri debuerit: in eo ad exemplum, quod nunc

ante C. annos, tẽpore Regis Lodoici, accidit, alludunt. Ad meliorem autem iſtius declarationem reperitur ex tum temporis, nimirum A. C. M. D. XIX impetrato inſinuationis inſtrumento, quod quidem Moguntini Delegati verſus Pragam venerint, aſt modo in fauorem Domini ſui Electoris ſeſe illic exhibuerint, & ſequentibus verbis expreſſe proteſtati fuerint: Quamuis Elector nullo modo teneatur neque obligatus ſiet ad alium locum, quam Pragam verſus, quoniam Regia ſua Dig. hocce tempore extra Regnũ Bohemiæ commoraretur, iſtam annunciationem & inuitationem deferre, nihilominus tamen ſeſe habere in mandatis vt Regiam Suam Dig. non ex Iuriſdictione, ſed dumtaxat ex bona Correſpondentia & peramica voluntate perſonaliter inuiſeret: eo ipſo autem facto Archiepiſcopatui & Septemuiratui Moguntino nullam ſeſe importantiam, vel innouationem quamdam illaturum, de qua iterum atque iterum ſolemniter proteſtaretur. Ex quibus omnibus concluditur quod Moguntini Delegati vna cum Denunciatione à Praga ſeſe vlterius conferre minime obligati fuerint; nihilominus attamen neutiquam ſequitur, quod non vlterius progredi, & extra Prouinciam Regi citationem Electoralem exhibere potuerint. Sin igitur Electorali iſti Legato tum temporis liberum relictum fuerit, quod nimirum citationem iſtam Regi extra Prouinciam Budam verſus tramiſerit, quis iam illum impediret, vt eamdem iam quoque Viennam verſus tramitteret?

Præterea cum hodierno Regni Bohemiæ ſtatu multo aliter comparatum eſt: apud quem enim Domini Electorales Legati ſeſe indicare debuiſſent? apud Vicarios ſane non: nam Directores, eorumdemque aſſeclæ & complices illos repudiare nullamque prorſus poteſtatem ipſis concedere potuiſſent. Apud Directores multo minus, qui pro talibus minime recognoſcuntur, nec etiam pro locũ tenentibus ſiue Vicariis conſtituti ſunt: eamdem quoque citationem multo magis clanculum abſcondiſſent, ſi iſta ad ipſorum manus perueniſſet, quam Regiæ Suæ M. (vti tempore Regis Lodoici Regii Vicarii coram Moguntinis Delegatis facere in ſe receperant) inſinuaſſent, vel tramiſiſſent, potiſſimum quum ipſorum erga ſuum Regem atque Dominum reſpectus toti nunc ferme terrarum orbi adpareat: tum quoque Dominis Moguntinis Delegatis minime, perturbata præſertim hacce rerum omnium facie, & durantibus adhuc motibus iſtis bellicis, conducibile fuit vt Pragam verſus ſeſe conferre debuiſſent.

Ad alterum, poſſeſſionem concernentem, articulum quod attinet, quem Directores, vti ſupra demonſtrauimus, ex Aurea Bulla aliiſque allegatis tantopere exagitant & negant; apparet primum ex allegato VII. Aureæ Bullæ capitulo, atque adeo ex toto contextu quod is ad electionem admittendus ſiet, qui legitimus ordinariuſq; Succeſſor eſt. Nunc vero ipſa Meridiana luce clarius, ꝙ Ordines Bohemiæ A. C. M. DC. IIIXX. in publico Prouinciali Conuentu 7. Iunii Regem Ferdinandum, tamquam legitimum Ordinariumque Succeſſorem & quondam Regis Ferdinandi & Reginæ Annæ nepotem in Regem acceptarint, declarauerint & publicauerint. Cum enim priſco-veteri de more Prouincialis Conuentus decretum in Prouinciali Palatio publice pellectum eſſet: non pauci dumtaxat ex Ordinibus tum præſentes, quilibet in ſpecie, & propriis ſuis nominibus vocati, immo Directores ipſi in illud decretum clara voce edita expreſſe conſenſerunt. Subſequenti 29. die Iunii vero, antequam Regia S. M. coronata, & Ordines per ſupremum



Digitized by Google

mum Burggrauium interrogati fuiſſent, num videlicet Sereniſs. Celſitud. ſuam Archiducem Ferdinandum pro Rege ſuo agnoſcere, eidemque fidelitatem, & debitum obſequium præſtare vellent, & eumdem in Regem ſuum coronari peterent, omneis idem affirmando clamitarunt, & in illud vnanimi voto conſenſerunt: quibus omnibus rite peractis coronatio ſubſequuta, Ordines tum temporis præſentes quoque debitum conſuetumque fidelitatis Iuramentum Regiæ S. M. præſtiterunt. Qua ratione igitur Regia Sua Dig. ab electione arceretur & excluderetur?

II. Iuxta tenorem Priuilegiorum Regni Bohemiæ, & quorum in commemorato cap. paullo ante facta mentio, Electoratus, electionis, Archipocillatoriaiuſque Iuriſdictio dumtaxat ad Bohemiæ Reges eorumdemue hæredes, ad neminem vero alium hæreditario Iure coincidit: quemadmodum ex Rudolphi I. Priuilegio A.C.M.CCXC. IX. Cal. Octob. dato, & ab Imperatore Carolo IV. omnibuſque tum temporis regnantibus Dominis Electoribus confirmato, videre eſt. Quum itaque Regia S. M. tamquam legitimus hæres & Succeſſor acceptatus ſit, non immerito igitur ſola, & nemo alius, ad electionem vocanda & admittenda eſt.

Hiſce adſtipulatur quod A. C. M. CCCC. LXXX. IX. Regi Vladiſlao, omnibuſque Succeſſoribus Bohemiæ Regibus, tum temporis Reuerendiſſimus Inluſtriſſimuſque Archiepiſcopus & Elector Moguntinus Bartolus, Hermannus Colonienſis, & Ioannes Treuirenſis, Archiepiſcopi & Septemuiri, tam etiam Philippus, Palatinus, Dux Fredericus Saxoniæ, & Marchio Ioannes Brandenburgenſis, Septemuiri, tam pro ſe, quam omnibus etiam poſteris & ſubſequentibus Septemuiris, ſub mulcta D. auri Marcarum, obligauerint, niſi Rex Bohemiæ ad electionem inuitaretur, & tamen ipſi iſtiuſmodi electioni interfuerint.

III. Per præſtitum iuramentum inchoatio vel appræhenſio Poſſeſſionis territorii, & omnium iurium territorialium demonſtratur. Nunc autem, vti ſuo loco diximus, ſub coronatione iuramentum illud haud grauatim, ſed promptiſſime admodum ab Ordinibus eſt præſtitum, etiam poſtmodum Regiæ S. M. tamquam legitimo Ordinario Regi, omnis debitus honos atque reſpectus eſt exhibitus. Et quidem factum illud non ſolummodo ante, verum etiam poſt exortum, etiamnumque adhuc durantem, motum Bohemicum: ſiquidem III. peculiareis epiſtolæ, vna quidem à Directoribus, altera vero ab Ordinibus in genere, ſub datis 22. & 30. Auguſti, & 11. Septemb. A. C. M. DC. IIXX. in Originali ſunt in promptu, quas, vti iam modo dictum, in ipſo tumultu, etiamnum viuente adhuc Matthia Cæſare, Regiæ S. M. Viennam verſus tramiſerunt, in quibus Regiam S. M. Regem Hungariæ & Bohemiæ, adeoque Regem Dominumque ſuum clementiſſimum nuncupant, ſeſeque obſequentiſſimos & ſubiectiſſimos ſubſcripſerunt: Qua fronte & corde ergo iam Regiæ S. M. decentem Regium titulum, honorem, & dignitatem ſubtrahere conantur?

IV. In Regiæ S. M. quoque commodum emolumentumque cedunt, quod ipſi ab Ordinibus in ſolemni publicoque Prouinciali Conuentu Coronæ contributio, quæ vnice & ſolum Regi ac Domino competit, promiſſa eſt: quod ipſius imperium non diutius, quam dumtaxat ad mortem Matthiæ Cæſaris, laudatiſſimæ memoriæ ſuſpenſum fuerit, à morte autem Cæſareæ S. M. mox initium ſumſe-



Digitized by Google

ſumſerit: quod à modo dicta, laudatiſſimæ memoriæ, Cæſarea S. M. Regia ſua Dig. ſupra Electoratum, Electionis & Archipocillatoriatus officium legitime ordinarioque modo inueſtita fuerit, & eo ipſo iſtius Officii exercitium reapſe impetrauerit: Item quod Regia S. M. à morte Cæſareæ M. ad nihil amplius, niſi ad Priuilegiorum confirmationem obligata fuerit, quod tamen iuſto tempore impletum, & iſta Regni Bohemiæ Priuilegiorum confirmatio, iuxta acceptas reuerſales litteras, ſupremo Burggrauio tramiſſa fuerit.

Licet vero ſubditi manifeſtam rebellionem excitent: nihilominus tamen id nulli Electori in Septemuirali ſuo officio, electionis Iuriſdictione, aliiſq; Electoralibus Regalibus, Iuribus, & exinde legitimo modo impetrata reali poſſeſſione præiudicium aliquod ſiue remorā creare poterit: vnde etiam aliquot Bohemorum contra Regiam S. M. hactenus ſuſcepta hoſtilia attentata ſibi æque minus, quam priori pie defunctæ Cæſareæ M. in poſſeſſione ſua aliquid detrahere poterunt: quemadmodum etiam iſtiuſmodi contra Electorem aliquem à Bohemicis allegata violentaq; detentio maiorem ſane culpam pœnamque; quam fauorem quēdam meretur. Siquoque ex tam diuturna Bohemorum pertinacia, ſpretis reiectiſque ante à Regia S. M. factis fideliſſimis, paternis, clementiſſimiſque adhortationibus, & in medium propoſitis ſaluberrimis remediis, prouinciæ damna aliquot illata fuerint, illud ipſum duris præfractiſque Bohemorum ceruicibus imputandum eſt.

V. Regia S. M. non paucos ſane adhuc fideles ſubditos Regni Bohemici ex omnibus III. Ordinibus, vtramque Religionem amplectentes, nacta eſt. Immo potior pars violenter ad iſtam Rebellionem compellitur, ad quam ſedandam Regia S. M. non contemnendā quidem præparationem bellicam in promptu habet, & ne nihil intentatum relinqueret, patenteis quaſdam litteras, in quibus ſingulis & vniuerſis Regiæ S. M. clementiam innatamq; bonitatem atque lenitatem adhuc impertit, diuolgari adfigique curauit, & eo ipſo, quemadmodum etiam per ſuos vicarios poſſeſſionem pro virili obtinuit.

VI. Admodum recentia exempla ſunt in promptu cum quomdam Romanorum Imperatoribus Maximiliano II. & Rudolpho II. quod nimirum A. C. MDLXII. IV. Nouemb. Cæſar Maximilianus, per tum temporis regnantem Dominum Danielē Electorem Archiepiſcopumque Moguntinum, tamquam Rex Bohemiæ, & ſeptemuiralis Collega, ratione iuramenti præſtiti ſuique officii, (vti ſonant verba formalia) ad electionem Romanorum Regis Francofurtum verſus inuitatus fuerit, etiam iſti electioni atque adeo toti eiuſdem actui perſonaliter interfuerit: cum eius Dominus Parens Cæſar FERDINANDVS laudatiſſimæ memoriæ adhuc in viuis fuerit, & tam adminiſtrationem, quam etiam ipſam poſſeſſionem Regni Bohemiæ, tum temporis obtinuerit. Pari modo cum Rudolpho II. Romanorum Imperatore A. C. M. D. LXXV. accidit, qui, ceu coronatus Rex Bohemiæ, itidem viuente adhuc Imperatore Maximiliano, & imperium adminiſtrante, ſub electione Regia officium ſuum Electorale exercuerit, atque tandem, vna cum aliis Dominis Septemuiris decretum Electionis XXVII. Octobris obſignando confirmauerit, cum tamen iidem commemorati Laudatiſſimi bini Reges ab incorporatis Prouinciis, quemadmodum iam Regia S. M. debitum homagium nondum accepiſſent. Si igitur duo glorioſiſſimi iſti Romanorum Imperato-

res,

nes, ea ipſa de cauſſa, quod vncti coronatique Reges Bohemiæ extiterint, Dominis ipſorum parentibus etiamnum viuentibus, ad electionem admiſſi fuerunt; quid igitur Regi FERDINANDO obſtare poterit, vt non pari modo, ex præſcripto Aureæ Bullæ & illius obſeruantia, ceu coronatus, vnctus princeps & Rex Bohemiæ, & ad quem mox à morte Matthiæ Cæſaris, abſque vllo medio, plenarium regimen translatum fuit, votum locumque apud electionem Romanorum Regis habere debeat?

Ad Directorum allegata exempla quoque quod attinet, illa huc minime quadrant: controuerſia enim, in vno, vel altero exorta, omni tempore inter agnatos, & Principales, ſimiliſque conditionis, ſtatus, atque dignitatis perſonas, non autem inter Dominos & ſubditos extitit: quemadmodum etiam in ſuo iſto ſcripto non vna dumtaxat vice, abſque tamen vllo fundamento, Electorale officium ad nudam ſaltim poſſeſſionem dirigunt: cum tamen, ex collatione IIIX. & XX. articuli in Aurea Bulla, manifeſtiſſime adpareat, quod titulo inſignita & iſtiuſmodi poſſeſſio fiet neceſſaria, quemadmodum ſupra pluribus indicatum, & omnibus temporibus cum poſtulatione Regum obſeruatum fuit: teſtantur inſuper ſæpius nunc allegatæ Aureæ Bullæ verba, quod iſta conſtitutio à Carolo IV. inter Principes Electores, non vero inter Dominos & ſubditos inſtituta fuerit: quemadmodum etiam Cæſaris Caroli intentioni è diametro quaſi aduerſaretur, quod dum competentes, vt plerumque inter S. R. Imperii Principes propter electionem fieri ſolitum eſt, præcauere voluit, illa, vice verſa, inter Principes & ſubditos introduci debuerit.

Admodum inepte igitur exempla ad iſtiuſmodi negotia reſtringuntur, quæ, vti nunc magis indigitatum eſt, non inter Dominos & ſubditos, ſed inter S. R. Imperii Principes, atque partim ante Auream Bullam, acciderunt, & ad iſtiuſmodi Conſtitutionem anſam occaſionemque præbuerunt.

Ad tempore Lodoici Regis factam ablegationem quod attinet, primum ipſos ſcire oportet, quod tum temporis non ipſi Ordines, ſed Rex Lodoicus ipſemet ad electionem requiſitus fuerit: & quod Delegati dumtaxat à Rege litteras ſecuri itineris impetrauerint, quodque ab Rege tantum Credentiales litteras ad S. R. Imperii Electores ſecum adtulerint.

Quamuis autem iſti delegati, tam à Rege, quam ab ipſis etiam Ordinibus poteſtatem quamdam habuerint: nihilominus tamen ex Protocollis tantum quidem colligitur, quod illud, cumprimis propter controuerſiam, tum temporis inter Regem Polonorum Dominum Sigiſmundum, tamquam tutorem, & viciniorem agnatum, & inter Regem Ordineſque Bohemiæ exortam, factum fiet: idipſum quod diſputatio, ante electionem inter delegatos habita, ſatis ſuperque teſtatur. Quum vero, iuxta commemorati Protocolli teſtimonium, inter eoſdem delegatos exorta controuerſia iterum vtrimque ſublata atque compoſita fuerit, & delegatorum vnus, Vladiſlaus Dominus in Sternberg, qui Principalis eo tempore Regis erat Commiſſarius, ad Electionem admiſſus fuerit: idcirco exinde, tamquam in caſu ſingulari qui inter alias partes & alieno prorſus negotio accidit, in Regiæ S. M. præiudicium nihil omnino hoc caſu extorqueri poterit.

Longe aliter res ſiquidem cum Rege Ferdinando comparata eſt, in quo nullus defectus minorennitatis adpareat, & ipſe præſens, tamquam Principalis, iſti negotio interſit.

Multæ inſuper res in ſæpe nunc commemorato Directorum Scripto abſque vllo etiam fundamento allegantur, quaſi Ordines iurium Electoralium proprietarii forent, cum tamen in ipſa rei veritate ſient inhabiles. Hiſce ſiquidem ita conſtitutis, neque Rex Bohemiæ inaugurari, neque Romanorum Imperator ipſi Electoratus, Electionis, & Archipocillatoriatus officii inueſtituram concedere poſſet. Cum vero Regia S. M. inueſtituram legitime acceperit, itaque eidem etiam, nec alii cuiquam, non immerito ius & votum Electionis competit.

Epilogi loco vnum adhuc probe perpendendum eſt, quod videlicet non omneis Bohemiæ Ordines in genere, ſed ii dumtaxat, qui ad iſtiuſmodi defenſionis negotium à complicibus ſuis maleſano exemplo vocati fuerunt, periculoſum ſeditioſumque iſtud negotium ſuſcipiant & promoueant: alias enim ſi etiam in minoris momenti negotiis delegati extra Prouinciam ab Ordinibus Bohemiæ emittantur, id in vniuerſali Prouinciali a Regia S. M. prius indicto Conuentu decerni oportet: quod tamen hac in re neutiquam factum, ſiquidem nullus Prouincialis Conuentus indictus, nec vnica etiam plenipotentia, ad negotium iſtud promouendum, putatitiis directoribus conceſſa fuit: cumprimis etiam, penes honeſtiſſimos aliquot ex Ordinibus SVB VTRAQVE, vniuerſa Romano-Catholica pars Ordinum, SVB VNA, huic ſeditioſo negotio ſeſe neutiquam immiſcuerit, nec ad eamdem res iſta pertineat.

Directorum Ordinumque Bohemiæ delegati denique contra vocationem officiumque ſuum iſti negotio ſubſcribunt, dum ſeſe delegatos omnium III. Ordinum nuncupent, cum tamẽ non omneis Ordines, ſed ſolummodo XXVIII. putaticii ipſorum directores atque Principales ſient, & ipſos, in ſuis ad Electorale laudatiſſimum collegium datis litteris, ſuos delegatos nominent. Id quod ad ſæpius nunc commemoratum directorum Bohemicorum diuolgatum ſcriptum, loco reſponſionis, neminem latere voluimus.

## CAPVT LXXXV.

## AD ALTERAM, ET, SVB EPILOGO, TERTIAM BOHEMORVM EPISTOLAM,

*Reſponſio.*

IN altera à rebellibus Bohemis ad laudatiſſimum Electorale, Mœno-francfurti ad eligendum Romanorum Regem congregatum, collegium ablegata epiſtola, ſub dato 13. Auguſti Anni huius M.DC.XIX. ab intio, & antequam illa vlterius examinetur, hoc probe ad notam accaptandum eſt, quod ſuſcriptio ad omneis III. Regni Bohemici Ordines indifferenter, abſque vlla Romano-Catholicorum exceptione, aſtuto prorſus modo directa ſiet, vnice eum dumtaxat in finem, quomodo videlicet illam à putaticiis directoribus paullo ante ad Reuerendiſſimum Inluſtriſſimumque Dominum Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum factam particularem epiſtolam (exordio illud ipſum adteſtante) ornare, eidemque iſtiuſmodi fictum quemdam colorem adpingere poſſent, quaſi ab omnibus Ordinibus, nulla omnino parte excepta, illud probatum ratificatumque fuerit: cum tamen ne minimus quidem Bohemo-Catholicorum Ordinum litteras

Digitized by Google

teras iſtas ſigillo ſuo confirmauerit, atque adeo conſequenter procul omni dubio iſti conſultationi non intereſſe potuerit: immo manifeſtum erit, quod quidam ex ipſorum medio, ad maiorem rei faciundum fucum, quaſi numerus ipſorum in tantum excreuerit, ſigilla ſua dupliciter adpenderint. Itaque iſta epiſtola falſo prorſus titulo omnium III Ordinum, abſque vlla vllius exceptione, inſignita fuit, quum res iſta ſolummodo ad vnam partem, SVB VTRAQVE, in qua tamen potiores coacti metuunt, pertineat.

Ad iſtius autem epiſtolæ ſubſtantiam quod attinet, poſt repetitionem prioris, à Directoribus, vti commemoratum, exaratæ, & breui relatione, præludii loco, comprehenſæ, primum Regiæ Suæ M. acceptatio & coronatio in Bohemiæ Regem ſufficienter allegatur, quod videlicet ſiet inhabilis, & ad indictum diem electionis Regiæ ob ſequentem rationem non admitti poſſit.

I. Quod in acceptatione & coronatione Ordines partim per graues intentatas minas, partim per alia incompetentia media eo adacti fuerint, vt etiam contra in Vniuerſali Conuentu Prouinciali partim cum incorporatis Prouinciis factam tractationem, quæ clare & expreſſe iubet quod abſque præſcientia & ſublatione puncti Electorii cum incorporatis Prouinciis nulla regia electio fieri debeat. Et jamſi vero in votis de iſto publica facta eſſet mentio, nihilominus tamen ipſos, ceu minori numero præſentes Euangelicos Ordines, à Romano-Catholicis indigentibus in dandis votis fuiſſe ſuperatos.

Heic autem res quaſdam prætendunt, quæ omnino ſane negantur, & quæ ipſa in rei veritate multo aliter comparatæ ſunt, nulla ſiquidem intentata comminatio, multo minus incompetentia media, quæ nominari minime poſſunt, vſurpata fuerunt, niſi illud pro comminatione & illegitimo medio æſtumare velint, quod quidam ex ipſorum medio ex Aureæ Bullæ Romanorum Imperatoris Caroli IV. ſub dato Pragæ VII. Aprilis A. C. M. CCCXLVIII. Item: ex diſpoſitione Regis Vladislai, ſub dato die Veneris Pragæ poſt Epiphanias Domini, A. C. M. D. X. & ex Conſtitutione Prouinciali, ſub titulo de electione Regia tam ex litteris Maieſtatis ſiue Reuerſalibus Regis Ferdinandi I. ſub dato die Mercurii poſt S. Egidii A. C. M. D. XLV. & ſimilibus, probabilibus documentis, magis ad partem publice informati fuerint, quod videlicet in ſæpius nunc allegata Aurea Bulla (quam ipſi etiam Bohemiæ Ordines inſtanter vrgendo impetrarunt, & omnibus temporibus in ſuo vigore permanſura eſt) expreſſis verbis modo iſto in caſu dictis iam Bohemiæ Ordinibus libera electio permittitur, ſi videlicet nemo ex Regia ſtirpe, ſemine & ſanguine vtriuſque ſexus amplius ſuperſit: Item, quemadmodum conſtitutio vel diſpoſitio Regis Vladislai teſtatur, ſi eius filius Rex Lodoicus abſque hæredibus mori contingat, tum eius filia ANNA Regnum Bohemiæ hæreditario poſſidere & obtinere debeat, quam etiam Bohemiæ Ordines pro hærede agnouerint & acceptauerint. Porro quod ipſa etiam Prouincialis Conſtitutio, ad quam tam Rex ipſe quam Bohemiæ etiam Ordines peculiari iuramento ſeſe obligauerit, ſeſe ad binas iſtas præcedentes epiſtolas & conſtitutiones referat, & expreſſe atque clare mentionem faciat, ſin nimirum ex præſcripto Aureæ Bullæ Cæſaris Caroli IV. & Conſtitutionis Regis Vladislai (nempe tum prius, nec citius) electio Bohemiæ Regis fieri debeat, quid ſcilicet tum iſto in negotio faciundum ſiet: & pariter quod in Regis Ferdinandi I. quondam, feliciſſimæ memoriæ,

litteris

litteris Reuerſalibus hæc expreſſa verba comprehendantur: Poſtquam, poſt mortem ſine hæredibus Regis Lodoici, Regnum Bohemiæ, eidemque incorporatæ Prouinciæ &c. cum omnibus & ſingulis ſuperioribus iuriſdictionibus, Priuilegiis & libertatibus ad Inluſtriſſimam Principiſſam & Dominam, Dominam Annam Hungariæ Bohemiæque Reginam, coniugem noſtram, tamquam quomdã Regis Lodoici Germanam Sororem & hæredem, reſpectu Cæſaris Caroli IV. conceſſionum, libertatum & Priuilegiorum, legitimo modo translatum fuerit, quemadmodum illud commemoratæ iſtæ Maieſtatis litteræ ſatis ſuperque reſtantur; ſin videlicet ex Regia familia & Stirpe, vtriuſque Sexus, nemo amplius ſuperſit, quod tum libera Regis Bohemiæ electio ad Regni Bohemici Ordines, nec alio modo, pertineat.

Hæ igitur & ſimiles in Prouinciarum Priuilegiis fundatæ res illis, quibus vel parum, vel omnino nihil de negotio iſto fuit cognitum, ſumma moderatione, nulla vero interminata comminatione, ad meliorem informationem fuerunt propoſitæ, in quo ſane nihil in Bohemorum Priuilegiorum præiudicium ſuſceptum fuit, quod etiam ipſi grato animo acceptarunt & adprobarunt: immo præcipuæ aliquot perſonæ ex Ordinibus SVB VTRAQVE, & ampliſſima in Bohemiæ Regno bona poſſidentes, ſumma (vti ipſis minime eſt incognitum) cum gratiarum actione agnouerunt & confeſſi ſunt, quod nimirum Cæſ. S. M. tamquam prouidus curioſuſque Rex & Dominus, in emolumentum patriæ mature ſatis Regno proſpexit, & non peregrinum, ſed iſtiuſmodi Principem & Dominum, iuxta tenorem ipſorum Priuilegiorum, Regno propoſuit, aduerſus quem nemo rite inſurgere, ſed multo potius eumdem grato animo acceptare debeat.

In iſtiuſmodi Regni Bohemiæ Priuilegiis & libertatibus, cumprimis autem in ſæpe nunc dicta Aurea Bulla, quomdam Cæſaris Matthiæ laudatiſſimæ memoriæ paterna intentio, & Ordinibus in publico Prouinciali Conuentu facta propoſitio, iuxta Dominorum Anteceſſorum, cumprimis vero Cæſaris & Regis Ferdinandi I. exemplum, fundata fuit, vbi nimirum ipſis clementiſſime inculcauit, quatenus nimirum (conſiderando quod hæredibus careat & bini eius Domini fratres Germani, Archidux Maximilianus & Albertus, habenti ſuo in Regno Bohemiæ iuri ſua ſponte renunciauerint) ex ſingulari erga Regnum iſtud Bohemiæ adfectu, amore, & clementia proximum ſuum Dominum agnatum Archiducem Ferdinandum in Succeſſorem & Regem Bohemiæ propoſuerit adnexa clementiſſima petitione, vt illum tamquam quomdam Regis Ferdinandi I. & Reginæ Annæ nepotem, & qui, in deſcendente linea, ex vera ſtirpe regia ſuam trahat originem, vna cum pluribus cauſſis impulſiuis, in Regem Bohemiæ acceptare, publicare & coronare ne dedignarentur.

Id etiam commemorato modo factum eſt quod videlicet omneis Bohemiæ Ordines vnanimi conſenſu laudatiſſimum Archiducem Ferdinandum in Regem acceptauerint & publicauerint, illudipſum etiam quamprimum Cæſareæ & dein Regiæ ſuæ M. per Delegatos ſuos ſingulari gratulatione ſignificauerint, & omnes atque ſinguli eamdem acceptationem in pellectione decreti Prouincialis, poſt vniuſcuiuſque nominis vocationem, clara voce affirmando adprobauerint, quæ recognitio etiam apud Coronationis actum repetita atque renouata fuit. Cum enim Ordines in templo arcis à ſupremo Burggrauio interrogati fuiſſent,

num

num videlicet Archiducem Ferdinandum pro ſuo Rege agnoſcere, eidem fidelitatem, debitumq; obſequium præſtare, eumdemue coronare velint; omneis præſenres illud affirmaſſe, & conſuetum iuramentum, adpoſitione duorum digitorũ ad coronam, magna animi exultabundi ſignificatione, præſtitiſſe.

Pro II. Illud, cuius, ob factam tractationem cum vna parte incorporatarum Prouinciarum, h. e. cum Sileſiis, mentionem faciunt, ad hanc ipſorum intentionem neutiquam eſt conducibile: Etiamſi enim in controuerſo iſto articulo, Sileſiis ius ad electionem Regis prætendentibus, inter vtramque partem in Vniuerſali Prouinciali Conuentu decretum fuerit, quod Sileſii coram certis ad id deputatis Perſonis iuris ſui prætenſionem probare debeant, nihilominus tamen facile ſibi reuocabunt in memoriam, quod, vti tam ex Cæſarea propoſitione, quam orali informatione ſatis ſuperque colligitur, Archidux Ferdinandus non ad liberam electionem (ad quam, iuxta ſæpe citatam Auream Bullam, nondum peruentum erat) ſed dumtaxat ad acceptationem & publicationem propoſitus fuerit. Ad hæc iſte definiendus articulus magis ad Sileſios ſpectauit, qui tamen abſque vlla difficultate, quemadmodum ex Decreto ſuorum Principum adparet, partim perpenſo quid à Bohemis factitatum fuerit, ſed ſuapte Regem Ferdinandũ in Bohemiæ Regem & ſupremum Sileſiæ Ducem acceptarunt, publicarunt, & eidem fidelitatis iuramentum præſtiterunt.

Quod autem addant, ſeſe, in dandis votis, ab indigentibus Romano-Catholicis victos fuiſſe, omni ratione atque fundamento caret. Nam illi ipſi, æque ceu Romano Catholici vota ſua Archiduci Ferdinando dederunt, & in eo ipſo nulla vmquam fuit controuerſia: quemadmodum etiam adhuc ignoretur, qui indigentes iſtiuſmodi Romano-Catholici fuerint, cum ipſi fateri neceſſum habeant, vnum altero ditiorem locupletioremque fuiſſe.

Ad articuli huius concluſionem magna ſane iniuria vlterius fatentur, nunc demum totum manifeſtumque eſſe, quomodo videlicet totum acceptationis coronationiſque negotium à pernicioſis Conſiliariis ad totalem abolitionem liberæ electionis, ſublationem omnium Priuilegiorum Prouincialium, adeoque laudatiſſimi Electoralis Collegii præiudicium, quod priores Reges nullo vmquam tempore tentauerint, directum fuerit, dum videlicet cum domo Hiſpanica iſtiuſmodi pacta fuerint inita, quibus Regnum Bohemiæ vna cum eidem incorporatis Prouinciis, tamquam feudum & Electoratus hæreditarius factus, & ad confirmationem iſtius hæreditatis Ferdinandus à Cæſare Matthia in filium adoptatus fuerit.

Quo autem in caſu libera Ordinum electio locum habeat, id antea ex Aurea Bulla aliiſq; ſupra allegatis irrefurabilibus fundamentis demonſtratum eſt, in quo etiam Ordines non immerito relinquuntur. Exinde igitur Archidux Ferdinandus non ad abolitionem ſublationemque Priuilegiorum, ſed legitimo modo, tamquam regius nepos, in Regem propoſitus acceptatuſque fuit, in quo ſane neque laudatiſſimo Electorali Collegio, neque ipſis etiam Ordinibus minimum præiudicium factum eſt: ſimiliter & pacta, forſitan cum domo Hiſpanica inita, illos minime tangunt, ſiquidem, ad Aureæ Bullæ ſublationem, aliorumque Priuilegiorum Prouincialium demolitionem, quantum quidem ad ipſos pertinere videbuntur, nemo vmquam intentus fuit.



Digitized by Google

Præter hæc omnia, tres peculiares à putatitiis iſtis directoribus ad regiam S. M. ablegatæ & adhuc in originali præſentes epiſtolæ, ſub datis 10. & 30. Auguſti, & 14. Septemb. Anni nupere elapſi M.DC.XXIII. teſtantur, ipſos anno etiam diutius poſt coronationem, & durante etiamnum Bohemico tumultu, regiam S. M. pro clementiſſima interceſſione apud Cæſaream S. M humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio imploraſſe, regem Hungariæ atque Bohemiæ nuncupaſſe, pro rege atque Domino ſuo agnouiſſe, & humillime obſequentiſſimeque litteris iſtis ſubſcripſiſſe.

Altera cauſſa, q̃ aduerſus regiã S. M. ob excluſionem electionis in medium proponunt, hæc eſt, quod nimirum regia S. M. contra Prouincialis Conuentus decretum A. C. M. DC. IIIXX. & de ſe datas reuerſales litteras, viuente etiamnum Romanorum Imperatore Matthia, laudatiſſimæ memoriæ, regiæ adminiſtrationi clanculum ſeſe immiſcuerit. Eadem autem in re regiæ S. M ſumma fit iniuria: omnibus & vniuerſis ſiquidem manifeſtum cognitumque eſt Cæſarem Matthiã etiam ad mortem vſq; imperantem Bohemiæ regem permanſiſſe, & ſolũ regno præfuiſſe. Nihil prætereа regia S. M. vmquã commiſit, de quo non vel oralem, vel ſcripto compræhenſam Cæſareæ S. M. inſtructionem habuerit, cuius rei ſane luculentiſſima extant teſtimonia: neque vmquam in ipſa rei veritate poteſt argui, quod vlli etiam iuſtitiam vel imperium concernenti negotio, Cæſarea S. M. adhuc viuente, ſeſe immiſcuerit.

Quod autem, ad fucum rei faciundum, nullo fundamento nixi prætendant, regiam S. M. Cardinalem Glöſelium, tamquam Cæſareæ S. M. intimi conſilii Directorem, de officio remouiſſe: quilibet nunc ſanæ mentis probe perpendat, quam inconcinnum, inconſuetum, peregrinum, extrauagansque exemplum iſtud fiet: modo commemoratus ſiquidem Cardinalis Glöſelius in Bohemia non natus, & ad gubernacula Reipub. numquam conſtitutus fuit, atque exinde perſonæ eius remotio Ordines Bohemiæ minime tangit, vt iam taceatur, quod illi ipſi antehac eius ex aula remotionem exoptauerint, & exiguam ſane adfectionem erga eumdem geſſerint.

Quod vero regia S. M. omnibus conſiliis interfuerit, & alias peculiares quaſdam res perfecerit, id, vti antea commemoratum, non alio fine factum eſt, quam quod illud ipſum Cæſ. S. M. ita fieri voluerit: quemadmodum etiam regia S. M. clementiſſimam Cæſ. S.M voluntatem, in rebus regiæ S.M. mandatis, exequi obligata fuit: quod autem Cæſ. S M. reſolutiones, pro arbitrio & lubitu ſuo, ſua ſponte & abſque Cæſ S. M. præſcientia immutauerit, putum purum eſt figmentum & falſa obiectio: ſiquidem regia S.M. Cæſ. S.M. in tanto reſpectu & quidem non immerito, ſemper adeo magni æſtumauit, vt etiam ne minimum quidem contra eamdem attentate vllo vmquam tempore molita fuerit.

Quod porro quoque commemorent, regiam S. M. peregrinum militem introduxiſſe, & Morauiæ Prouinciali Conuentui interfuiſſe, id etiam ſupra commemorato modo nec aliter comparatum eſt, quod in hiſce omnibus Cæſ. S. M. deſiderio atque voluntati ſatisfecerit: attamen abſque vllo rationis probationiſque fundamento aſſeuerant, & pro certo tradere non erubeſcunt, regiam S. M. per Secretarium Michnam apud Pilſenſes totum iſtud negotium promouiſſe.

Ad Cæſareo-Regias Confirmationes ꝙ attinet, quarum tam friuolam con-

contemptibilemque mentionem faciunt, & eaſdem tamquam inualidas, quibus non inniti poſſet, proclamant, in eo ipſo oſtendunt, ſatiſque ſuperque ipſo facto confirmant, quam contemtim de ſummo Chriſtiani terrarum orbis capite & Magiſtratu ſentiant: & grauamina ſua in Religionis negotio ex mero fuco prætendunt, cum tamen iſta Religionem minime concernant: immo, vice verſa, multo magis de ipſis conqueri poteſt, præſertim in eo quod in Religionem Romano-Catholicam commiſerint, quum omnibus cognitum manifeſtumq; ſiet quod iis in locis, quæ à regiæ S M. copiis militaribus occupari neceſſum habuerint, in religionis negotio ne minimum quidem immutatum innouatumq; fuerit. Econtra quoq; ipſa Meridiana luce clarius adparet, quid tam in Bohemia, quam Morauia, contra Romano-Catholicos, Clericos, eorumdemue Collegia atque bona hoſtiliter ſuſceptum perpetratumque fuerit, de qua in proœmio obiter verba fecimus: adeo vt etiam inferioris Auſtriæ Ordines (quorum certe potior, vel ad minus magna pars, Auguſtanam confeſſionem amplectens, ad Vnionem Confœderationemq; iſtam coacta fuit) ſuos in Bohemiam, ad Confœderationis iſtius cõcluſionem ſiue confirmationem, tramiſſos legatos, poſt concluſorum decretorumq; articulorum perceptionem, iterum ſumma moderatione reuocarint.

Ad continuationem priorum vicariorum, cum qua pariter ſuam inobedientiam non abſque ſingulari fuco excuſare nituntur, quod attinet, facillime ſibi in memoriam reuocare poterunt, nec ipſos in minimo etiam latet, quod illud dumtaxat modo prouiſorio, vſque ad aliam regiæ S.M. inordinationem, mox à morte Cæſ. S. M. factum fuerit: nec tamen interea ipſis anſa occaſioq; data fuit, vt tam pernicioſiſſimam, alias inauditam, intemperiem promouerent.

Ex hiſce commemoratis omnibus igitur cuiuis ſanæ mentis liquet, quod ſubſequutum ipſorum decretum & illatio prorſus ſiet inefficax, dum regiæ S. M. acceptationem & coronationem impedire, poſſeſſionem eidem detrahere, & mox à voto Electionis omnino excludere audacter ſatis conati ſunt.

Quod denique in maius regiæ S. M. odium atq; contemptum, ob res ab exercitu male atque crudeliter geſtas, adnectunt: id hac potiſſimum de cauſſa incredibile vedetur, quum etiam antehac iſtiuſmodi res pari modo ſparſæ, hominibus inculcatæ, immo per typos publice diuolgatæ fuerint, quæ tamen poſtmodum cum veritate minime correſponderunt: fieri tamen potuiſſe conceditur, quod per vtriuſque partis exercitus hoſtilia attentata, vti plerumque ſub tumultibus bellicis fieri ſolet, multi ſane innocentes homines intolerabiles calamitates ſuſtinere neceſſum habuerint, atq; adeo in extremam perniciẽ præcipitati fuerint, de quo regia S. M. ſæpius triſte percipit cordolium: ideo etiam mox ab initio ſui imperii omnia conducibilia, ad pacem ſpectantia media ad manus ſumſit, inducias ſancitas Bohemis inſinuari, & clementiſſimas aliquot epiſtolas ad eoſdem ablegari curauit: Et tamdem ad colloquium & tractationem certas quaſdam perſonas conſtitui petiit: atq; alias etiam nihil omnino prætermiſit, quin pacificum paternumq; ſuum animum ipſis detegeret, ſatiſq; ſuperque teſtatum faceret.

Quoniam vero omnia ſalutaria conſilia, atq; in medium propoſita conducibilia media apud eoſdem fuerint irrita, contra inducias arma vſurpauerint, Prouincialium requiſitionem vehementer admodum continuauerint, in Morauiam & Auſtriam hoſtiles incurſiones fecerint, ad ipſos datas epiſtolas fideliſſimaſque



Digitized by Google

maſque ad: & exhortationes nauci æſtumarint, partim non receperint, pernicioſas cum aliis Prouinciis confœderationes inieriut, Regiam S. M. apud exteros Principes peculiaribus quibuſdam in locis falſo traduxerint: &, in ſumma, omnia contraria hoſtilia attentata ſuſceperint, quilibet ſane fateri neceſſum habet, quod coram Deo ac vniuerſo mundo nequaquam Regia S. M. ſed multo potius illi ipſi, & nulli alii omnium hactenus commiſſorum malorum auctores ſient; conſiderando quod Cæſarea S. M. Regio ſuo exercitui omnia incendia latrocinia, aliaſque horrendas deuaſtationes ſeuere admodum interdixerit, cum tamen vice verſa denegata & intercluſa ſæpius annona ad iſtiuſmodi enormitates & exceſſus non exigua dumtaxar data fuerit occaſio.

Et hæc huc vſque commemorata epiſtola pernicioſa, & late ſeſe extendente, nullo tamen fundamento nixa, proteſtatione, & euentuali prouocatione tamdem concluditur.

Simili putrido fulcro etiam nititur delegatorum Bohemicorum, ſub dato Marpurgi IIXX. & XXVIII. Auguſti, exhibitum ſcriptum, in quo iterum cauſſam ſuam noua quadam proteſtatione & prouocatione fulcire ſerio adlaborant. Quemadmodum enim in eo allegata vacantia Regni, & interuentus inhabilitatis ante illud, cuius ſupra facta mentio, plane intercidit, ac Electoralis Iuriſdictio iure proprietario non omnino omnibus Coronæ Bohemicæ Ordinibus, multo minus vni dumtaxat parti ex ipſis, qui illud in ſe transferre ſiue deriuare annituntur, ſed multo potius Romanorum Imperatori ac S. Rom. Imperii Ordinibus competat, ita iſta regalia omnia à nupertime mortuo Romanorum Imperatore Chriſtianæ laudabiliſque recordationis in feudum clementiſſime conceſſa ſunt.

Pari modo & in priori ipſorum epiſtola adnexa proteſtatio & prouocatio nulli æquitati conſentanea, ſed omnino eſt inexcuſabilis, quum eo ipſo Regia S. M. tamquam vnctus coronatuſque Rex Bohemiæ, & Electoralis Collega, legitimo ſuo iure ab ipſis priuetur, laudatiſſimum Septemuirale Collegium ludibrio & contemptui habeatur, atque denique Regia S. M. tamquam Romanorū Rex, qui vnanimi laudatiſsimorum Dominorum Electorum conſenſu ad Regiam iſtam dignitatē atq; Maieſtatem euectus eſt, maligne contemtimque impetatur.

Hiſce & ſimilibus longo ordine hactenus commemoratis de cauſſis laudatiſſimum Septemuirale Collegium, Regiæ S. M. tamquam Bohemiæ Regis, & Electoralis Collegæ, ipſius, tamquam S. R. Imperii columnarum, propriam, & denique tum temporis electi Romanorum Regis ac hodierni Romanorum Imperatoris, reputationem, dignitatem, atque auctoritatem, quemadmodum etiam Auream Bullam, S. R. Imperii fundamentales Conſtitutiones & Receſſus in flore & vigore conſeruare neutiquam intermittent.

## CAPVT LXXXVI.

### *PVTATITIORVM BOHEMIAE DIRECTORVM AD REVERENDISSIMVM DOMINVM SEPTEMVIrum Moguntinum Epiſtola.*

Sub dato XXIII. Iulii A. C. M.DC. XIX.

REuerendiſſime S. R. Imperii Domine Septemuir, Reuerendiſſ. V. Cel. nos à Deo Ter Optumo Maxumo bonam proſperamque corporis valetudinem, diutur-

diuturnum imperium, omnemque temporalem ſalutem proſperitatemque ex animo precamur, eidemque debita obſequioſiſſimaque officia humillime offerimus.

Clementiſſime Domine, à fide digniſſimis percepimus, quod Reuerendiſs. V. Celſitudo à morte laudatiſſimi quondam Romanorum Imperatoris Matthiæ, Sereniſſimum, potentiſſimumque Regem atque Dominum, Dominum FERDINANDVM, Archiducem Auſtriæ &c. ad electionem alterius Romanorum Imperatoris, & capitis totius Chriſtiani terrarum Orbis, ad indictum præfixumq; electionis diē Mœno-francfurtum verſus, vna cum cæteris S. R. Imperii Electoribus, per conſuetas Reuerendiſs. V. Cel. patenteis litteras inuitauerit, & ſimul rogauerit, vt Regia S. M. tamquam Rex & Elector Bohemiæ, actui iſti Electionis intereſſe, & omne illud perficere, conſultare, & decernere ne dedignetur, quod ad S. Rom. Imperii proſperitatem, & futuræ Electionis Romanorum Imperatoris neceſſum eſſe videbitur, & in eiuſdem Imperii conſtitutionibus imperatum ſiet.

Equidem gratius acceptiuſque nihil nunc nobis contingeret, quam quod cum corona & Electoratu Bohemiæ ita comparatum, vniuerſumque Regnum in tam pacatum tranquillumque ſtatum redactum eſſet, quemadmodum electionis temporibus Maximiliani, Rudolphi, aliorumque pacificorum Romanorum Imperatorum & Bohemiæ Regum comparatum fuit; vt ita hoc modo realem noſtrum regnantē Bohemiæ Regem, ceu ordinarie electum & ab omnibus incorporatis Prouinciis recognitum, ad inſtantem electionis actum multo magis comitari eidemue inſeruire, quam ſupra commemoratæ Conuocationi in vno vel altero obſtrepere debeamus.

Et primum quidem ſperabimus Reuerendiſs. V. Cel. ex protocollis ſuis, cumprimis vero ex illa ante electionem Cæſaris Caroli V. Inſtrumento compræhenſam intimationem, tam ex aliis quoque Actibus denunciatoriis ſeſe informari clementiſſime paſſuram, quod etiamſi tum temporis viuentes Reges in reali regimine & poſſeſſione Electoratus Bohemiæ extiterint, & ab omnibus incorporatis Prouinciis pro iiſdem libere & vnanimiter venerati recognitique fuerint, nihilominus tamen, illis ipſis, extra Regiam ſuam Pragenſem reſidentiam, aliis in locis commorantibus, tum iſtiuſmodi Electorales Citationes omnium primo reſidentiæ Regiæq; ſedi Pragenſi annunciatæ, & tum demum regnanti Bohemiæ Regi vel Viennæ, vel Budæ inſinuatæ fuerunt: idque nullo alio modo quam reſeruata proteſtatione, quod iſtiuſmodi intimationes nullibi locorum, quam in Regia reſidentia regulariter & ordinarie fieri oporteat.

Quæ vero alias requiſita, ad habilitatem & admiſſionem vniuſcuiuſque Electoris neceſſaria ſient; id ex Aurea Bulla diuerſis in locis, præſertim vero Cap. 7. adparet; & per totum quaſi orbem notorie manifeſtum, quod Rex Bohemiæ, æque ceu alii Electores, dumtaxat, virtute Regni, & Principatuum ſuorum dignitatem, voceſ & iura Electoralia in Electione Romanorum Regis obtineant & impetrent: quemadmodum ad hæc C. XX. peculiariter cautum & expreſſe ſancitum eſt: Quod ius, vox, dignitas, officium, aliaque iura, ad quemlibet eorumdem Principatuum ſpectantia, non poſſint in alium cadere, præter illum, qui Electoratum ipſum cum terra, vaſallagiis, feudis, & vniuerſis eius pertinentiis poſ-

ſidere dignoſcitur. Quo melius autem intentio & mens perpetui iſtius imperialis Edicti exprimatur & confirmetur, idcirco in eodem iſto contextu porro quoque repetitur & ſancitur: Quod per cæteros principes Electorales nemo alius ad electionem, alioſue omnes actus pro S Imperii honore vel oportunitate gerendos aſſumi vel admitti, vel etiam pro Principe Electore reputari debeat, quã poſſeſſor cuiuslibet Principatus, nec vnum ſine alio impetens audiendus vel admittendus ſit: hac expreſſa cautela, concluſionis loco, addita, quod omne iſti Cæſareæ diſpoſitioni contrario modo attentatum, ipſo iure inefficax atq; inualidum & eſſe & manere debeat.

Idque non dumtaxat in nudis contextus litteris, verum etiam tam ante, quam poſt Aureæ Bullæ inſtitutionem, per Cæſareas totiuſque laudatiſſimi Electoralis Collegii peculiareis aliquot editas deciſiones tam ſancte obſeruatum fuit, quod etiam in propoſitis controuerſiis, abſque vlla remora & impedimento omnium aliarum prærogatiuarum & prætenſionum, realem adminiſtrationem Electoralis dignitatis, Prouinciæ & vniuerſi Regni concernentium, vnice eo ſpectatum, & pro vnica decidenda cauſa ſemper & vbiuis æſtumatum fuerit.

Illud ipſum quoque potiſſumum ex Decretis liquet quæ olim in controuerſia inter Ruprechtum Comitem Palatinum, ſeniorem, & fratris ſui filium Ruprechtum Com. Palatinum, iuniorem, coram tum temporis regnante Romanorum Imperatore Carolo IV. aliiſque S. R. Imperii Electoribus agitata fuit: vbi manifeſtiſſime ad oculum quaſi demonſtratur, quod etiamſi Ruprechtus iunior, ratione Primogenituræ, ſufficientem quidem prærogatiuam ante patruum (ceu filium ſecundo genitum) habuerit, nihilominus tamen eidem in Electorali dignitate & electione cedere coactus fuerit, idque ex Principalis negotii fundamento: Quod nimirum Ruprechtus Senior in Poſſeſſione ſiue vſu ſuo Palatinatum & Archidapiferiatum cum vaſallagiis aliiſque pertinentiis habuerit: ſuper quibus vox & electio Comitatus Palatini fundata. §. 5.

Et quemadmodum nuperum inſigne præiudicium adhuc in recenti memoria, cum Inluſtriſſimus Princeps atque Dominus, Dominus Ioannes Comes Palatinus Rheni, & Dux Bipontinus patruo & ſeniori agnato ſuo Philippo Lodoico, quomdam comiti Palatino Neoburgico, p. m. ex pari conſideratione conſequutæ realis poſſeſſionis & Electoralis adminiſtrationis, tam per ipſam Reuerendiſs. V. Cel. quam Glorioſiſſimi etiam Romanorum Imperatoris feleciſſimæ Recordationis, aliorumque Electoralium Collegarum cenſuram atque recognitionem in Electorali Palatina Tutela prælatus fuit.

Ita pari modo in Reuerendiſs. V. Celſ. Electoratu & Archiepiſcopatu, non minus quam aliis etiam Septemuiralibus Collegiis, familiis atque Domibus plura exempla ſunt in promptu, ex quibus demonſtratur, quod iſtiuſmodi controuerſiæ & iurium Electoralium exercitia ſemper & vbiuis vnice iuxta realem poſſeſſionem directæ fuerint.

Et ea ipſa de cauſſa laudatiſſimum Electorale Collegium Ioannem Comitem Lücelburgenſem, tamquam tum temporis regnantem Bohemiæ Regem, in electione Romanorum Imperatoris Lodoici Bauari, feliciſs. mem. ante Ducem Henricum ex Carinthia, ad electionem admiſit, etiamſi ille antea non ſolummodo in Regem Bohemiæ publicatus coronatuſque fuerit, verum etiam reale impe-

rium

rium & poſſeſſionem, bono Ordinum Bohemiæ conſenſu atque voluntate, obtinuerit, tum temporis autem ſub electione Cæſaris Lodoici à poſſeſſione & habita regni Bohemiæ adminiſtratione remotus fuerit. Ex quibus omnibus irreuocabiliter, & ipſa Meridiana luce clarius adparet, quod iſtiuſmodi Electionis iuriſdictio, nullum perſonale opus fiet, quod forſitan ad coronationem vel alios perſonales actus atq; cæremonias pertineat, ſed tamquam realia iura cum omnibus officiis, dignitatibus, & aliis iuribus ad omneis & ſingulos Electoratus adeo inſeparabiliter directa fier, quod ad iſtius vſum atque exercitium nemo abſque reali & plenaria poſſeſſione Electoratuumque ad eoſdemue pertinentium ſaluis Imperii legibus vel admitti poſſit, vel etiam debeat.

Vt iam alto prætereatur ſilentio quod Iura Electoralia Bohemica laudatiſſimis Bohemiæ Ordinibus, in ſpecialibus ſuis Priuilegiis, tamquam hæreditaria tradita, donata & adpropriata fuerint, id quod, requirente neceſſitate, cum Cæſarea donatione atq; confirmatione ſufficientiſſime demonſtrari poterit.

Cum ipſa quoque rei veritate correſpondet, quod (ſi forſitan in regentibus Bohemiæ regibus vllus defectus vel minorennitas adpareat, cuius cauſſa in reali vſu Iurium Electoralium, iuxta aliarum Electoralium familiarum conſuetudines impediri & detineri poſſent) illorum vſus & adminiſtratio non ad agnatos proximiores & ſeniores, ſed ſolummodo ad ſtatus atq; proceres regni Bohemiæ deuoluantur atque vna cum ipſo rege exerceantur.

Quemadmodum illudipſum in quomdam Romanorum Imperatoris Carali V. actu Electorio obſeruatum fuit, &, haud perpenſis per Sigiſmundum Polonorum regem (tamquam Seniorem agnatum & patruum tum temporis viuentis Bohemiæ regis Lodoici) titulo atque excitata contradictione, nihilominus tamē Coronæ Bohemicæ Delegatus, tam ad ſuam, quam Ordinum, & minorennis ſui Regis propoſitam plenipotentiam, à laudatiſſimo Electorali Collegio ad Electionis Actum ea ipſa dé cauſſa non immerito admiſſus fuit, quoniam defectus minorennitatis per Ordinum (tamquam proprietariorum) ſpeciale Procuratorium & plenipotentiam, iuxta ipſorum Priuilegiorum tenorem, ſuppletus atq; reſtitutus fuit. Quibus de cauſſis etiam Bohemicus Legatus in omnibus tum temporis occurrentibus Actis Electoralibus, cumprimis vero eorumdem ſcriptis denunciatoriis ad quomdam Cæſarem Carolum, non dumtaxat pro regis, verum etiam Coronæ Bohemicæ plenipotentiam habente Delegato, titulum ſecunda atque tertia vice obtinuit.

Nunc vero omnibus & ſingulis manifeſtum eſt atq; cognitum, in quā difficillimum periculoſiſſimumque ſtatum regnum Bohemiæ, eidemue incorporatæ Prouinciæ, ob extrema perpeſſa grauamina atq; perſequutiones, proh dolor, inciderint: quodq;, vti in vniuerſo S.R. Imperio notorium, Regia S. M. numquam ad realem adminiſtrationem peruenerit, multo minus hucuſq; qualicumq; etiam modo Coronæ, & incorporatis Prouinciis, vrgente illudipſum ſumma neceſſitate, decenti modo ſeſe exhibuerit: exinde præcipui capitis requiſitis carent, quod in ſæpius nunc commemorata Aurea Bulla ante omnia & adeo ſtricte requireret, ꝙ iſtiuſmodi electiones abſq; reali Electoratus poſſeſſione non ſubſiſtere neq; efficaces eſſe poſſint. Iccirco nobis perquam moleſte & graue admodum accidir, ꝙ in tā grauiſſimis, quibus adhuc indies premimur, & ferme obprimimur, grauaminibus,

Digitized by Google

bus, anguſtiis & moleſtiis cum ſupra commemorata denunciatione adhuc amplius coanguſtari debeamus: quodque ad Pragenſem Reſidentiam pertinentia Viennam verſus deriuari, priſca Bohemica Electoralis iuriſdictio à Regia poſſeſſione & Regimine ſeparari, & vice verſa, contra tenorem Aureæ Bullæ, ad perſonalis Coronationis ceremonias reſtringi & ligari debeant.

Eo ipſo enim non dumtaxat Aureæ Bullæ, Electoralibus Collegialibus Deciſionibus, & longo vſu receptis Obſeruantiis atque Conſuetudinibus non medioxumum ſane derogaretur, verum etiam Coronæ Bohemicæ Ordinibus, in ſpecialibus ſuis Priuilegiis, tam in proprio ſuo electionis, quam peregrinæ ſucceſſionis negotio (quæ lis cum Regia S. M. adhuc indefinita pendet ſub iudice) magna fieret derogatio: ſi videlicet ipſis libertas & facultas ſupplendorum defectuum vel inhabilitatis ſubtrahi, vel etiam vſus & adminiſtratio iurium Electoralium, durantibus etiamnum lateque ſeſe extendentibus dubiis differentiis contra ipſorum (tamquam Priuilegiatorum proprietariorum) voluntatem, aſſenſum, & contradictionem, ad Regiam ſuam M. transferri, eademque ad tam ſplendidiſſimum Actum, ante Principalium requiſitorum præſtationem, inuitari & admitti debeat, per cuius hoſtilem, tyrannicum atque crudeliſſimum exercitum non minima quidem pars Coronæ & Electoratus Bohemiæ horrendis latrociniis, incendiis, aliiſque nefandis deuaſtationibus iamdudum in extremam ferme perniciem præcipitata fuerit, quam tamen Regia S. M. multo potius tueri, defendere, atque contra omnem violentiam maſcule protegere debuiſſet; ſin alias exinde fundata Electoratus iuriſdictione, cum omnium Ordinum præſcientia, conſenſu, atque voluntate, vti frui voluiſſet. Qui viciſſim non minus periclitantur ſi radix & fundamentum Electoratus Bohemici per Regiæ S. M. proprias militareis copias inchoato modo euerti & ſurſum deorſumque ferri debeat.

Iccirco, ratione iuramenti & officii noſtri, quibus dilectiſſimæ noſtræ patriæ obligati & obſtricti ſumus, intermittere haud potuimus nec debuimus, quin Reuerendiſſimæ V. Cel. commemorata iſthæc aliquanto latius in memoriam reuocaremus, eamdemque ſimul humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogaremus vt videlicet, ad præcauendas & tollendas manifeſtiſſimas nullitates, & duriſſima late ſeſe explicantia præiudicia tam per ſe, quam apud cæteros quoque Reuerendiſſimos, Sereniſſimoſque Dominos Electorales Collegas ſuos ad hanc noſtram perquam neceſſariam Interuentionalem epiſtolam, rem eo promouere ne grauetur, vt indictus iſte dies electionis ad compoſitionem & ſublationem periculoſorum iſtorum motuum differatur, & tamdem laudatiſſimum Septemuirale Collegium, per ratificationem Bohemicæ Seſſionis & Electorale votum iterum ordinario modo redintegretur.

In cuius rei promotionem non exiguum dumtaxat momentum emolumentumue adferre videbitur, ſi Reuerendiſſ. V. Cel. vna cum aliis S. R. Imperii vicariis, & non ſuſpectis principibus atque Ordinibus ſummam ſuam auctoritatem interpoſuerit, & vehementer preſſæ coronæ Bohemicæ eo vſque dumtaxat manus auxiliareis tulerit, quo commodius eiuſdem Ordines & inquilini ab externa & peregrina ſeruitute liberari, & ſuis tam care recuperatis Priuilegiis, priſcis conſuetudinibus, iuribus, & libertatibus, tam prophanam pacem, quam relli-

gionis

Digitized by Google

gionis negotiam concernentibus, abſque vlla vlteriori perſequutione inquietorum pacem deteſtantium conſiliariorum, in exoptata quiete & Chriſtiana concordia vti frui poſſent.

Quo facto imminens Cæſarea electio eo facilius tum promouebitur, notoriæ nullitates (quæ in tam grauiſſimis negotiis maxumam ſane conſequentiam important) præcauebuntur, & iam iam exortum, indieſque hinc inde ſerpens, incendium, in totius S. R. Imperii ſalutem, pacem, atque proſperitatem, prudenti conſilio ſalutaribuſque mediis in tempore iterum extinguetur.

Sin vero comemorata rogataque iſta ſuſpenſio non obtineri poterit, nos, ſupra ſæpiuſque nunc commemorata Aurea Bulla, Priuilegiis & exemplis freti, Reuerendiſs. V. Cel. obſequioſiſſimo ſtudio rogatam volumus, vt multo potius Coronæ & Electoratus Bohemici Ordines ad inſtantem electionis diem requirere, quam ad vlteriores contradictiones & proteſtationes anſam occaſionemque dare dignetur.

Idque, tamquam S. R. Imperii Conſtitutionibus & Aureæ Bullæ conſentaneum, nos omneis coronæ Bohemicæ Ordines Reuerendiſs. V. Cels. omnibus humillimis obſequioſiſſimiſque officiis ſemper & vbiuis paratiſſimi recompenſabimus. Reuerendiſs. V. Celſ. Deo Ter Optumo Maxumo, ad diuturnam corporis valetudinem, & feliciſsimum vlterius imperium deuote commendantes. Dabantur in Pragenſi arce XXIII. Iulii A. C. M. D C. XIX.

Reuerendiſs V. Cel.

Humillimi obſequentiſsimi

N. N. N. à Ill. Dominis Ordinibus Regni Bohemiæ conſtituti, & plenam potentiam habentes Directores, atque Prouinciales Conſiliarii in Pragenſi arce.

## CAPVT LXXXVII.

### *AD LAVDATISSIMVM SEPTEMVIRALE, MOENO-FRANCFVRTI CONGREGATVM, COLLEGIVM Ordinum Directorumque Bohemiæ Epiſtola.*

Sub Dato 13. Aug. A. C. M. D C. XIX.

Reuerendiſsimi, Inluſtriſsimi Domini Electores, Generoſi Comites & Domini, Nobiliſsimi, Strenui, & Clariſsimi Electorales Domini Delegati, Reuerendiſs. Cels. & Dominat. V. nos à Deo Ter Optumo Maxumo firmam proſperamque corporum valetudinem, pacificam tranquillamque Imperii adminiſtrationem, inſuper ad hunc tam inſignem Electoralem Conuentum clementiſſimam diuinam adſiſtentiam, & ad omnia toti Chriſtiano terrarum Orbi, perturbatoque huic Bohemiæ Regno, eidemue incorporatis Prouinciis, ſaluberrima conſilia, fortunatum proſperumque ſucceſſum ex intimis cordium noſtrorum penetralibus precamur, humillimaque & obſequioſiſſima noſtra officia paratiſſimi offerimus.



Digitized by Google

Clementiſſimi Electores & Domini, tam abſentium Dominorum Septemvirorum maxume inſignes & Inluſtres Domini Legati, peramici Domini. Ineuitabilis neceſſitas Regni huius Bohemiæ, eidemue incorporatarum Prouinciarum, requirit, ac perturbatus priſcis maiorum noſtrorum temporibus inauditus deplorandusque earumdem ſtatus maxumopere poſtulat, vt ad Reuerendiſs. Cel. & Dominat. Veſtras, ope & conſilio omnium heic in Pragenſi arce congregatorum, incorporatarumque Prouinciarum Legati, tenore vnanimi conſenſu obſignatarum confirmatarumque litterarum noſtrum refugium ſumere neceſſum habeamus. Faciliime autem, vti confidimus, Reuerendiſs. Celſ. & Dominat. Veſtræ clementiſſime & clementer reuocabunt in memoriam, quibus videlicet neceſſariis admodum de cauſſis nos, ratione præſtiti iuramenti & officii noſtri, quibus iocundiſſimæ ſuauiſſimæque noſtræ Patriæ obſtricti & obligati ſumus, intermittere haud potuerimus nec debuerimus, quin laudatiſſimum Electorale iam in S. R. Imperii ciuitate atque emporio celeberrimo Mœno-francfurto congregatum Collegium per conſtitutos noſtros Directores & Prouinciales Conſiliarios certiorem faceremus, quam intolerabilia ferme & late ſeſe extendentia præiudicia (eo ipſo quod Regia S. M. Ferdinandus, tamquam Rex & Elector Bohemiæ ad præfixum electionis diem verſus Mœno-francfurtum conſuetis Electoralibus litteris patentibus inuitatus fiet, & omne illud perficere, conſultare & concludere debeat, quod ad S. R. Imperii emolumentum & inſtantem electionem Cæſaream ſpectare videbitur) laudatiſſimo Regno Bohemiæ in tam care recuperatis, & hactenus magnis impenſis conſeruatis Priuilegiis, priſcis libertatibus, Iuribus atque conſuetudinibus inferri, & contra Aureæ Bullæ conſtitutiones atque allegatas Electorales Deciſiones derogari velint, & tamdem iam ante commemoratum laudatiſſimum Septemuirale Collegium humillimo obſequentiſſimoque ſtudio rogaremus ne nos Bohemiæ Ordines vlterius grauari, ſed multo potius (præſertim cum Regia S. M. neque in Regno Bohemiæ, neque in aliis eiſdem incorporatis Prouinciis vmquam ad realem regni adminiſtrationem peruenerit, atque ita ſubſequenter electio abſque reali Electoratus poſſeſſione non ſubſiſtere neque efficax eſſe poſſit) noſmet ad inſtantem inuitare clementer ne dedignetur, idque iuxta tenorem in ſuperiori capite ad Reuerendiſſimum Inluſtriſſimumque Dominum Electorem Moguntinum à nobis exaratæ epiſtolæ, cuius copiam Reuerendiſs. Cel. & Dominat. Veſtris hiſce pariter inſertam humillime tramittimus.

Quamuis autem, indubia ſpe freti, confidamus laudatiſſimum Electorale Collegium noſtram tam æquiſſimam propoſitionem atque adnexam petitionem clementiſſime adprobaturam eidemue locum conceſſuram: nihilominus tamen delegatorum noſtrorum relatio nos permouit, quod Reuerendiſs. Celſ. & Dom. Veſtras nunc ſecunda vice litteris noſtris denuo inuiſere, eaſdemque humillime, peramice, & officioſe rogare neceſſum habuerimus, ne, in proprium ſæpius nunc commemorati Collegii Electoralis præiudicium, noſtra iura anteuerterentur.

Ad Principale ſiquidem fundamentum, prætenſionem Coronæ Bohemicæ Regis Ferdinandi concernens, quod attinet, videlicet quod Regia S. M. pro acceptato & coronato Bohemiæ Rege iudicari æſtumariue queat: cum eo ita comparatum eſt, quod nobis probatu non admodum fiet difficile, id ad Regiæ S. M. probationem nequicquam quidem facere, cuius gratia ad præfixum iſtum electionis

ctionis coronationiſque diem Mœno-francfurtum verſus, tamquam Rex Bohemiæ, inuitandus, & ſubſequenter admittendus fiet. Nam, præter illud, quod, in acceptatione & coronatione, partim per intentatas grauiſſimas minas, partim per alia illegitima ac inconformia media, Ordines adeo coanguſtati coactique fuerint, (quod videlicet contra in vniuerſali Prouinciali Conuentu cum parte incorporatarum prouinciarum ſancitā tractationem, abſque præſcientia incorporatarum prouinciarum & totali ſublatione controuerſi puncti Electoralis, nulla Regia electio procedere debeat) de eo in votis facta mentio. Quod inſuper pauciores Euangelici Ordines, ab indigentibus & in Prouincia nil poſsidentibus Romano-Catholicis in dandis votis ſuperati fuerint, id nunc Meridiana luce clarius: totum ſiquidem iſtud tam acceptationis, quam coronationis negotium à perniciosiſsimis Conſiliariis eo potiſſimum dirigi voluit, quo citius libera Regis alicuius Bohemiæ electio, omneis Prouinciæ libertates, Priuilegia, priſcæ conſuetudines &c. in proprium non medioxumum ſane S. R. Imperii laudatiſsimi Septemuiralis Collegii præiudicium, tollerentur, quod à nullo vmquam Rege attentatum eſt, dum iſtiuſmodi pacta cum domo Hiſpanica inita fuerunt, quibus regnum Bohemiæ, eidemque omneis incorporatæ Prouinciæ, quæ tamen præcipuum feudum & maxume Priuilegiatum S. R. Imperii Electoratum conſtituunt, hæreditarium fieret, quemadmodum ad hæreditatem iſtam atteſtandam, Regia S. M. à quondam laudatiſsimæ memoriæ Romanorum Imperatore Matthia in filium adoptata, & ad hæc propoſitio ad acceptationem Regis Ferdinandi tamquam Succeſſoris, & non reſpectu noſtræ, incorporatarumque Prouinciarum liberæ electionis, accommodata ac directa fuit.

Præter hæc omnia tamen iſta iam commemorato modo facta acceptatio, Coronatio, & fidelitatis iuramenti præſtatio non aliter, quam euentualiter, & ad certas quaſdam, in Prouincialis Conuentus decreto A C. M. DC. XVII. & in illis Regiæ S. M. de ſedatis litteris Reuerſalibus comprehenſas, conditiones ſubſequuta eſt: itaque neque pro receptione, neque electione, multo minus pro libera & pura ad hodiernum vſque diem æſtumata fuit: Siquidem etiamnum hodie in litteris iſtis Reuerſalibus allegatæ conditiones cum effectu nondum impletæ, ſed multo potius contrarium, iuxta alias grauiſsimas tribulationes atque perſequutiones, huic Regno & Prouinciæ, illatum eſt. Omnibus & ſingulis namque probe cognitum manifeſtumque eſt, quod regia S. M. etiamnum viuente Cæſarea S. M. imperii negotiis ſeſe immiſcuerit, Cardinalem Gloſelium Cæſareæ S. M. intimi Conſilii directorem loco mouerit, & poſtmodum perſonaliter Conſiliis interfuerit, Cæſareas reſolutiones pro Regiæ S. M. arbitrio atque lubitu immutauerit, à latere Cæſareo numquam ne latum quidem, vti aiunt, vnguem, receſſerit, & omnia media ad belli expeditionem, ſubopreptorumque hoſtilium attentatorum promotionem pro virili exequutioni demandauerit.

Etiamſi vero eadem regia S. M. poſtmodum in præſtito iuramento, & exhibitis ſuis litteris Reuerſalibus Regni Bohemiæ eidemue incorporatarū Prouinciarum Relligionis Confeſſionem, Conſtitutiones, iura, Priuilegia, libertates, priſco-laudabiles conſuetudines ſartas tectaſque conſeruare, & omnia, ad Regni earumdemq; Prouinciarum emolumentum, laudem & gloriam ſpectan-

 tia,

tia, pro viribus, expedire & promouere tam ſancte promiſerit; nihilominus tamen è diametro paullo ante commemorata pacta cum domo Hiſpanica proceſſerunt, & regia S. M. (licet omnis in Bohemia exorta intemperies ex turbata Religione ſcaturiginem ſuam traxerit, & illudipſum per ſufficientiſſimas typis publicis diuolgatas deductiones & ſcripta Apologetica ſatis ſuperque reſtatum comprobatumque fuerit) ſuſceptam præparationem bellicam omnibus viribus promouit, adeo vt etiam propriæ regiæ S. M. militareis copiæ ex Styria, contra nos Bohemiæ Ordines introductæ fuerint: inſuper Regia S. M. perſonaliter Conuentui in Morauia interfuit, militarium copiarum ſuarum tranſitum ab Ordinibus petiit & impetrauit, nos Ordines tum temporis ipſamet pro Rebellibus declarauit, Imperium militare erga Cæſareum exercitum & Comitem Boucquoium ſibi arrogauit, per Michnam apud Pilſenſes omnem rem expediuit, Comiti Tampirio in mandatis dedit, vt Regnum Bohemiæ hoſtiliter inuaderet, latrociniis, lanienis, vſtulationibus, incendiis, & deuaſtationibus omnia infeſta redderet, atque adeo, loco paternæ promiſſæ protectionis, omnium hactenus perpetratarum, atque etiamnum durantium hoſtilitatum, aduerſus hoc Regnum eidemque incorporatas Prouincias, ſe participem reddiderit.

Quamuis autem à Regia S. M. inuerti poſſet, quaſi, poſt mortem Cæſareæ S. M. Priuilegiorum confirmationem nobis tramiſiſſet, & omnia ad exoptaram pacem ſpectantia media in medium proponere voluiſſet: nihilominus tamen ſtatus, poſt exhibitionem litterarum reuerſalium, per ſuam Regiam M. adeo interim alteratus fuit, quod omneis Prouinciæ inualidis infirmiſq; iſtiuſmodi Confirmationibus minime contentæ eſſe potuerint: quemadmodum etiam viuente adhuc Cæſare præter iſtas à ſua Cæſ. M. impetratas Confirmationes, ſublatio Religionis grauaminum humilliмо ſtudio obſequentiſſimeque non vna dumtaxat vice petita fuit: quo tempore etiam iſtæ nudæ ſaltim confirmationes minime ſufficientes eſſe potuerunt, conſiderando quod ſub iſta omnia Religionis grauamina exorta fuerint, & non ita mox componi potuerint. Quod etiam iſtæ neutiquam etiamnum ſufficientes eſſe poſſent, potiſſumum ex eo magis liquet, quod numquam modo commemoratorum Religionis grauaminum (quæ tamen viuente adhuc Cæſare Matthia per ſingulares quaſdam delegationes, deductiones, aliaque ſcripta ſollicitatoria iterum atque iterum deprecata fuerunt) ſublatio ſubſequuta, ſed, vice verſa, indies magis magiſque aucta, & ſubinde grauior intolerabiliorque reddita fuerit: immo quod nos Ordines ab aduerſa parte tranſitum pro copiis ſuis militaribus petente, apud laudatiſſimos aliquot S. Rom. Imperii Dominos Ordines, ideo pro rebellibus declarati & traducti fuerimus, quod, ob nudas dumtaxat nobis oblatas exhibitaſque Confirmationes ſupra Maieſtatis litteras, Priuilegia & libertates exſatiari noluerimus, quemadmodum etiam inauſpicatum, deteſtabile atque adeo infelix bellum nulla re alia, quam non receptione confirmationum litteralium excuſatur.

Eadem porro de cauſſa nobis quoque nulla ſingularis aſſecuratio ſperanda, quoniam Regia S. M. propria implicatione Imperii, pernicioſiſſimos conſiliarios & abrogatos Bohemiæ vicarios, tamquam omnis exorti mali atque infortunii auctores, anteſignanos, & Primipilos, iuxta veteres olim ipſis datas inſtructiones, priſtinæ ſuæ dignitati reſtituis, cum tamen ipſamet ad nullam realem

quam-

Digitized by Google

quamdam poſſeſſionem vmquam perueniſſet: ipſos indifferenter conſiliarios itidem nuncupauit, ad ſe accerſiuit, in terroribus nobis incutiendis eoſdem vſurpauit, & eo ipſo omnibus ac ſingulis ſatis ſuperque demonſtrauit, quod regia S. M. ob præſentem Prouinciarum calamitatem atque pernicioſum interitum nullam omnino habeat diſplicentiam, neque etiam Prouincialia & Relligionem concernentia grauamina hactenus minuit, multo minus ſuſtulit; verum etiam, contra omnem ſpem & expectationem eadem potius maiorem in modum auxit, atque ita, vti habetur in prouerbio, malum malo cumulauit.

Cum iccirco ex commemoratis hiſce omnibus ſatis ſuperque colligatur, quomodo videlicet res cum receptione & coronatione Regis Ferdinandi comparata, & quod illa pure pro electo atque coronato rege nondum æſtumanda ſiet, & quibus videlicet de cauſſis hucuſque Prouinciæ, vtpote Bohemia, Morauia, Sileſia atq; Luſatia Regiam S. M. ad realem poſſeſſionem & plenariam regni adminiſtrationem non admiſerint: iccirco pluribus ſententiam noſtram ſtabilire heic ſuperſedebimus. Sin vero in imminenti iſta electione Regio-Cæſarea, in Regni huius eidemue incorporatarum Prouinciarum præiudicium, abſque ſublatione huius præiudicialis quæſtionis, aliquid tentari, & Regia S. M. votum & Seſſionem obtinere debeat: id procul omni dubio vniuerſo S. Rom. Imperio paruum ſane emolumentum; huic Regno & prouinciis autem maxumum Priuilegiorum, libertatum, atque iuriſdictionum ſuarum derogationem atq; imminutionem allaturum eſt.

Confidimus itaque & ſimul humillimo obſequentiſſimoque ſtudio rogamus Reuerendiſs. Cel. & Dom. V. vt hancce noſtram legitimam propoſitionem in perneceſſariam deliberationem trahere, Regnum Bohemiæ, tamquam præcipuum membrum & Electoratum S. R. Imperii, in clementiſſimam clementemq; tutelã ſuſcipere ne dedignentur: econtra vero, vti itidẽ confidimus & ſperamus, regiam S. M. contra expreſſam Aureæ Bullæ litteram non admiſſuras; ſed multo potius clementiſſime atque clementer perpenſuras, quod laudatiſſimum hoc regnum tam incorporatæ Prouinciæ abſque vlla legitima inhibitione, & coram honeſto mundo inexcuſabili cauſſa, hoſti (in quorum numero, vti conſtans fama fert, etiam Turci reperiuntur) in prædam, lanienam, atque vaſtationem in manus quaſi conſignatum fuerit: Nam etiam hodie tam in viuis quam defunctis perſonis, etiam apud Barbaros inaudita crudelitate atque tyrannide, magna & horrenda prorſus immanitas atque crudelitas exercetur: Vt iam alto ſilentio taceamus, & ſicco quaſi pede prætereamus, quod miſerrimæ matres proprios ſuos infantes in lacus & ſtagna alacrius & promtius proiecerint, vel alio modo trucidauerint, quam hoſtis crudelitati atque immani tyrannidi eoſdem reſeruare maluerint: immo quod etiam iidem noſtri hoſtes (quam nefandam horrendamque barbariem & immanem immanitatem Deus Ter Optumus Maxumus procul omni dubio ſuo tempore grauiſſime ac iuſtiſſime vlturus eſt) cadauera vtriuſque ſexus in templis è ſepulchris eruerint, fæminas, honeſtaſque aliquot matronas non ita pridem ſepultas atque adeo nondum alteratas nudauerint, & ad templorum foreis fulcris adfixerint, eoque ipſo horrendo abominabilique facinore neque ſummæ, neque infimæ dignitatis, ſtatus, atque conditionis hominibus pepercerint. Eo alacriores ergo Reuerendiſs. Celſ. & Dom. V. nobis in tam per-



Digitized by Google

quam neceſſaria rogatione clementiſſime & clementer gratificaturas eſſe iterum atque iterum confidimus.

Sin vero, præter omnem ſpem & expectationem noſtram, cõtrarium quiddem ſtatui debeat: nolentes volentes ſane contra Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. atque adeo laudatiſs. Electorale Collegium inſperatis ineuitabilibuſque de cauſſis, aduerſus iſtam requiſitionem, ſeſſionem, & votum Regiæ Suæ Dig. Ferdinandi, vſque ad onerum iſtorum grauaminumq; ſublationem, per haſce, aliaſq; litteras & Actus ſolemniſſime proteſtari & contradicere atque etiam in euentum ad Vniuerſos & ſingulos S. Rom. Imperii Ordines, vel quocumque tamdem illud noſtrum adeo grauiſſimum negotium pertinere videbitur, prouocare neceſſum habeamus. Quod tamen Reuerendiſſimæ Cel. & Dom. V. elementiſſime præcauebunt, & multo potius Auream Bullam, eius expreſſam litteram, hactenus obſeruatas Conſuetudines, & Coronæ huius ſpecialia Priuilegia conſeruare atq; amplificare minime dedignabuntur.

Et hanc clementiſſimam clementemque Reuerendiſs. Celſitud. & Dom. V. promotionem nos omneis, vna cum incorporatis Prouinciis, humillimis obſequentiſſimiſque noſtris officiis omni tempore recompenſare ſtudebimus. Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. Dei Ter Optumi Maxumi tutelæ atque protectioni, ad proſperam diuturnamque corporum valetudinem, felix auſpicatumq; imperium, noſtriq; clementiſſimam clementemque adfectionem, hiſce per officioſe commendantes. Dabantur in Pragenſi arce XIII. Aug. A. C. M. D C. XIX.

Reuerendiſs. Cel. & Dominat. Veſtr.
Subiectiſsimi, obſequentiſsimi, officioſiſsimi & Studioſiſsimi

N. N. N. Domini, Equites, Pragenſes, Kuttenbergenſes, aliique Delegati Regni Bohemici, iam in arce Pragenſi congregati, tam pro ſe, quam loco abſentium &c.

## CAPVT LXXXVIII.

### *EORVMDEM BOHEMIAE DIRECTORVM AD IDEM LAVDATISS. ELECT. COLLEGIVM EPIſtola altera.*

Sub Dato IIXX. & XXVIII. Aug. A. C. M. D C. XIX.

REuerendiſſimi Inluſtriſſimi Domini Electores, Generoſi, Strenui, Nobiliſſimi, Clariſſimi, & Ampliſſimi abſentium Sereniſſimorum Dominorum Septemuirorum bene conſtituti Delegati & Conſiliarii: Clementiſſimi atque clementes Domini, & perdilecti amici &c.

Reuerendiſs. Cel. & Domin. V. procul omni dubio ſibi adhuc facillime, clementiſſime, atque clementer reuocabunt in memoriam, quatenus, ratione

Man-

Digitized by Google

Mandati, nos non vna dumtaxat vice, tam ante, quam poſt præſtitum à ciuibus & militibus Mœno-francfurtenſibus iuramentum, contra Regiæ S. M. Archiducis Ferdinandi admiſſionem & Seſſionem aduerſus laudatiſſimorum III. Dominorum Ordinum Regni Bohemiæ, clementium Dominorum noſtrorum Principalium tam claras expreſſaſque deductiones, quod nimirum (ratione & in caſu vacantiæ regni, vel interuentæ habilitatis, vti præſens quidem fert occaſio) ex præſcripto Aureæ Bullæ, & Regni Bohemiæ peculiaria inſignia Priuilegia, libertates, priſcaſque conſuetudines, nemo, niſi Ordines, tamquam veri atque genuini proprietarii, inuitari, & admitti debeat, inſtanter & ſummo quidem ſtudio Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. rogauerimus, & obſequioſiſſime implorauerimus.

Quamuis autem hactenus, indubia ſpe freti, ſemper ſperauerimus, Reuerendiſs. Dominum Electorem Moguntinum mox ab initio, ad Reuerendiſs. ſuæ Cel. exhibitam interuentionalem epiſtolam, nobis exoptatam, & in tam grauiſſimo caſu decentem reſolutionem nobis clementiſſime communicaturum, nihilominus tamen (quum ad hodiernum vſque diem præconcepta noſtra bona ſpe atque fiducia fruſtrati fuerimus, & ſemper tamen iuxta ſperauerimus, Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. ante acceptationem ciuilis & militaris iuramenti Mœno-francurtenſis, noſtris delegatis ſingularis decreti copiam facturas, nec ad ampliorem proteſtationem, & querulationis adhibitionem anſam occaſionemque daturas) ſummo cordolio percipere neceſſum habuimus, quod non dumtaxat nullo reſponſo dignati fuerimus, verum etiam, in ſummum Aureæ Bullæ & priſcæ Obſeruantiæ præiudicium, cum rege Ferdinando actus iſte de mero facto celebratus fiet: qui tamen ipſo iure nullus atque inualidus eſt & manere debet. Idque ita, quum illud immutari nequiuerit, cum reſeruatione Dominorum noſtrorum Principalium coram Deo Ter Optumo Maxumo omniumque populorum iurium, & beneficiorum eius, ſuo loco rellinquimus.

Attamen vt noſtro mandato, & patriæ neceſſitatibus decentem obedientiam præſtaremus, nolentes volentes ſane noſtræ neceſſitati proſpicere, &, (quum nullum aliud medium, ad Dominorum noſtrorum Principalium ſummum deſiderium ſaluandum, appareat) permiſſu iurium in optuma iuris forma ſolemniter tam præiudiciali facto firmiſſime contradicere, & contra nullitates notorias proteſtari, eoque Dominorum noſtrorum Principalium habentem iuriſdictionem Electoralem decenti modo ſaluare atque vindicare neceſſum habuimus. Id autem omne, quemadmodum ex ſumma requirente neceſſitate à nobis fieri oportuit, & quod in nullius præiudicium fecimus, ita Reuerendiſs. Cel. & Dom. V. interea adhuc ſemel humillimo obſequentiſſimoq; ſtudio peramice rogatas volumus, vt videlicet illud ipſum, quod ex mandato ſæpius nunc commemoratorum Dominorum Principalium noſtrorum, & debito erga patriam noſtram amore, fecimus, non in ma'am partem interpretari, ſed clementiſſime atq; clementer cõſiderare atq; perpendere velint, quod nimirum intentio per ſe iuſta & admittenda fiet: atq; quod illud dumtaxat expedire velimus, de quo in tam arduo & grauiſſimó negotio expreſſa mandata & Inſtructiones ſufficientiſſimas habeamus.

Ad Reuerendiſſim. Celſitudinum & Dominationum Veſtrarum litteras Collegialiter ad noſtros Dominos Principales, omnes III. laudatiſſimos Domi-

Dominos Ordines Regni Bohemiæ exaratas, quod attinet, illas ſane ita obſignatas humili cum reuerentia probe, ac decenter accepimus, &, Deo Ter Optumo Maxumo Nos Bene Iuuante, eaſdem Dominis noſtris Principalibus reddi tradiue curabimus: attamen, tamquam plenariam poteſtatem habentes delegati, humilliter, obſequioſe & peramice ſperaſſemus, Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. ad noſtram tam ſollicitam inſtantiam nobis exoptatam reſolutionem clementiſſime atque clementer participaſſe.

Quum autem, vice verſa, reipſa animaduertamus quod nobis non ſolummodo mox ab initio, verum etiam indies magis magiſque aditus prorſus omnino interclusus, verum etiam expectantia vnice optatæ digreſſionis adempta ſiet, atque adeo nos ad illud, cuius gratia nos à tam inſigni Regno & S. Rom. Imperii nobili membro huc ablegati fuimus, peruenire minime poſſimus: omnia media & rationes quoq; ad audientiam, deliberationem, & diiudicationem tam ardui patriæ incumbentis negotii, Regiæ nimirum electionis, præſcidantur: idcirco vnanimi omnium conſenſu poſt harum inſinuationem (ſub quibus etiam omnia priora Reuerendiſſimo Domino Electori Moguntino exhibita, & cæteris Dominis Septemuiris copialiter communicata ſcripta, quemadmodũ etiam alios atq; alios noſtros, quos hactenus exercuimus, act⁹, interpoſitionis, appellationis, prouocationis, & proteſtationis vtiliter requiſitos: eorumdem argumenta, Dominorum Vicariorum S. Rom. Imperii & totius Rom. Imperii Electoralis Collegii, atque tum in omnem euentum totius S. R. Imperii, ſalua tamen cuiuſuis reputatione & vlteriori noſtra neceſſitate, legitimam cognitionem & deciſionem, ante vnicam vlteriorem progreſſionem ad electionem, quemadmodum & alios ſubſequutos futuroſque actus compræhenſos eſſe volumus) nos iterum domum conferre, & Dominis noſtris Principalibus totius rei geſtæ ſeriem in hoc paſſu obſequenter proponere decreuimus.

Quæ omnia Reuerendiſs Cel. & Dom. V. ante noſtrum ex Germania egreſſum humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio, ad meliorem informationem, latere noluimus.

Rogamus itaque iterumque atque iterum Reuerendiſs. Cel. & Dom. V. humillime & obſequioſiſſime obteſtamur, ne dilectiſſimæ noſtræ patriæ tam grauiſſimum negotium, & grauamen nullo modo ex oculis euaneſcere patiamini, ſed multo potius pro ſapientiſſimo ſuo iudicio, & dextetrima decretione rem eo clementiſſime atque clementer diſponere ne dedignemini, quo tam præcipuum S. R. Imperium apud iura ſua conſeruari, vigor Aureæ Bullæ tueri, noſtri Domini Principales non vlterius contra ſua Priuilegia grauari, ſed vbiuis illud omne obſeruari queat, quod ad ſtabiliendam bonam confidentiam, amorem, pacem, Concordiam, & amicam Correſpondentiam, ad conſeruationem S. R. Imperii reputationis, Aureæ Bullæ, vniuſcuiuſq; libertates, Priuilegiorum, iurium atque proſperitatum, vtile conducibileque eſſe poterit.

In hoc Reuerendiſs. Cel. & Dom. V. illis ipſis & Deo Ter Optumo Maxumo gratum, & apud charam poſteritatem glorioſum opus perficiunt: quod noſtri Domini Principales, vna nobiſcum decenti reuerentia omni ſtudio recompenſare minime prætermittent. Eaſdem Reuerendiſs. Cel. & Dominat. V. Dei

Omni-

Omnipotentis tutelæ atq; protectioni commendantes. Dabantur Marpurgi Cattorum IIXX. & IIXXX. Aug. A. C. M. DC. XIX.

Reuerendiſs. Cel. & Dominat. Veſtr.
Subiectiſsimi, ſummiſsi, obſequioſiſsimi, obſequentes, ad quæuis humanitatis officia præſtanda ſtudioſiſsimi.

III. Dominorum Ordinum Laudatiſsimi Regni Bohemiæ conſtituti Delegati.

Chriſtianus Adetſpach Berxha, Dominus à Daube & Leipp.
Ianus Schmil à Michalouitz.
Ian. Arnoldus Adlingerus ab Arnoldſtein.

NVnc ex ſupra commemorata ad omneis haſce Bohemorum litteras facta breui relatione clare atque perſpicue apparet: quamprimum ad Cæſaream S. M. à morte Romanorum Imperatoris Matthiæ, feliciſsimæ memoriæ, adminiſtratio & imperium Regni perueniſſet, eamdem ad teſtandum tam ſuum, quam laudatiſſimæ domus Auſtriacæ, erga hoc regnum amorem, innatam clementiam, bonitatem & lenitatem, atque deſiderium ad pacem, omnem diligentiam, prouidentiam, & ad hoc negotium requirentia media adhibuiſſe, & non vt Regem, ſed tamquam Patrem curæ cordique ſibi duxiſſe, atque adeo nihil antiquius habuiſſe quam vt Regnum Bohemiæ, eiuſdemue inquilini à pernicioſiſſimo damno atque interitu illæſi conſeruari, & omnia rurſus priſtino ſuo nitori atque vigori reſtitui potuerint.

Econtra vero rebellantes Bohemi iſtiuſmodi fidelitatem & paterna media adeo ludibrio & contemptui habere, & ſimilia illegitima atque inexcuſabilia attentata contra Regiam ſuam M. (à qua numquam offenſi multa & haud contemnenda beneficia acceperunt) iniurioſe ſuſcipere, nec etiam iſtius (tamquam Bohemiæ Regis, qui pro more laudatiſſimorum Dominorum ſuorum Anteceſſorum, in Regem Bohemiæ acceptatus atque coronatus, & cui debitum iuramentum præſtitum) iuriſdictionem Electoralem in diſputationem trahere, numquam vnicam legitimam cauſſam habuerunt.

## CAPVT LXXXIX.

SEquuntur nunc Copiæ Diſpoſitionum, Inſertionum, Reuerſaliorum, & Priuilegiorum, Succeſſionem ad Regnum Bohemiæ concernentium.

## *VLADISLAI REGIS PRO FILIO SVO LODOICO, DESIGNATO BOHEMIÆ REGE, LITTERÆ Obligatoria.*

NOS Vladislaus &c. Notum facimus, tenore præſentium litterarum, omnibus & ſingulis, vbicumque locorum etiam iſtæ vel legantur vel audiantur. Poſtquam



Digitized by Google

quam Domini, Equites, Pragenſes, Ciuitates, & omneis Regni Bohemiæ Communitates, Sereniſſimum Principem & Dominum Lodoicum, coronatum Hungariæ Regem, filium noſtrum dilectiſſimum, ex liberrima ſua voluntate, quippe qui id facere non obligati fuerint, viuentibus adhuc nobis, tam antea in multis aliis grauiſſimis nobilque conducibilibus officiis in hoc Regnum, ex libera voluntate, tamquam quibus viciſſim omnem noſtram beniuolentiam & clementiam, recompenſationis loco, obferimus, ex amore erga nos, ceu ipſorum Dominum, eiuſdemue hæredem, in Bohemorum Regem elegerint & coronauerint, attamen ita vt nos, quamdiu vixerimus, in hoc regno imperate, illoque, eidemue incorporatis prouinciis, vti frui debeamus: idque abſque vlla importantia & remora Regis Lodoici, filii noſtri dilectiſſimi, ad extremum vſque vitæ noſtræ ſpiritum.

Econtra nos, pro hiſce ipſorum beneficiis, ipſis non ſolummodo gratias agimus, verum etiam eoſdem viciſſim ita tueri atque protegere volumus, vt ipſis ſua iura, libertates, Priuilegia, bonæ Conſtitutiones, atque Conſuetudines abſq; vlla importantia ſartæ tectæque conſeruari debeant. Id quod ipſis ſumus polliciti ipſiſque denuo, tenore præſentium noſtrarum litterarum, pollicemur atque promittimus, quod videlicet quo tempore etiam Rex Lodoicus, filius noſter dilectiſſimus, poſt noſtrum è mortali hacce vita exceſſum, ad maiorennem ætatem ſuam peruenerit, & imperium adminiſtrationemque ſui regni Bohemici inchoare voluerit, quod tum ipſis omnia præſtare debeat, quæ laudatiſsimi Domini noſtri Maiores Bohemiæque Reges, quemadmodum & noſmet ipſi, ex officio, ratione iuramenti, fecerunt: eo modo, quemadmodum ipſis hac de re litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro confirmatas, tradidimus: hac tamen expreſſa reſeruatione addita quod, ſi forſitan Rex Lodoicus, filius noſter dilectiſſimus, hiſce omnibus non ſufficienter ſatisfaceret (id quod modo iam commemoratæ ipſiſque inſinuatæ traditæque noſtræ litteræ aliquanto latius in ſeſe compræhendunt) quæ Bohemiæ reges facere tenentur; tum ipſi quoque Regem iſtum Lodoicum ad regimen regnique adminiſtrationem admittere minime teneantur, idque tam diu, donec ipſis in hiſce omnibus ex præſcripto noſtrarum iſtarum litterarum legitima ſufficientia præſtetur. Sin vero iis omnibus Rex Lodoicus ſufficienter ſatisfaceret: tum viciſſim omneis regni Bohemici Ordines & aliæ incorporatæ Prouinciæ ex officio & præſtito iuramento, humillimo ſtudio eumdem Regem Lodoicum, ceu ipſorum coronatum Regem atque Dominum, venerari atque omni beniuolentiæ adfectu proſequi tenebuntur.

## CAPVT XC.

### COPIA REGIS VVLADISLAI CONSTITVTIONIS, ANNAM DVCISSAM, MAIEST. SVAE HAEREdem, concernens.

Sub Dato Veneris, poſt Domini Epiphan. A. C. M.D. X.

NOs Wladislaus, Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex: Marchio Morauiæ, Dux Lucemburgiæ & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ &c. teno-

tenore præſentium noſtrarum litterarum notum facimus ſingulis & vniuerſis.

Quum nobis Deus Ter Optumus Maxumus per diuinam ſuam gratiam atque clementiam tam Maſculini, quam Fœminini Generis hæredes largitus fiet: ex illis igitur, diuina nobis adſpirante gratia, cum voluntate atque Conſilio noſtrorum ſubditorum, Prælatorum, Principum, Dominorum, & omnium Ordinū noſtrorum regnorum, omnium primo ad regnum Hungariæ Sereniſſimum Principem, Regem Lodoicum, filium noſtrum dilectiſsimum, coronari curauimus: qui etiam poſtea, ex libera voluntate Dominorum, Equeſtris Ordinis, & Ciuitatum regni Bohemiæ in eodem regno receptus atque coronatus eſt. Sin vero Rex Lodoicus abſque hæredibus (quod tamen Deus Ter Optumus Maxumus clementiſſime præcauere velit) mori debeat, tum, iuxta regni Bohemiæ iura, Conſtitutiones, atque Priuilegia, filia noſtra, Duciſſa A N N A, recta ac genuina regni Bohemiæ hæres permanebit.

Cumque porro & iſtud probe conſiderando perpenderimus, quod duorum noſtrorum regnorum ſubditi nos peculiari amore & obſequio proſequantur, & ad omnia nobis præſtanda paratiſsimi fient & promptiſſimi: icirco ipſis, quemadmodum illud ipſum ipſa æquitas poſtulare videbitur, adeo cauebimus, quo melius cum noſtris hæredibus, atque futuris ſuis regibus atque Dominis ob duarum iſtarum Coronarum regnorumque requirentem neceſſitatem, innatis ſuis linguis atque eloquutionibus tractare poſſint.

Conſtituimus itaque, atque etiamnum ſancimus & ordinamus quod noſtri hæredes in adeo decenti quodam loco, in quo ſub acceſſu Corona Hungariæ æque, ceu Corona Bohemiæ, & viciſſim corona Bohemiæ æque ceu corona Hungariæ, ipſis potiri poſsit, commorari debeant.

Tenemur etiam & obligati ſumus omni tempore parem numerum vtriuſq; ſexus perſonarum ipſis adſociare, vt tam Hungaricam, quam Bohemicam etiam linguas abſque vllo impedimento addiſcere, & cuiuſuis Coronæ ſubditi, ob incumbentes iſtis neceſsitates ambarum Prouinciarum atque regnorum grauamina ipſis proponere, & ipſi de hac re cum ipſis poſſent colloqui.

Porro quoque regno Bohemiæ promittimus quod noſtram filiam, Duciſſam A N N A M abſque regni Bohemiæ conſilio, nubere non permiſſuri ſumus.

Et hæc omnia, quæ in hiſce noſtris litteris continentur, regio noſtro verbo ſumus polliciti: eaque omnia, vi iſtarum litterarum, Dominis, Equeſtri Ordini, & omnibus regni Bohemiæ Ordinibus, plenarie, & inuiolabiliter ſeruare iterum atque iterum promittimus.

In fidem præmiſſorum noſtra regia Sigilla litteris hiſce adpendi mandauimus. Quæ dabantur in Pragenſi noſtra arce Veneris poſt Epiphan. Domini Anno Chriſti M D.X. regnorum noſtrorum Hungarici X X. & Bohemici XXXIX. Annis.

## CAPVT XCI.

## *FERDINANDI ARCHIDVCIS AD REGNI BOHEMIAE ORDINES LEGATIO. A.C. M.D.XXVI.*

EOdem ipſo die Archiducis Ferdinandi & Reginæ A N N Æ Delegati introducti ſunt



Digitized by Google

ſunt: qui, oblatis prius ad ſingulas perſonas directis litteris Credentialibus, ſequentia proloquuti ſunt.

*Turcorum Imperatoris contra Regem Lodoicum deploranda victoria.*

Et primum quidem Domini ſui ſalutem & clementiam pro decenti more annunciarunt, & quod Sereniſs. ipſius Celſ. ſummo cordolio percepiſſet, quatenus nimirum ab immani & barbaro totius Chriſtiani nominis hæreditario hoſte victoria obtenta, & eius adfinis Rex Lodoicus iuxta alios inluſtres belli Duces, aliosque ſtrenuos bellatores in iſto prælio victus atque proſtratus fuerit: qui deplorandus ſane caſus Sereniſs. ipſius Celſ. non medioxumum quidem luctum pepeꝛiſſet. Quum vero acerbus iſte caſus immutari nequeat, Sereniſs. ipſius Celſ. piam pii Regis animam Deo Ter Optumo Maxumo commendaſſe.

Inter cætera, porro, legati quoque mentionem fecerunt, quod Duciſſa Anna legitima hæres huius Regni eſſet, &, ratione tranſactionis cum Rege Wladislao, pientiſſimæ memoriæ, factæ, ad hoc regnũ præ cæteris omnibus proximiorem acceſſum haberet: præterea Sereniſs ipſius Cel. ſingularem quamdam erga hoc Regnum clementiam præ ſe ferret, cumprimis quod iſta Prouincia non ſolummodo ſibi vicina, verum etiam cum Cel. ſuæ ditionibus atque Dominiis in commerciorum vſu quaſi coniuncta atque copulata eſſet: inſuper etiam Sereniſs. ipſius Cel. ex præcipua ſtirpe regia exortam eſſe, & cum Chriſtianorum Imperatore, tamquam fratre, ſinceram quamdam familiaritatem atque Coniunctionem alere. Præter ea etiam idem ipſum regnum à S. R Imperio feudum acciperet: icciꝛeo Sereniſs. ipſius Celſ. & Duciſſam Annam, tamquam ad iſtam coronam hæredem proximam, ſummo ſtudio, ipſosmet in Dominum ſuum acceptare ne grauentur: omneis & ſinguli quidem apud legitima Ordinaria ſua iura, honores atque dignitates, quilibet ordo etiam, atque adeo cuiuſuis Ordinis perſonæ in ſpecie apud iura ac priſcas ſuas conſuetudines tueri atque conſeruari, eædemue nullo vmquam tempore minui, verum, vice verſa, indies eo magis magiſque augeri debent: cum eorumdem conſilio quoq; defectus regni corrigemus, omniaq; ſumma ſolertia inſtituemus quæ ad huius regni emolumentum, incrementũ, honorẽ atq; proſperitatẽ pertinere videbuntur: quemadmodũ etiam eiuſdem regni debita cum ipſorum conſilio abſque vllo grauamine perſoluere haud grauabimur, & in omnibus ipſorum clementiſſimi Domini & erimus, & manebimus.

## CAPVT XCII.

## RECOGNITIO ROMANORVM IMPERATORIS FERDINANDI I. DE LIBERA ELECTIONE BOhemica.

*Ex Originali.*

NOS FERDINANDVS, Dei Gratia, Bohemiæ Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ, Dux Lucenburgiæ, Sileſiæ, & Marchio Luſatiæ &c. Notum facimus tenore præſentium Vniuerſis; Quemadmodum BARONES, NOBILES, ET ETIAM CIVITATES, AC TOTA COMMVNITAS REGNI BOHEMIÆ, EX SVA LIBERA, ET BONA VOLVNTATE, IVXTA LIBERTATES REGNI, ELEGERVNT NOS IN REGEM BOHEMIÆ. Quapropter recognoſcimus,

ſcimus, quod hoc ipſum ab Oratoribus ipſorum abunde intelleximus, & reipſa cognouimus & comperimus, quod præfati STATVS ET COMMVNITAS ILLIVS REGNI, NON EX ALIQVO DEBITO, SED, ita prout ſupra ſcriptum eſt, EAM ELECTIONEM, ELIGENTES NOS IN REGEM BOHEMIÆ, EX LIBERA ET BONA VOLVNTATE HOC FECERVNT.

Harum Litterarum teſtimonio ſigilli noſtri, quo hactenus, tamquam Archidux Auſtriæ, vſi ſumus, appenſione roboratarum. Datum in ciuitate noſtra Vienna, die tertia decima Menſis Decembris, Anno Domini, Milleſimo, Quingenteſimo, Viceſimo ſexto, Regni vero noſtri Anno primo.

Iſtæ litteræ ſunt Reg. Maieſt. à ſtatibus Regni Bohemiæ in dieta publica in arce Pragenſi, feria II. poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ virginis Anno Domini M.D. XLV. redditæ. Atque aliæ litteræ, loco illarum, à ſua Reg. Maieſt. Statibus Regni lingua Boemica ſunt datæ. Quæ in hunc librum quoque inſcriptæ ſunt: Quarum Datum in Arce Pragenſi feria quarta poſt Aegidii, Anno Domini M.D. XLV. NB.

## CAPVT XCIII.

### *RVDOLPHI II. ROMANORVM IMPERATORIS, ORDINIBVS BOHEMIÆ DATÆ, REVERSALES Litteræ.*

Sub Dato Sabbathi poſt feſtum Corporis Chriſti A. C. M. DC. IIX.

NOS RVDOLPHVS II. DEI GRATIA electus Roman. Imper. ſemper Auguſtus &c. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex & Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ, Dux Lucemburgæ, & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ &c. Notum facimus, Omnibus & ſingulis tenore præſentium harum litterarum Reuerſalium, vbicumque tandem illud neceſſitas requirere videbitur, quod hactenus nobis ſemper in memoriam reuocauerimus, quam inſignia videlicet, fideliſſima atq; vtiliſſima officia à fideliſſimis huius Regni Bohemiæ Ordinibus, nunc aliquot per annos, cumprimis vero mox ab eo tempore, quo ab Omnipotente Deo Ter Optumo Maxumo ipſis in Magiſtratum, Regem, atque Dominum præpoſiti ſumus, nobis fuerint præſtita, dum non ſolummodo omni alacritate nobis, ad inſigne totius Chriſtianitatis emolumentum, benigniſſimas liberaliſſimaſque manus ſuas promtiſſimi præbuerunt, verum etiam, minime conſiderato propriæ vitæ corporumque periculo, ſeipſos quaſi nobis omni promptitudine extreme deuouerunt.

Et hoc ipſo facto ſane non dumtaxat honeſtiſſimum ſuum animum, & deſiderium ad amplificationem diuinæ laudis atque gloriæ, beniuolentiſſimum erga nos, tamquam legitimum ipſis à Deo conſtitutum Magiſtratum, ad conſeruationem dilectiſſimæ ſuæ patriæ, te ipſa oſtenderunt, verum etiam, ceu fideles decet ſubditos, aliorum quoque noſtrorum regnorum inquilinis laudabile atque imitabile exemplum propoſuerunt: quemadmodum etiam, indubia ſpe freti, ſum-

ti, ſummopere confidimus & clementiſſime ſperamus ipſos quoque & impoſterum de eadem iſta modo commemorata fidelitate ne latum quidem vnguem receſſuros.

Quum itaq; ipſis, pro nobis, & laudatiſſimis Dominis Anteceſſoribus noſtris, omnibus in occaſionibus ipſo facto exhibitis promtiſsimis officiis, cum Cæſareo-Regia gratia atque clementia ſemper clementiſsime faueamus, & bene cupiamus, atque ideo omnem erga ipſos paternam curam geramus, quomodo videl. ipſis Ordinibus, dilectiſs. & fideliſs. noſtris ſubditis, non dumtaxat hocce noſtri Imperii tempore clementiſsimas grates perſolueremus, verum etiam hoc re ipſa paterne proſpiceremus, vt futuris quoque temporibus hoc regnum, eidemue incorporatæ Prouinciæ, in bono pacifico ſtatu manere, inter noſtros fideliſsimos ſubditos bona peramicaque Correſpondentia, amor atque concordia conſeruari, & omne illud, quod ad diſcordiam, rixas periculoſaque diſsidia ſpectare videbitur, auerti queat: iccirco hoc omne, & quod tam nos, quam omneis quoque mortaleis cæteri, temporali morti (quod tamen Deus Ter Optumus Maxumus adhuc diu præcauere velit) ſubiecti ſimus, perpendentes, minime volumus vt hoc Bohemiæ Regnum, eidemque incorporatæ Prouinciæ, abſque capite, & futuro Domino vacantes rellinquantur, & exinde pernicioſiſsima exitia, & periculoſiſsimas immutationes, quemadmodum illud ipſum in vicinis circumiacentibus regnis atque Prouinciis, proh dolor, videre eſt, experiri neceſſum habeant, quod ſane, ſi ita fieri contingat, Ordinibus, ceu fideliſsimis noſtris ſubditis, minime optaremus.

Quocirca, viuentibus etiamnum nobis, illudipſum mature ſatis anteuertere ſtudentes, prouidebimus, ſin forſitan Omnipotens Deus nos, abſque maſcula in S. matrimonio procreata ſobole, ex immundo hocce mundo euocabit, vt tū iſto caſu Regnum Bohemiæ, eidemue incorporatæ Prouinciæ, proprii ſui emolumenti gratia, cum futuro Rege atque Domino iterum onari poſſent, & ita hoc modo omnia metuenda pericula, quæ ſub iſtiuſmodi innouationibus atque mutationibus plerumque exotiri ſolent, tempeſtiue ſatis auerti vel ad minus dumtaxat præcaueri queant: ea propter, ad Sereniſsimi Principis & Domini, Domini Matthiæ, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthæ, Carniolæ & Würtenbergæ, Comitis Tyrolis &c. ſenioris noſtri fratris Germani amantiſſimi ſolertiſsimam rogationem & iteratam apud nos inſtanter factam petitionem, eo inclinauimus, & vniuerſalem hunc Conuentum Prouincialem, omnibus Regni Bohemiæ Ordinibus ad diem Martis poſt Dominicam Iudica Anni huius M. D C. IIX. indicere, & ab iiſdem clementiſsime rogari curabimus, quod de hoc ipſo inter ſe inuicem (attamen cum expreſſa hacce & ſupra quoque commemorata grandi atque potenti exceptione, ſi nos, vti dictum, nullos legitimos maſculæ ſobolis hæredes poſt nos rellinquamus) conſultare, &, vi huius Prouincialis Conuentus id prouidere minime grauarentur: cumprimis quoniam nos, tamquam Rex Bohemiæ, Ordinibus noſtrum conſenſum dederimus, quod ante commemoratus Archidux Auſtriæ Matthias ceu ſenior noſter Dominus frater Germanus, ſin iuxta ipſorum Priuilegia atque libertates, illud ordinario decentique modo petierit, poſt nos Regni Bohemiæ expectans, & nullus, præter eum, à noſtro ex hac lachrumarum valle ad æternum perpetuæ quietis atque tranquil-
litatis

liratis poſtum digreſſu, in Regẽ Bohemiæ eligi queat. Quemadmodũ etiam, indubia ſpe freti, maxumopere & clementiſſime confidimus laudatiſsimos iſtos Regni Bohemiæ Ordines, fideliſsimos noſtros ſubditos, conſideratione ſupra cōmemoratarũ legitimarum cauſſarũ, in hacce noſtra clementiſsima rogatione ſeſe nobis beniuolentiſſime accōmodaturos, nobis ſatisfacturos, & hoc ipſum negotium, in ipſorum proprium, tum etiam totius Patriæ, emolumentum, atque incrementum pro virili promoturos. Quo facto tam noſmetipſi, quam Sereniſsim. Archidux Matthias, dilectiſſimus & amantiſſimus Dominus frater noſter germanus, ſi id, quod volumus, impetrauerimus, Ordinibus (quod videlicet illud ipſum ipſorum Priuilegiis, Libertatibus, laudabiliſſimiſque conſuetudinibus nihil derogare, multo minus modernis atque futuris temporibus in earumdem præiudicium vergere debeat) peculiaribus & decentibus litteris Reuerſalibus idonee cauebimus.

Quum itaque huius Regni Ordines, perdilectiſſimi fideliſſimique noſtri ſubditi, hæc omnia diligenter apud ſeſe perpenderint, & mature ſatis præcognouerint, quod nos, tamquam pacificus ipſorum Rex & Dominus, in hoc nihil ſane amplius, quam illud ipſum, quod ad huius regni, eiuſdemue incorporatarum Prouinciarum ſalutem atque proſperitatem ſpectare videbitur, quærere, & clementiſſime promouere paterne admodum intenti ſimus, illi ipſi quoque, æque ceu noſmet ipſi, omnia huic regno in futurum imminentia mala anteuertere cupiant: iccirco clementiſſimam noſtram ipſis factam propoſitionem humillimo obſequentiſſimoque ſtudio adprobarunt & acceptarunt, adeo vt nunc impoſterum Archidux MATTHIAS, TAMQVAM SENIOR NOSTER DOMINVS FRATER GERMANVS, IN HVIVS REGNI EXPECTANTEM à morte noſtra cum ſupra commemorata exceptione electus fuerit.

Interea vero nemo alius, niſi idem Dominus Archidux Matthias poſt noſtrum ex immundo hocce mundo digreſſum, in regem Bohemiæ eligendus. Quocirca pro nobis, noſtris hæredibus, & futuris Bohemiæ regibus, omnibus Dominis, Equeſtri Ordini, Pragenſibus aliiſque ciuitatibus, toti Communioni & Ordinibus Regni Bohemiæ pollicemur atque promittimus: quod videlicet LIBERA ISTA ELECTIO ARCHIDVCIS MATTHIÆ, SENIORIS DOMINI FRATRIS, NOSTRI GERMANI IN EXPECTANTEM, ET, A MORTE NOSTRA, REGEM BOHEMIÆ, ipſis, ipſorum Iuribus, Conſtitutionibus, libertatibus, elocationibus, prouincialibus conceſſionibus, priſcis, neotericiſque, conſuetis, bonis & legitimis ritibus, cumprimis Regis Ottocari, Regis Ioannis, Cæſaris Caroli, Regis Venceslai, Rom. Imperatoris Sigiſmundi, Regis Albrechti, Regis Ladislai, Regis Georgii, Regis Vladislai, Cæſaris Ferdinandi, & Romanorum Imperatoris Maximiliani &c. amantiſſimi quomdam Domini Parentis noſtri, laudatiſſimæ memoriæ, omnibus, vſque ad Maieſt. Suæ communicatis & editis Obligationibus nullo modo ne minimum quidem derogare debeat, iam & in omnia futura tempora.

In fidem præmiſſorum Cæſareum noſtrum Sigillum Litteris hiſce noſtris Reuerſalibus adpendi curauimus: Quæ dabantur in noſtra Pragenſi arce Sab-

bathi

Digitized by Google

bathi poſt feſtum corporis Chriſti A. C. M.DC.IIXX. Regnorum noſtrorum, Romani XXXIII. Hungarici XXXVI. & Bohemici XXXIII. Annis.

RVDOLPHVS

Sdenco Ad. P. de Lobkowitz, S. R. Bohemiæ Cancellarius.

Ad mandatum S. C. M. proprium.

Ianus Mentzl.

## CAPVT XCIV.

## ARCHIDVCIS MATTHIAE REVERSALES LITTERAE.

NOS MATTHIAS, Dei Gratia Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Würtenbergæ, Comes Tyrolis &c. Notum facimus litteris hiſce noſtris Reuerſalibus &c. Poſtquam nos, ex innata adfectione & amore, quem erga Ordines Bohemiæ & hoc regnum omni tempore, quippe qui ex regia Bohemica ſtirpe procreati ſumus, hactenus geſſimus, atque etiamnum gerimus, ſemper probe conſiderauerimus, & omnibus oblatis occaſionibus ſummo ſtudio in id vnice incubuerimus, quod in Regni Bohemiæ incrementum & emolumentum vergere & ſpectare potuerit. Exinde igitur non dumtaxat illud enatum, quod durante bello Hungarico, ad conſeruationem Cæſareæ S. M. amantiſſimi Domini noſtri fratris Germani, Prouinciarum, cumprimis vero regni Bohemiæ (quod hæreditario Chriſtiano nominis hoſti, vna cum aliis Chriſtianis Prouinciis, aliquanto propius adiacet) pro regni & Ordinum incolumitate etiam ſummis periculis nos obiicere, immo propriam noſtram vitam, proiam modo commemorati regni, eiuſdem Ordinum, incorporatarumque Prouinciarum ſalute atque proſperitate, pro virili profundere parati fuerimus: verum etiam, poſtquam depræhendiſſemus, quod decenti modo hoſti non reſiſti poſſet, eo potiſſimum ſpectauerimus, quin iiſdem (Bohemiæ Ordinibus) conſtantem perfectamque pacem impetraremus, atque tamdem eoſdem ex tam multifariis, in quas, ob tam diuturnum perículoſiſſimum bellum, inciderant, anguſtiis & calamitatibus iterum eriperemus atque liberaremus.

Interea vero maturo ſatis conſilio perpendimus, quod Cæſarea S. M. æque ceu mortales cæteri, temporali morti, & ex immundo hocce mundo digreſſui (quod tamen Deus Ter Optumus Maxumus adhuc diu quam clementiſſime præcauere velit) ſubiecta ſiet, & ideo ſummo cum deſiderio iamdudum exoptauerit, quatenus nimirum hoc regnum, eidemue incorporatæ Prouinciæ, abſque capite & futuro Rege non relinquerentur, & eo ipſo (quemadmodum illud in vicinis circumiacentibus Prouinciis videre eſt) in pernicioſas immutationes atque totalem interitum forſitan præcipitarentur. Hac de cauſſa igitur ſummo tenemur deſiderio, quo pacto videlicet metuendo iſti malo, etiamnum viuente adhuc Domino

mino noſtro fratre germano, Romanorum Imperatore, tamdem aliquando obuiam ire poſſemus: idcirco illud ipſum non vna dumtaxat vice apud modo commemoratum Dominum fratrem noſtrum germanum inſtanter petiimus, vt videlicet Ordines Regni Bohemici eo commoueret, quod nos, tamquam Cæſareæ S. M. Senior frater germanus (ſi tamen prius illud apud Ordines ordinario decenti modo, iuxta tenorem ipſorum Priuilegiorum & libertatum, rogauerimus, & Cæſarea S. M. abſque maſcula, à Cæſarea Sua M. in S. matrimonio procreata, ſobole, vitam eum morte commutauerit) Regni Bohemiæ Expectans eſſe, & nemo alius, quam nos, à Cæſareæ S. M. morte, in Regem Bohemiæ eligeretur.

Quem in finem etiam Cæſarea S. M. ſæpius nunc commemoratis Regni Bohemiæ Ordinibus ad diem Martis, poſt Exaudi, Anni huius M. D C. IIXX. Conuentum Prouincialem indixit, in quo idem illud latioribus proponere curabit. Ad eumdem igitur Vniuerſalem Prouincialem Conuentum & nos quoque Oratores noſtros ablegauimus, illud ipſum iiſdem Ordinibus ordinario decentique modo proponere non prætermiſimus: hac, inter alia, expreſſa facta mentione, ſin ita fieri contingat, & nos ſupra commemorato modo in Expectantem Regni Bohemiæ eligi debeamus, quod tum hoc, hiſce & futuris omnibus temporibus, ipſorum Priuilegiis, libertatibus, laudabilibus Conſuetudinibus, ritibus atque Conſuetudinibus ne quicquam derogare, vel forſitan in eorumdem præiudicium vergere debeat.

Ad hanc Romano-Cæſareæ M. tractationem & propoſitionem, noſtramque itidem petitionem, Ordines omnia illa in maturam deliberationem pertraxerunt, &, ad præcauenda impoſterum huic Regno imminentia mala alacres admodum ſeſe oſtenderunt: atque ita nos, in eodem iſto Vniuerſali Prouinciali Conuentu, cum clementiſſima præſcientia & conſenſu Romano-Cæſareæ Maieſtatis, tamquam Bohemiæ Regis, EX BONA & LIBERA IPSORVM VOLVNTATÆ, in EXPECTANTEM REGNI BOHEMIÆ vnanimi omnium conſenſu elegerunt: hac tamen expreſſa exceptione ſibi reſeruata, ſin Romano-Cæſarea S. M. abſque maſcula, à Cæſarea S. M. in S. Coniugio procreata, ſobole mori contingat, tum nos, tamquam Cæſareæ S. M. Senior frater germanus, in futurum Bohemiæ Regem eligi deberemus.

Quamobrem nos, iuxta commemoratum noſtrum conſenſum, omnibus Dominis, Equeſtri Ordini, Pragenſibus, aliiſque Ciuitatibus, toti Communioni, omnibuſque Ordinibus Regni Bohemiæ pro nobis, noſtris hæredibus & ſucceſſoribus promittimus atque pollicemur, quod ipſis iſta ſua noſtræ perſonæ in Expectantem, & à morte Romano-Cæſareæ S. M. amantiſſimi Domini noſtri fratris germani, abſque relicta maſcula à Cæſarea S. M. in S. Coniugio procreata, ſobole, in Regem Bohemiæ electio ipſorum iuribus, Conſtitutionibus, Priuilegiis, Elocationibus, Prouincialibus Conceſſionibus, quemadmodum etiam omnibus legitimis, priſcis, aliiſque vſitatis laudabilibus ritibus, cumprimus vero Regis Ottocari, Regis Ioannis, Cæſ. Caroli, Regis Wenceſlai, Rom. Imp. Sigiſmundi, Regis Albrechti, Regis Ladiſlai, Regis Georgii, Regis Wladiſlai, Cæſaris Ferdinandi, Romanorum Imperatorũ Maximiliani, Amantiſſimi Quomdam Domini Parentis, Laudatiſſimæ Memo-



Digitized by Google

Memoriæ, & Rudolphi II. Suauiſſimi Domini Fratris Germani Noſtri, Feliciſſimæ Glorioſiſſimæque Recordationis &c. omnibus denique clementiſſime conceſſis, &, vſque ad mortem Romano-Cæſareæ S. M. editis obligationibus (modo ne iſtæ huic noſtræ perſonæ in Expectante Regni Bohemiæ collatæ electioni, quemadmodum hac ipſa de re nobis à modo commemoratis Bohemiæ Ordinibus reuerſales litteræ Prouinciæ Sigillo præmunitæ ſunt traditæ, aduerſentur) hiſce & perpetuis temporibus ne GRY quidem derogare debeat:

Promittimus atque pollicemur quoque, quod nos, viuente etiamnum Romano-Cæſarea S. M. Domino fratre noſtro germano amantiſſimo, adminiſtrationi & regimini toties nunc commemorati Regni Bohemiæ, neque ad idem Regnum pertinentium ducatuum Sileſiæ, ſuperiorisque Luſatiæ non ſolummodo implicare velimus, verum etiam minime debeamus, vſque ad mortem Cæſareæ S. M. Domini fratris noſtri amantiſſimi. Sin vero, viuente etiamnum Romano-Cæſarea S. M. Domino & fratre noſtro germano coniunctiſſimo, eamdem regni, eidemue incorporatarum Prouinciarum, adminiſtrationem forſitan violenter ad nos pertrahere, vel aliud iſtiuſmodi, quod Cæſarea S. M. aliique Anteceſſores atque Reges Bohemiæ, ob præſtitum iuramentum, aliiſque, quæ modo commemorati Regni Bohemiæ Anteceſſores præſtiterunt, tum quoque, poſtquam coronam iſtam Bohemicam adepti fuerimus, itidem præſtare nolimus: tum quoque & iidem Ordines ad obligationes ſuas minime obſtricti teneantur.

In fidem præmiſſorum ſigillum noſtrum ad litteras haſce Reuerſales adpendi mandauimus, & iiſdem manu noſtra propria ſubſcripſimus. Dabantur in caſtris noſtris, inter Sterbohóltzium, & inferius Mecholupum, Die Mercurii poſt IOANNIS BAPTISTÆ A. C. M. DC. IIXX.

MATTHIAS &c.

## CAPVT XCV.

## *FREDERICI ROMANORVM IMPERATORIS REGI VVLADISLAO COMMVNICATÆ FEVDALES Litteræ.*

Sub dato Viennæ X. Iunii A. C. M. CCCC. LXXVII.

NOS FREDERICVS, DEI GRATIA electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ &c. Comes Habſpurgenſis, Tyrolis, Phyrtenſis, Kyburgenſis, Marchio Burgauienſis, & Landgrauius Alſatiæ. Notum facimus Omnibus & ſingulis tenore præſentium harum litterarum. Quamuis nos pro Romano-Cæſarea clementia, in quam nos Deus Ter Optumus Maxumus, pro diuina ſua bonitate atq; clementia, clementiſſime collocauit, omni tempore promti paratique ſimus omnibus & ſingulis noſtris & Sac. Roman. Imperii ſubditis Cæſaream noſtram gratiam atque clementiam impertire: nihilominus tamen promptiores paratioreſque ſumus iis potiſſumum Cæſareum noſtrum fauorem & beneficia exhibere, qui noſtra & Sac. Roman. Imperii go-

Digitized by Google

rii potiora præcipuaque membra ſunt, in portandis S. Rom. Imperii duriſſimis oneribus nobis manus auxiliatrices præbent, & tamquam ex nobiliſſimo, Principali, adeoque noſtro ſanguine procreati, nobis omnia humanitatis, amicitiæ, & amoris officia exhibere alacres & prompti ſunt.

Quum itaque Cæſareo habitu in Regio throno conſediſsemus, & coram nobis Sereniſſimus Wladislaus Bohemiæ Rex, S. Rom. Imperii Archipocillator & Elector &c. perdilectus noſter filius & adfinis cum vexillis Prouincialibus, ad Regnum Bohemiæ eidemue incorporatas Prouincias pertinentibus, Electorali ſuo habitu indutus, pro decenti more coram nobis comparuiſſet, atque inſtanter à nobis petiiſſet, quod nimirum ipſi Electoratum vna cum Archipocillatoriatus officio S. Rom. Imperii, ad Bohemicam Coronam pertinente, Marchionatibus, Principatibus, Prouinciis, populis, Dominiis, Eccleſiaſtico-politicis feudis, fodinis metallicis, Comitatibus, venationibus, piſcaturis, vectigalibus, iuribus honores concernentibus, dignitatibus, ſuperinferioribuſque iudiciis, iudiciorum coactionibus, aliiſque muneribus, iuribus, & iuriſdictionibus, ad Coronam Bohemicam ſpectantibus, in feudum clementiſſime concedere non dedignaremur.

Ante commemorati igitur noſtri filii & adfinis Bohemiæ Regis legitimam petitionem, tum etiam conſtantiſſima, fideliſſima & vtiliſſima officia, quæ tam ipſe, quam etiam ipſius maiores, noſtris Dominis Anteceſſoribus, nobis, & S. Rom. Imperio promptiſſime, & abſque vllo grauamine præſtitit, illudque ipſum impoſterum quoque nobis, & modo iam commemorato S. Rom. Imperio exhibere poſſit, ſedulo perpendentes, præmeditate quidem, & maturo cum conſilio noſtrorum, & S. Rom. Imperii Principum, Prælatorum, Comitum, Dominorum, & fideliſſimorum dilectiſſimorumque noſtrorum, certa voluntate eidem noſtro filio atque adfini, Wladiſlao Bohemiæ Regi, Regalia & feuda ſua, Electoratum, Archipocillatoriatus officium, vna cum omnibus Marchionatibus, Principatibus, Prouinciis, populis, Dominiis, Eccleſiaſtico-politicis feudis, fodinis metallicis, comitatibus, venationibus, piſcaturis, vectigalibus, iuribus honores concernentibus, dignitatibus, ſuperinferioribuſque iudiciis, iudiciorum coactionibus, aliiſque muneribus, iuribus, & iuriſdictionibus, ad Coronam Bohemicam ſpectantibus, in feudum clementiſſime conceſſimus, eidemue etiamnum concedimus ex Romano-Cæſarea poteſtate & plenitudine tenore præſentium harum litterarum, quæ ipſi de iure, conſuetudine & æquitate concedere poſſumus, adeo vt illa omnia impoſterum à nobis & S. Rom. Imperio Feudali more poſſidere, obtinere, iiſdemue vti frui queat, non ſecus quam priores ſui Bohemiæ Reges eadem poſſederunt, iiſdemue antehac vſi gauiſique ſunt, abſque vlla cuiuſuis remora & impedimento.

Noſter ante commemoratus quoque amantiſſimus filius & adfinis, Rex Bohemiæ &c. nobis quamprimum iuramentum præſtitit, quod videlicet nobis, & S. Rom. Imperio debitum obſequium præſtare, nos pro legitimo ſuo Domino habere, &, ratione Archipocillatoriatus officii, nobis fideliter inſeruire velit.

Quocirca mandamus atque præcipimus omnibus Marchionatibus, & Ducatibus Regni Bohemiæ; Epiſcopis itidem, Ducibus, Prælatis, Comitibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus & feudatariis ad Coronam Bohemicam: Ducibus



Digitized by Google

quoque, Marchionibus, Landgrauiis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Ciuitatibus, & omnibus feudum accipientibus à corona Bohemica: Capitaneis itidem, Præfectis, Conſulibus, Iudicibus, Conſiliariis, Ciuibus, Quæſtoribus, Communitatibus, inquilinis & ſubditis, iure ad coronam Bohemicam pertinentibus, cuiuſcunque Ordinis, Dignitatis, atque Status iſti etiam ſient, ex ſupra commemorata Romano-Cæſarea poteſtate & plenitudine tenore præſentium iſtarum litterarum, vt ſæpius nunc dicto noſtro filio & adfini, Wladiſlao Bohemiæ Regi, in omnibus & ſingulis mandatis, inhibitionibus, impoſitionibus, rebus & negotiis, tam ſuis, quam Bohemiæ Regnum concernentibus, ceu legitimo ſuo Regi atque Domino, abſque vlla difficultate atque grauamine, fidelitatem & debitum obſequium præſtare velint, & eumdem omnibus ſupra ordine recenſitis Priuilegiis abſque vlla remora & impedimento vti frui patiantur: eaq; omnia ſub euitatione grauiſſimæ noſtræ indignationis atque inclementiæ.

Sin vero quiſpiam hocce noſtrum Cæſareum mandatum forſitan infringere atque violare conetur, is, vel illi, tum omnia ſua feuda, libertates, Priuilegia, iura, & iuriſdictiones, à quocumque etiam iſtis gaudeant atque fruantur, amittent, & in grauiſſimam pœnam atque animaduerſionem ſæpius nunc allegati Bohemiæ Regis incurrent.

In fidem præmiſſorum litteras noſtras ſigillo noſtro Cæſareo præmuniri mandauimus: Quæ dabantur Viennæ X D. M. Iunii A. C. M. CCCC. LXXVII. Regnorum noſtrorum, Romani XXXVIII. Imperii XXVI. & Hungarici XIX. Annis.

## CAPVT XCVI.

## COPIA REGIS FERDINANDI NOVARVM IMMVTATARVM LITTERARVM REVERSALIum, quæ loco Priorum, ſub numero XIII. Ordinibus obtrudi voluerunt.

Sub dato Mercurii poſt Egidii A. C. M. D. XLV.

NOS, DEI GRATIA, FERDINANDVS Romanorum Rex, Imperii ſemper Auguſtus, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ, Princeps Lucemburgæ, & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ: Notum facimus, tenore præſentium noſtrarum litterarum, omnibus & ſingulis. Poſtquam, Deo Ter Optumo Maxumo clementiſſime ita diſponente, A. C. M. D. XXVI. die Decollationis S. IOANNIS BAPTISTÆ triſtis deplorandusque admodum caſus acciderit, dum Sereniſſimus potentiſſimusque Princeps & Dominus, Dominus Lodoicus, Hungariæ atque Bohemiæ Rex, amantiſſimus noſter adfinis & frater, ad defenſionem ſanctæ Chriſtianæ fidei, quemadmodum etiam ad conſeruationem Chriſtianarum ſuarum Prouinciarum & populorum, contra tyrannicum Chriſtiani nominis hæreditarium hoſtem in prœlio abſque hæredibus vitam cum morte commmutauerit, & eo ipſo facto Regnum Bohemiæ, eidemue incorporatæ Prouinciæ, vtpote Marchiona-

chionatus Morauiæ, Principatus Sileſiæ, & Marchionatus ſupe: inferioriſque Luſatiæ cum omnibus & ſingulis Magiſtratibus, ad eoſdemque pertinentibus Dominiis & libertatibus, ad Sereniſſimam Principiſſam atq; Dominam, D. Annam Romanam, Hungariæ, Bohemiæque Reginam, coniugem noſtram amantiſſimam, tamquam ad Sororem germanam ante commemorati Regis Lodoici, laudatiſſimæ memoriæ, & naturalem hæredem, iuxta tenorem acceptarum libertatum, Priuilegiorum & conceſſionum Cæſaris CAROLI IV. translatæ fuerint, quemadmodum iſtæ Maieſtatis modo iam commemoratæ litteræ atque conceſſiones illud aliquanto latius teſtantur quod videlicet, ſi ex Regia Stirpe & linea, tam maſculini quam fœminini, legitime procreati generis, nemo amplius ſuperſit, tum demum libera Regis Bohemiæ electio Ordinibus huius Regni incorporatarumque Prouinciarum, & non alio modo & ratione, competat: quemadmodum Glorioſiſſimi iſtius Romanorum Imperatoris Caroli IV. Datum, videlicet Pragæ A. C. M. CCC. XLVIII. Indictione Prima VII. Idus Aprilis, & Regni Anno II. expreſſe teſtatur.

Præterea in litteris & Obligatione quoque Regis Wladislai, dilectiſſimi noſtri Domini parentis feliciſſimæ laudatiſſimæque recordationis, hoc expreſſe reperitur, quod, ſin forſitan Deus Ter Optumus Maxumus Regem Lodoicum abſque hæredibus per temporalem mortem euocaret, tum ex præſcripto Iurium, Conſtitutionum; libertatum atque Priuilegiorum Regni Bohemiæ, Regina Anna, coniunx noſtra amantiſſima legitima, vera, atque genuina Regni iſtius Bohemici & eſſe & permanere debeat: quemadmodum litterarum iſtarum Datum in Regia Pragenſi arce, Veneris poſt Epiphan. A. C. M. D. X. Hungarici ſui Regni Anno II. & Bohemici XXXVIII. abunde ſatis videre eſt.

Quamobrem Ordines iſtius Regni Bohemici paullo ante comemoratam amantiſſimam noſtram coniugem pro legitima & naturali hærede huius Regni, iuxta præſcriptum ſæpius nunc dictæ Coronæ Bohemicæ Conſtitutionum & ſanctionum, humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio acceptarunt & receperunt: quemadmodum etiam noſtram perſonam propriam, poſt dictam iſtam noſtram Coniugem, tamquam legitimæ indubiæ hæredis, in Regem atque Dominum ſuum Ex Libera & Bona Sua Voluntate, elegerunt atque receperunt. Quam Ordinum beniuolentiam, in electione noſtræ perſonæ in Regem, nos modo commemoratis Ordinibus, ipſorum hæredibus atque poſteris, cum omni noſtra Regia clementia pro nobis, noſtris hæredibus, & poſteris clementiſſime recompenſare ſtudebimus.

In cuius rei teſtimonium nos ad iſtas litteras Regium noſtrum ſigillum adpendi mandauimus, iiſdemque manu noſtra propria ſubſcripſimus. Quæ dabantur in Regia noſtra arce Pragenſi die Mercurii poſt Egidii, Anno à partu ſalutifero Domini & Seruatoris Noſtri Ieſu Chriſti M.D.XLV. Noſtrorum Regnorum, Romani XV, aliorum vero X, Annis.



Digitized by Google

CAPVT XCVII.

# CONTRACTVS MATRIMONIORVM REGALIVM, INTER SERENISS. QVOMDAM LOdoicum Hungariæ Regem, & Mariam Regis Hiſpaniarum Filiam: necnon Sereniſs. Ferdinandum, tunc Archiducem Auſtriæ, & Annam, Ladiſlai, Hungariæ Regis Filiam, medio Maximiliani Romanorum Imperatoris factus.

Sub dato Viennæ Dominica die feſti MARIÆ MAGDALENÆ XXII. Iulii A. C. M. D. XV.

*Ex Originali.*

NOS MAXIMILIANVS, Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ: Dux Burgundiæ, Lotharingiæ Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ: Landgrauius Alſatiæ Princeps & Comes Burgundiæ, Ilindiæ, Tyroli, Goriciæ, Artheſiæ, Holandiæ, Selandiæ, Ferreti, in Kyburg, Namurci, & Zutphaniæ; Marchio S. Rom. Imperii, ſupra Anaſum Burgoniæ, Dominus Phryſiæ, Marchio Sclauoniæ, Macliniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Et Nos Ladiſlaus, Dei Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Gamæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæ, Marchio Morauiæ, Dux Sileſiæ & Lucemburgenſis; ac Marchio Luſatiæ &c. Nos Sigiſmundus eadem gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ &c. Dominus & hæres &c.

Tenore præſentium recognoſcimus, & ad perpetuam rei memoriam notum facimus Vniuerſis: Quod cū ſuopte naturæ noſtræ inſtituto, ea, quæ ad ornamentū, dignitatē, amplificationē & conſeruationē Regnorum ac ſubditorū noſtrorū, quibus diuina diſpoſitione ſumus præfecti, ſpectare nobis videntur, pace, concordia, atque amicitia potius, quam vllo ſtudio ſiue officio, quærenda putauerimus, ac præſertim amicitiam atque fraternam inter nos Vnionem, quamuis alias auita neceſſitudo, ſanguiniſque ſtricta coniunctio inter nos intercedat, nouis & arctioribus vinculis ſtringere atque conſolidare cogitauerimus; quo cæteri Chriſtiani Principes, exemplum noſtrum imitati, facilius etiam inter ſe ſancta pacis fœdera coirent: & relligio Chriſtiana propriis atque concordibus viribus ac armis aliquando ſubnixa, ſibi ipſi decori, conſeruationi, & incremento, ſuis vero hoſtibus immaniſſimis formidini, ac demum exitio eſſet futura.

Cumque eius rei cauſſa, ex multis nunc annis, tam ſuper ſponſalibus, quam vinculis matrimonialibus, inter noſtros Maximiliani Imperatoris, & Wladiſlai Regis Nepotes & Liberos formandis eſſet tractatum alias; tandem, diuino annuente fauore, his negotiis extremam manum addere voluimus, & in hoc celeberrimo atque ſanctiſſimo Conuentu noſtro, quem Deus propitius ſua benignitate clementer indulſit ac fieri ordinauit, vltra ea, quæ, ad publicam Vniuerſalis Chriſtianæ Relligionis vtilitatem, inter nos acta & conſultata ſunt, memoratos Sponſaliorum & Matrimoniorum tractatus felici fine atque concluſione duximus firmandos atque ſanciendos. Itaque ad laudem & gloriam imprimis Dei Ter Optumi Maxumi, & ad vtile Relligionis incrementum, nec non ad perpetuam tranquilli-

quilli-

quillitatem, quietem, ſtabilitatem, atque conſeruationem, non tam noſtram, quam Nepotum, Liberorum, Regnorum, Dominiorum, & ſubditorum noſtrorum, ad hos infraſcriptos Contractus & Tractatus deuenimus.

Imprimis contracta, celebrata, & firmata ſunt Sponſalia, per verba matrimonialia, & de præſenti, cum ſolemnitatibus & Ceremoniis in huiuſmodi Actibus interuenire ſolitis & conſuetis, inter Sereniſſimam Dominam MARIAM, noſtri Maximiliani Imperatoris Neptem chariſſimam, & Sereniſſimi quondam filii noſtri Philippi Regis Caſtellæ filiam, ex vna; & Sereniſſ. Dominum Lodoicum, Hungariæ, Bohemiæque Regem, noſtri Wladislai Regis filium chariſſimum, parte ex altera; accedente ad hoc mutuo & expreſſo, quantum per ætatem licuit, eorum conſenſu & voluntate; proferente præfato Rege Lodoico hæc verba formalia:

Ego Lodoicus accipio te Mariam in meam legitimam vxorem; Contra autem ipſa Domina MARIA pronunciante:

Ego MARIA accipio te Lodoicum in Meum Legitimum Maritum: corã Reuerẽdiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Thoma, tituli S. Martini in montibus presbytero Cardinale, & Archiepiſcopo Strigonienſi, & Patriarcha Conſtantinopolitano, ſediſque Apoſtolicæ de latere Legato, huiuſmodi contractum, per annulorum ſubarrhationem, & aliis neceſſariis firmante & ſolennizante, hac potiſſimum lege & fine; Vt ſuccedente per tempus legitima atque idonea ætate, præfati Dominus Lodoicus Rex, & Domina MARIA, huiuſmodi matrimonium per copulam carnalem, vti conuenit, inter ſe conſummare debeant. Quod indubitanter ita futurum, Nos Maximilianus, & Nos Wladislaus Rex, in verbo noſtro Cæſareo & Regio promittimus.

Secundo, Nos Maximilianus hodie contractum Matrimonialem cum Sereniſſima Domina Anna, noſtri Wladislai Regis Filia Chariſſima, per verba de præſenti, & ad talem Actum neceſſaria, & proferri vtrimque ſolita, celebrauimus, & ſolemniter in facie Eccleſiæ firmauimus Nobis Imperatoribus hæc verba formalia pronunciantibus:

Ego Maximilianus accipio te Annam in meam legitimam vxorem; econtra ipſa Domina Anna referente:

Ego Anna accipio te Maximilianum in meum legitimum Maritum: coram ſupra dicto Reuerendiſſimo Domino Cardinale Legato, huiuſmodi Contractum noſtrum Matrimonialem per annulorum ſubarrhationem, & alia ad hæc requiſita & adhiberi ſolita, firmante, & ſolennizante.

Priuſquam tamen Nos Maximilianus cum Domina Anna præfata contraheremus, coram Notariis ac Teſtibus, ſpecialiter ad hoc requiſitis & vocatis, Nos Maximilianus & ipſa Domina Anna ſolemnem proteſtationem fecimus & declarauimus: Quod ſi alter ex Nepotibus noſtris Maximiliani, videlicet aut Illuſtriſſimus Princeps Ferdinandus, Archidux Auſtriæ, ſiue Sereniſſimus Dominus Carolus, Dux Burgundiæ, & Hiſpaniarum Princeps (dummodo is à contractu cum Domina Renata, olim Regis Franciæ Lodoici filia, alias facto liber & immunis fieret, & opportuna Sanctiſſimi Domini noſtri, & ſedis Apoſtolicæ diſpenſatio interueniret) cum præfata Domina Anna, infra ſpacium vnius Anni à dato præſentis contractus proxime futuri, contrahere vellet: quod iſtud de ex- NB.

preſſo

„ preſſo conſenſu & voluntate amborum noſtrorum fieri poſſet: Et præſens contra-
„ ctus, inter Nos Maximilianum Imperatorem, & ipſam Dominam Annam, in iſto
„ caſu annihilatus, annullatus, & caſſatus eſſe debeat; pro vt in Inſtrumento pro-
teſtationis deſuper confecto latius continetur, & exprimitur.

Debemuſque ac volumus Nos Imperator Maximilianus huiuſmodi Con-
NB. tractum Matrimonialem cum Domina Anna, niſi alter Nepotum noſtrorum in
„ tempore præfixo, vnius videlicet Anni, eam per verba de præſenti ducet, per co-
„ pulam carnalem, infra trimeſtre poſt, & ſupra Annum, à die præſentis contra-
ctus computando, conſummare & complere.

Et in hunc finem præfata Domina Anna ad manus noſtras fuit tradita, &
libere conſignata.

Nos vero Vladislaus Rex, cum vtraque iſta matrimonia, non ſolum de
conſenſu & voluntate noſtra, immo ex ardentiſſimo noſtro deſiderio facta ſint: vt
præfatam filiam noſtram chariſſimam dote decenti & conuenienti honeſtaremus,
eidem filiæ noſtræ Annæ Ducenta Millia Florenorum Hungaricorum, Dotis no-
mine, tenore præſentium inſcribimus, & aſſignamus:

NB. Ita tamen, quod huiuſmodi pecuniæ ſolutio, neque ad præſens, neq; tem-
„ pore conſummationis fieri, ſed ad illud tempus differri debet, quo chariſſimus fi-
„ lius noſter Lodoicus cum Domina Maria matrimonium per copulam conſum-
„ mabit. Cui Dominæ Mariæ ſimiliter, vt infra patebit, Ducenta Millia Florenorũ
„ Hungaricorum, dotis loco, ſunt inſcripta. Hoc namque matrimonio filii noſtri
„ cum Domina Maria per copulam conſummato, huiuſmodi dos vtrinque com-
„ penſata, & neutra partium ad illius ſolutionem alteri obligata ſit, vel eſſe de-
„ beat.

Vt autem viciſſim Nos Maximilianus Imperator Dominam Annam, vt par
eſſet, debite & ingenue remuneremur, loco Donationis propter nuptias, ſeu Cõ-
tradotis, eidem Dominæ Annæ reditus annuos Viginti quinque Millium Duca-
torum Hungaricorum, ſuper certis caſtris, locis, ſeu territoriis noſtris, in tenore
præſentium aſſignamus: Videlicet medietatem illorum redituum in Prouinciis
noſtris Auſtralibus Inferioribus, videlicet ſuper Oppidis & Caſtris Iudenburg,
Leolen, Styria, Lembach, ad S. Hippolytum, & Gars, vna cum omnibus, ac ſin-
gulis ipſorum territoriis, diſtrictibus & emolumentis; Alteram autem medieta-
tem, in Comitatu noſtro Tyrolis, videlicet ſuper oppidis & caſtro Ympſt, Caltarn,
vna cum officio in Altenburg, & ſuper oppido & caſtro in Ratenberg, vna cum
eorum omnibus pertinentiis, vt ſupra adſcribimus, vna cum omnibus aliis, quæ
vel ex Priuilegio, conſuetudine, aut de iure noſtræ Prouincialis Auſtralis, Archi-
duciſſæ debentur pro contradote. Si autẽ iſtorum locorum per Nos aſſignatorum
reditus ad præſcriptam ſummam non aſcenderet; ex aliis reditibus noſtris huiuſ-
modi defectum, vt par eſt, ſupplere vſque ad integrum valorem Summæ viginti
quinque Millium Ducatorum Hungaricorum, curabimus, & pari firmitate pro-
mittimus; ipſamque Dominam Annam, ſtatim poſt conſummationem Matrimo-
nii nos per copulam in poſſeſſionem ſupra dictorum locorum ponemus & intro-
ducemus, curabimuſque, vt omnes Officiales ac ſubditi ſupra dictorum locorum,
Dominæ Annæ per nos aſſignatorum, homagia, & alia fidelitatis iuramenta præ-
ſtare debeant: ipſaque Domina Anna de omnibus Locorum iſtorum officiis ac
perſo-

perſonis inſtituendis ad arbitrium ſuum diſponere poſſit, & valeat; ita videlicet, vt præfata Domina Anna, huiuſmodi reditibus, vita ſua durante, vti, frui, ac gaudere, & ex illis ſtatum ſuum ſuſtinere & intertenere poſſit, & valeat.

In caſu autem, quo alter ex Nepotibus noſtris, Ferdinandus, aut Carolus, cum præfata Domina Anna contraheret, Nos vna cum Sereniſſimo Principe, Domino Ferdinando, Arragonum, vtriuſque Siciliæ, & Hieruſalem Rege Catholico, communium Nepotum noſtrorum Auo, concordabimus, & prouidebimus, vt Domina Anna pro ſupra dicta Summa Contradotis viginti quinque Millium Ducatorum Hungaricorum conuenienter ac ſufficienter aſſignetur & aſſecuretur.

Circa vero contractum Domini Lodoici Regis cum Domina Maria, Nos Imperator eidem Dominæ Mariæ, dotis nomine, ſimiliter Summam Ducentorum Millium Florenorum Hungaricorum, tenore præſentium, adſcribimus & adſignamus, recompenſandam tum ſuo tempore cum alia dote, ſicut ſuperius eſt expreſſum clare.

Viciſsim vero Nos Vladislaus Rex, nomine chariſsimi filii Lodoici, loco Donationis propter nuptias ſiue Contradotis, præfatæ Dominæ Mariæ reditus annuos, valoris viginti quinque Millium Florenorum Hungaricorum, ſuper bonis ac locis in Regnis noſtris Hungariæ & Bohemiæ aſsignari ſolitis: videlicet in Regno noſtro Hungariæ Maromarciſsium, cũ Camera Salium, & Caſtrũ Hvvrth cum quinque oppidis & aliis poſſeſſionibus: in Regno autem noſtro Bohemiæ, Hradecz ſupra Albim fluuium, Chrudim, Dvvör, & Iaromirtz, cum attinentibus; vna cum aliis omnibus, quæ vel ex Priuilegio, conſuetudine, aut de iure præfatorum noſtrorum Regnorum, Reginis debentur pro Contradote.

Quibus omnibus ipſa Domina Maria, temporibus vitæ ſuæ, libere gaudere, vti ac frui poſſit, ac valeat, hoc pacto: Vt ſi ſupra dicta ſumma in eorum reditibus ſummam præfixam, videlicet viginti quinque Millium Florenorum Hungaricorum, non attingeret, quod de aliis reditibus noſtris hunc defectum ſupplere debeamus: Si autem hanc ſummam viginti quinque Millium Ducatorum excederent, nihilominus id totum Dominæ Mariæ cedere debet. Ipſamque Dominam Mariam, ſtatim poſt conſummationem Matrimonii cum filio noſtro Domino Lodoico per copulam, in poſſeſſionem ſupradictorum locorum ponemus & introducemus: curabimuſque, omnes Officiales ac ſubditi præfatorum locorum, Dominæ Mariæ per Nos aſſignatorum, homagia, & alia fidelitatis iuramenta eidem Dominæ Mariæ præſtare debeant: Ipſa quoque Domina Maria de prædictorum locorum officiis & perſonis inſtituendis ad arbitrium ſuum diſponere poſſit ac debeat.

Hæc duo matrimonia, tametſi imprimis ad laudem Dei glorioſam, & ad propagationem Regalis ſanguinis (qualis eſſe debet finis & intentio Sacramenti Matrimonii) à Nobis inſtituta & firmata ſunt: tamen, ſi Deo Æterno placeret, ſicut omnes mortalitati obnoxii ſumus, reuocare ad ſe (quod tamen longius abeſſe velit) vnum ex ſponſis, ante, vel poſt matrimonii per copulæ conſummationem: ita inter nos eſt conuentum & concluſum; & imprimis in caſu, quo Sponſum, ſiue Maritum Dominæ Annæ (ſiue Nos, ſiue alterum Nepotum noſtrorum) ex humanis ante copulam diſcedere contingeret; quod tunc præfatæ Dominæ Annæ, ſumma centum Millium Ducatorum, in ſpacio vnius Anni tunc proxime futuri, perſolua-

ſoluatur, aut iocalia tanti valoris, ſecundum veram æſtimationem ad numerum Centum Florenorum Hungaricorum, quæ apud Prouinciales noſtros Inferioris Auſtriæ deponere debemus, in euentu non ſolutionis ſupra dictæ Summæ Centum Millium Florenorum Hungaricorum, tradantur, cum conditione tamen:

Nos, aut hæredes noſtros, de Domina Anna aut hæredibus ſuis, huiuſmodi iocalia cum Summa memorata Centum Millium Ducatorum Hungaricorum redimere poſſe.

Pro qua re Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Comitatus, omneſq; Status & Ordines Prouinciæ Auſtriæ, ſufficienter ſub fide atque honore ſuo, & ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, ſeſe obligabunt: quod in ſupra ſcripto caſu Summa Centum Millium Ducatorum Hungaricorum abſq; omni diminutione, aut iocalia ipſa apud eos à Nobis deponenda, manibus præfatæ Dominæ Annæ, aut Sereniſſimorum Regum Vngariæ & Bohemiæ, ſiue aliorum, quos Serenitates Suæ, aut Regina ipſa ad hoc deputabunt, in arce Poſonienſi tradent & aſſignabunt, omni dolo & fraude, & quauis machinatione ſiniſtra, procul remotis.

Quod vt faciant, illis, tenore præſentium, præcipimus, iniungimus, & mandamus, ipſoſque ab omni obligatione ſubiectionis, fidelitatis, & obedientiæ, quibus Nobis, & hæredibus noſtris ſunt adſtricti, ad hunc dumtaxat effectum abſoluimus, & liberos fore, circa exequutionem prædictorum, expreſſe pronunciamus, & ex nunc declaramus. Hi autem qui huiuſmodi pecuniam, ſiue iocalia ſupra dicto caſu ad arcem Poſonienſem perferent, numerum Ducentorum (ſiue equites, ſiue pedites fuerint) excedere non debebunt. Similiter moriente ante conſummationem Matrimonii per copulam ſponſo præfatæ Dominæ Annæ, quicunque is fuerit, iidem Prouinciales noſtri ipſam Dominam Annam cum omni honeſtate, ſaluis perſonis, & omnibus rebus ſuis, & omnium ſuorum, & ad omnem eius atq; Sereniſſimorum Regum voluntatem & arbitrium, ad Regna paterna, Poſonium videlicet aut Znoyam, reducere debebunt & tenentur.

In caſu vero, quod Sponſarum vnam, ante matrimonii conſummationem per copulam, mortem obire contingeret; nihilominus alteri ſponſæ, quæ ſuperſtes erit, dos expreſſa, videlicet Ducentorum Millium Ducatorum perſoluatur. Similiter ſi vnus ex maritis, poſt matrimonii conſummationem, fatis concederet, & vxor relicta ad ſecunda vota tranſire vellet; eidem relictæ Summa illa Ducentorum Millium Ducatorum perſolui, & ipſa relicta ſtatim è reditibus, pro Contradote ſibi aſſignatis, ſibi cedere debet: Interim vero, & quamdiu ſolutio dotis Ducentorum Millium Ducatorum non fit, reditus annuos & ſtatum ſuum tenere & percipere poterit ac debet.

Quæ omnia ſupra dicta inter Nos Maximilianum, noſtroſque Nepotes, ac noſtros Vladiſlai filium & filiam contracta, firmata & concluſa, poſtquàm matura deliberatione præhabita, & à Nobis ſancita ſunt, procerum vtriuſq; Imperii Regnorum noſtrorum accedente conſilio grata, rata, firma habemus, eaq; omnia, in fide ac verbis noſtris Regiis obſeruare, exequi, ac adimplere, pro vobis, nepotibus, liberis, hæredibus, atque Succeſſoribus veſtris, neq; ex illis quoquo modo contravenire, directe, vel indirecte, ex quacunq; cauſſa, occaſione, ſiue colore, dolo & fraude penitus excluſis, tenore præſentium, promittimus & nos obligamus.

Nos

Nos vero Sigiſmundus, Poloniæ Rex, poſtquam hæc omnia ſupradicta, nedum in præſentia noſtra, ſed & cum ſcitu & voluntate, atque conſenſu noſtro, ſancita atque firmata ſunt: Noſque, vt ſic fierent, omni opera & ſtudio laborauimus; rati non tam præfatis Maieſtatibus Sacratiſsimi Cæſaris, & fratris noſtri, Hungariæ Bohemiæque Regibus, Regnis, & eorum liberorum, ſed & Vniuerſæ Reipub. Chriſtianæ rem tam ſanctam & ſaluberrimam profuturam, eadem fide noſtra Regia, atque in verbo ingenui Principis, præſentium tenore, promittimus: Nos omni fide, ſtudio, opera noſtra, quantum per nos fieri poterit, vt ſupra dicta omnia obſeruentur, exequantur, integra, atque illæſa conſeruentur, & manu teneantur, & compleantur, ſincere atque ingenue curaturos atq; elaboraturos.

Ad hæc Nos, Maximilianus Imperator, Vladiſlaus & Sigiſmundus, Reges, pro præmiſſorum omnium confirmatione, Sanctiſſimum Dominum Deum noſtrum requirimus; Si Contractus ſupra ſcripti debitis ſolemnitatibus, vel perſonarum ætate, aut alia quauis cauſſa, ſiue defectu, non ſatis eſſent fulciti; vt Beatitudo ſua, ad incrementum pacis, & vniuerſorum ſalutem, huiuſmodi defectus ſuppleat, & omnia, vt acta ſunt, confirmet & adprobet, omnibus in contrarium facientibus derogari.

In quorum omnium fidem indubitatam atque teſtimonium, Nos tres præfati Principes ternas conformes litteras, manibus & Chirographis noſtris propriis ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris Imperialibus atque Regalibus communiri fecimus. Cumque res iſtæ etiam conſilio, & induſtria, atque opera Reuerendiſſimorum Cardinalium, ſupra dicti videlicet Strigonienſis & Apoſtolicæ ſedis Legati, Matthæi S. Angeli Diaconi, Cardinalis Grueenſis, Coadiutoris Saltzburgenſis, & noſtri IMPERATORIS LOCVM TENENTIS IN ITALIA GENERALIS, actæ, tractatæ & concluſæ ſint: manibus ſuis præſentes litteras, ad maius robur & efficaciam, etiam duxerunt ſubſcribendas.

Datum in ciuitate Vienna, Dominica die feſti MARIÆ MAGDALENÆ A.C.M.D.XV. Regnorum noſtrorum, NOSTRI MAXIMILIANI Romani XXX. Hungarici vero XXVI. Noſtri autem VLADISLAI, Hungariæ XXV. Bohemiæ vero XLV. Noſtri autem SIGISMVNDI, Regni Poloniæ IX. Annis.

Nos itaque præfatus VLADISLAVS Rex Hungariæ & Bohemiæ &c. vt hoc ſupra ſcriptum exemplum, ex litteris Originalibus, fœdus adfinitatum nobiſcum cum Cæſarea Maieſtate continentibus, ad verbum tranſumi & tranſcribi fecimus: vt Oratoribus noſtris ea in re Sanctiſſimus Dominus noſter plenam & indubitatam fidem faciat, ſigillo quoque noſtro corroborari iuſſimus.

## CAPVT XCVIII.

## *FORMVLA IVRAMENTI, QVOD SVPREMVS REGNI BOHEMIÆ BVRGGRAVIVS PRÆSTARE tenetur.*

IVro Deo Ter Optumo Maxumo, omnibus Sanctis: Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Ferdinando Romanorum Hungarorumque, vt & Bohemorum Regi, Regiæ S. M. hæredibus, & quicumque tandem Rex fuerit, omni-

bus Dominiis, Equeſtri Ordini, & toti denique Communioni Regni Bohemici, tam abundanti quam egenti, quod in hoc ſupremo Pragenſi Burggrauiatus officio, ad quod legitime vocatus ſum, veritatem promouere, econtra mendacium falſumque opprimere, neque id intermittere velim, neque per fauorem, vel odium alicuius, neque ob aliam quamdam rem: ita me Deus & omneis ſancti iuuent.

## CAPVT XCIX.

## MAXIMILIANI II. AD BOHEMIAE ORDINES EPISTOLA GRATIARVM ACTIONEM, OB conceſſum ſibi Regium titulum, concernens.

MAXIMILIANVS, DEI GRATIA, Rex Bohemiæ, Archidux Auſtriæ, Marchio Morauiæ &c. Reuerendiſsime Princeps, Generoſi, Strenui, Honeſtiſſimi, Prudentiſſimi, perfideles dilecti &c. Ex veſtris ad nos exaratis litteris, quod videlicet in nupero celebrato Prouinciali Conuentu in Pragenſi arce, ad clementiſſimam petitionem Sereniſſimi Principis atque Domini, Domini Ferdinandi Romanorum, Hungariæ Bohemiæque Regis, Infantis Hiſpaniarum, Archiducis Auſtriæ & Marchionis Morauiæ clementiſſimi Domini noſtri parentis tam alacres, promptos, paratoſque exhibueritis, & nobis, tamquam Regiæ S. M. hæredi & filio ſeniori, iuxta veſtra Priuilegia atque libertates Regni Bohemiæ, viuente etiamnum Regia S. M. Domino parente noſtro clementiſſimo, Regium titulum atque dignitatem, quibus non ſecus quam coronatus Rex Bohemiæ vti frui poſſemus, conceſſeritis, id inter alia probe intelleximus: quæ humillima veſtra inclinatio, promptiſſima ſimul erga nos adfectio, & ſummiſſiſſima ad Regium iſtum titulum atque dignitatem gratulatio, ſumma cum gratiarum actione & clementia à nobis accepta fuit. Cuius rei gratia erga vos omneis & ſingulos, tum etiam erga vnumquemque, tanquam fideliſſimos noſtros ſubditos, auxiliante adſpiranteque nobis diuina gratia, vna cum dilectiſſima ſuauiſſimaque noſtra Regia Coniuge, numquam erimus immemores. Tramittimus pariter vobis, vna cum Regia S. M. Domino parente noſtro clementiſſimo, Reuerſales promiſſoriaſque noſtras litteras, & obligationem, iuxta quam noſmet in omnibus erga vos gerere tenebimur, clementiſſimuſque veſter Rex atque Dominus & erimus, & manebimus. Dabantur in vrbe noſtra Valadolita, die Martis, qui erat dies Gregorii & XII. Martii Anni M.D.LIV. Regni noſtri Bohemici Anno I.

## CAPVT C.

## ARTICVLI ET COMPOSITIO INSTITVTIONEM, POTESTATEM ET EXPEDITIONEM DIRECTORVM CONcernens: de traditione itidem Conſiſtorii, & Academiæ, & iudiciali deciſione in Relligionis controuerſiis.

POſtquam Cæſarea S. M. tamquam Rex Bohemiæ, per Cæſareo Regias omnibus III. Regni Bohemiæ Ordinibus, SVB VTRAQVE, Bohemicam Confeſſio-

feſſionem amplectentibus, ſupra liberum Relligionis exercitium clementiſſime conceſſas Maieſtatis litteras, inter alios in iiſdem modo commemoratis Cæſareis litteris poſitos articulos clementiſſime quoque conſenſiſſet, quod ſimul vniti confœderatique Bohemiæ Ordines præter ipſorum poteſtati comiſſam Pragenſem Academiam & Conſiſtorium ex ſuo medio certas quaſdam perſonas in defenſores eligerent atque conſtituerent, hac expreſſa addita adpendice, quot videlicet perſonas, Ordines, SVB VTRAQVE, ex ſuo medio, ſupra hoc Pragenſe Conſiſtorium & Academiam, ex vnanimi ipſorum decreto ab omnibus III. Ordinibus conſtituerent, & Cæſareæ S. M. tamquam ipſorum Regi atque Domino conſignatas traderent, quod tum Cæſarea S. M. illas ipſas perſonas, nulla excepta, abſque impoſitione alterius alicuius iuramenti vel inſtructionis, vltra illam, quæ ab Ordinibus iiſdem imponetur, à die exhibitæ conſignationis, intra duarum ſubſequentium ſeptimanarum ſpacium, confirmare, & eaſdem in iſtiuſmodi Defenſores publicare & velit, & debeat: idipſum quod commemoratæ iſtæ Maieſtatis litteræ ſatis ſuperque adteſtantur. Et in hæc Ordinum Sub Vtraque poſtulata (quod nimirum ab ipſis conſtituti Defenſores tutelam Relligionis, & prouiſionẽ Conſiſtorii & Academiæ ſuſcipere poſſint) Cæſarea S. M. cum omnibus III. Regni Bohemici Ordinibus clementiſsime conſenſit.

## *FACVLTAS COMPONENDI, TRANSIGENDI, ET REFORMANDI CONCESSA.*

PRimo, quod omneis III. vniti, confœderati & Bohemicam Confeſsionem amplectentes Ordines, Sub Vtraque, commemoratis iſtis Defenſoribus hanc poteſtatem facere poſſint, vt videlicet omnium iſtorum, Ordinum Sub Vtraque relligionem, Conſiſtorii & Academiæ Prouiſionem concernentium, curam habere, & omnia in bono & pacifico ſtatu conſeruare queant: Vrgente quoque neceſſitate iidem Ordines Sub Vtraq; inter ſuas partes aliquid exortum componant, reforment, atque, abſque Cæſareæ S. M. moleſtia, perficiant.

## *IVRA CONVOCANDORVM CONVENTVVM.*

PAri modo, requirente neceſsitate, Ordines ſupremos Officiales Prouinciales, Prouincialis iuris adſeſſores, & Cæſareæ S. M. Conſiliarios aulæ & Cameræ iuris, tam alios eiuſdem Suæ Cæſ. Maieſt. Bohemicos Conſiliarios, dumtaxat tamen illos Sub Vtraque Bohemicamque Confeſsionem amplectentes, quemadmodum & ex omnibus Circulis VI. perſonas ex communitate, ſub pari numero ad deliberationem & deciſionem iſtorum negotiorum Pragam conuocare, de iiſdem deliberare, conſultare, & tollere debent.

## *COGNITIO ET DECISIO CAVSSARVM ECCLESIASTICARVM, STATIBVS TRADITA.*

SIn quoque in paullo ante commemorato numero controuerſiam quandam non tollere & componere poſſent, tum idem illud negotium ad proxime ſubſe-



Digitized by Google

quentem Conuentum Prouincialem differant, & tum demum in eodem iſto Prouinciali conuentu ii SVB VTRAQVE, & Bohemicam Confeſſionem amplectentes, ipſi inter ſe inuicem in maiori numero ex communitate, qui in eodem iſto Conuentu conuenient, conſultent, decernant, & ad felicem exoptatumq; finem perducant.

## RENVNCIATIO ET ABDICATIO COGNITIONIS REGIÆ.

ET in hoc neque à Regia S.M. & futuris Bohemiæ Regibus, neque à parte SVB VNA impediri vel retardari debent.

Attamen in iſta Conſultatione ii SVB VTRAQVE, dum de propriis ſuis rebus deliberant, nihil iſtiuſmodi deliberent vel decernant, quod Cæſareæ S. M. tamquam Bohemorum Regi, neque iis SVB VNA, vel SVB VTRAQVE, Maieſtatis litteris, & inter vtramque partem ſancitæ & Prouinciali tabulæ inſertæ Compoſitioni aduerſetur.

## IVDICIVM FORMATVM, SIVE OMNIS COGNITIO IN CONTROVERSIIS RELIGIONIS, *Commiſſa ex lege publica.*

SEd ſi inter illos SVB VNA & SVB VTRAQVE in occurrentibus Religionē concernentibus negotiis forſitan exoriatur aliqua controuerſia, ita vt vna perſona alteram, vel ex Eccleſiaſticis vel Secularibus perſonis, Religionis cauſſa violet, conuitiis proſcindat, & contemnat: vel altet alteri ad parochiam ſuam legitime pertinentes decimas, alioſque Cenſus ſubtrahat, vel in ſua parochia & collatura alteri prærogatiuam vel inhibitionem quamdam faciat: contra Maieſtatis litteras, & illam in hoc Conuentu inter vtramque partem, SVB VNA, & SVB VTRAQVE factam Compoſitionem impingat, vel alteri in libero ſuæ relligionis exercitio impedimentum vel remoram quamdam iniiciat: icirco Cæſarea S. M. ne ob iſtiuſmodi ſuborientia grauamina, & incidentes cottidianas controuerſias atque differentias, ſemper Prouinciales Conuentus inſtitui opotteat, cum omnibus III. Ordinibus eo tamdem conuenit & decreuit: ſi forſitan quiſpiam ex iis SVB VTRAQVE, ab vno SVB VNA offendatur, vel aliquid alicui detineatur, quod tum ab illis SVB VTRAQVE SPECIE conſtituti defenſores primum exortam iſtam controuerſiam cum præcipuis Prouincialibus Officialibus, iuris Prouincialis Adſeſſoribus, & Cæſareæ S. M. Cameræ iuris conſiliariis, quemadmodum & illis perſonis ex communitate, omnibus ex illis SVB VTRAQVE, quas ad id ex omnibus circulis, in ſupra commemorato numero conuocaſſent, primum deliberare, dein Cæſareæ S. M. proponere, ob expeditionem rogare, & tum denique Cæſarea S. M. partes, ad quas controuerſum iſtud negotium pertinere videbitur, in Pragenſis arcis Prouinciale Palatium, vbi ius Prouinciale adminiſtratur, à die inſtitutæ quæſtionis intra 6. Septimanarum ſpacium conuocare, relationem ob teſtium introductionem inſtituere, & adhæc Ordinarium iudicium XII. perſonarum ex illis SVB VTRAQVE, quas defenſores & ſupremi Prouinciales Officiales, iuris Prouincialis Adſeſſores, & Cæſ. S.M. Conſiliarii aulæ & Cameræ, tàm omnes iſtæ ex Communitate requiſitæ perſonæ

ſonæ ad id eligere, tum aliis XII perſonis, quas Regni huius Ordines S V B V N A S P E C I E inter ſe inuicem pari modo electuri ſunt, iudicium conſtituere, partibus certum definitumque tempus denominare, ante 6. Septimanarum exitum partes litigantes audire, & tandem per definitiuam ſententiam ſupra commemoratis rebus controuerſis finem imponere debeat.

Sin vero pari modo alicui S V B V N A, ab aliquo (quiſquis etiam ille ſiet) S V B V T R A Q V E iniuria quædam in his, vel aliis rebus, inferatur, vel detineatur, illud ipſum ſimiliter ab officialibus & iuris Prouincialis Adſeſſoribus eorum S V B V N A Cæſ. S. M. proponi & tum omnia ſupra præſcripto modo iure & iuſtitia legitime decidantur. Omneis & ſinguli quoq; ſiue Eccleſiaſticæ vel ſeculares perſonæ, ſeſe coram ordinariis iſtis iudicibus ſiſtere, & definitiuæ ſententæ debitam ſufficientemque obedientiam præſtare tenebuntur.

## *EXEQVVTIO PVBLICA.*

SI autem quiſpiam coram Ordinariis iſtis iudicibus comparere, & ſeſe ſiſtere nolit: tum erga quemlibet, ex præſcripto Prouincialis Conſtitutionis D. 49. ſolemni conſuetoq; iure procedatur. Ad illud quoque iudicium ſiue iuris adminiſtrationem ii, qui antea ad munus ſiue officium nullo peculiari iuramento obſtricti obligatique ſunt, ſingulare iuramentum præſtare tenebuntur.

## *DEROGATIO ET CASSATIO OMNIVM RESCRIPTORVM.*

CVmptimis vero in iure iſto dicundo omneis iuris adſeſſores diligentiſſime obſeruabunt, ne iſtiuſmodi quid concludant ſiue decidant quod in minimo etiam Cæſ. S. M. initæ concordiæ, & cum Ordinibus S V B V N A factæ compoſitioni aduerſetur: ſiquidem in iſtis Maieſtatis litteris & hoc porro expreſſe reperitur: quod nimirum in ſupra commemoratæ de relligione ſancitæ concordiæ & Ordinibus S V B V T R A Q V E à Cæſ. S. M. firmæ ſubſequutæ aſſecurationis præiudicium nullum omnino mandatum, vel iſtiuſmodi quiddam, quod vel minimum etiam eius rei impedimentum, vel immutationem quamdam importare poſſet, neque à Cæſarea S. M. eiuſdem hæredibus, vel futuris Bohemiæ Regibus, vel quouis alio edi, recipi: vel etiamſi etiam recipiatur, attamen inefficax inualidumque eſſe, etiam illo ipſo in controuerſo negotio nihil amplius decerni diiudicariue debeat. Quæ omnia etiamnum in ſuo valore & vigore non immerito rellinquuntur.

## CAPVT CI.

# MATTHIAE HVNGARIAE &c. REGIS, ANTE SVVM IN BOHEMIAM INGRESSVM, ORDInibus communicatæ reuerſales litteræ.

Sub dato Sabbathi poſt Dom. Exaudi A. C. M. DC. XI.

NOS MATTHIAS II. Diuina Fauente Clementia, Rex Hungariæ, & deſignatus Rex Bohemiæ &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Morauiæ, Comes Tyrolis &c. Notum facimus tenore præſentium noſtrarum litteræ

Digitized by Google

terarum Reuerſalium. Poſtquam nos, per noſtras Regni Bohemiæ Ordinibus clementiſſime inſinuatas patentes litteras, ſub dato in ciuitate noſtra Vienna poſt Dominicam Quadrageſimalem Inuocauit: quemadmodum etiam per noſtram modo commemoratis Regni Bohemiæ Ordinibus ſuiſque ad nos ablegatis Commiſſariis contrariam datam declarationem ſiue reſponſionem., Sub dato IV. Martii A. C. M. D C. X I. eo reſoluiſſemus, quod videlicet ex innato amore & adfectione, erga ſæpius nunc commemoratum Regnum Bohemiæ eiuſdemue Ordines & inquilinos, iuxta Pragæ A. C. M. D C. I I X. initam tranſactionem ſiue Compoſitionem, ipſis, Bohemiæ Ordnibus, contra Patauienſes militareis copias (quæ primo in ſuperioris Auſtriæ Archiducatum noſtrum hoſtilem incurſionem fecerant, & miſeris noſtris ſubditis latrociniis, direptionibus, incendiis atq; vaſtationibus intolerabilia damna detrimentaque intulerant, poſtmodum etiam in Regno Bohemiæ aliquot loca & vrbes, atque adeo minorem Pragenſem vrbem dolo & aſtu occupauerant, inibique non paucas dumtaxat altioris gradus atque dignitatis perſonas trucidauerant, arcem Pragenſem, Cæſareæ S. M. Domini & fratris noſtri germani regiam reſidentiam, vbi libertates & Prouincialis tabula, tamquam regni Bohemici præcipuum clenodium, corona Bohemica, aliaque eiuſdem Regni Priuilegia & clenodia hocce tempore adſeruantur, obſidione cinxerant: immmo quæ etiamnum hodie relliquas veteres ac nouas Pragenſes ciuitates pari modo ſibi ſubiugare conantur) auxilio atq; ſubſidio ſuccurrere, ſupra, ſæpiuſq; nunc com̃emoratorum Ordinũ vtilitatẽ, incrementũ, proſperitatemq; promouere, eoſdemue ac ſimul ipſam noſtram perſonã regiam, atq; adeo omneis eidem regno incorporatas Prouincias ab vlteriori ruina & extrema pernicie, diuina nobis auxiliante gratia ſartas tectaſue conſeruare: noſtros noſtrarumque Prouinciarum vaſtatores vero decenti more repellere, vlteriora ipſorum hoſtilia attentata decenti modo anteuertere, & abſque vlla iſtorum Ordinum offenſione, læſione, damno, atque detrimento auertere adfecti ſimus: iccirco ad clementiſſimam noſtram factam propoſitionem iiſdem regni Bohemiæ Ordinibus, ante noſtrum in modo commemoratum regnum ingreſſum, ſufficientibus noſtris litteris reuerſalibus idonee cauere decreuimus, quod nimirum ipſis noſter ille ingreſſus in nullum præiudicium, multo minus damnum, vel ſublationem Priuilegiorum, conſtitutionum Prouincialium, Conuentuum Prouincialium Decretorum, bonarum laudabilium priſcarum ipſorum Conſuetudinum, cumprimis vero illius A. C. M. D C. I I X. die Mercurii poſt S. Ioannis Baptiſtæ Pragæ ſancitæ compoſitionis, vergere debeat.

Quum itaque hanc Bohemici Regni Ordinum legitimam omnique æquitati conformem petitionem ratihabuerimus, pro: & adprobauerimus: nos etiam vnice & ſolummodo ad promouendam ipſorum vtilitatem, proſperitatem, atque incrementum laudabili ſynceroque more intenti ſimus: Quocirca noſtra, noſtrorum Conſiliariorum, dilectiſſimorumque fidelium præſcientia atque conſilio, ex regia poteſtate, tamquam Legitimo modo in Bohemiæ Deſignatũ Regem Electus, tenore atque virtute præſentium iſtarum noſtrarum reuerſalium litterarum, ipſis Regiis noſtris verbis pollicemur atque promittimus: quod non dumtaxat ipſoſmet, verum etiam eorumdem hæredes & poſteros in hiſce omnibus confirmare, & iiſdem tali modo cauere & proſpicere velimus quod videlicet hic

noſter

noſter cum noſtro in Regnum Bohemiæ ad Ordinibus ferendas ſuppetias ſpectans ingreſſus, neque ipſis omnibus III. Ordinibus laudatiſſimi huius Bohemiæ Regni, neque ipſorum poſteris in nullum neque præiudicium, neque damnum, neque ſublationem commemoratorum ipſorum priuilegiorum, libertatum, Iurium, Conſtitutionum Prouincialium, Prouincialium Conuentuum Decretorum, cumprimis autem illius ante Pragam die Mercurii poſt S. IOANNIS BAPTISTÆ A. C. M.DC IIX. factæ compoſitionis neque fieri, neque vergere debeat.

Siquidem nos eoſdem omneis & ſingulos, & ita vnumquemque in ſpecie apud omnia ipſorum Priuilegia, Maieſtatis litteras, conceſſiones, iura, Conſtitutiones Prouinciales, Conuentuum Prouincialium Decreta, bonas laudabileſque Sanctiones, conſuetudines & ritus, ſupra ſæpiuſq; commemoratam compoſitionem, tranſactionem, in Relligione ſancitam pacem atque concordiam, inuiolabiliter & abſque vlla immutatione relicturi, defenſuri atque protecturi ſimus. Idipſum quod & illis iam & in perpetua tempora regie pollicemur atque promittimus.

In maiorem rei confirmationem & ſempiternam memoriam noſtrum Regium ſigillum litteris hiſce noſtris adpendi mandauimus, iiſdemque manu noſtra propria ſubſcripſimus. Quæ dabantur in ciuitate noſtra Iglauia die Iouis poſt Quadrageſimalem Dominicam Lætare A. C. M. DC. XI. Hungariæ noſtri Regni Anno III.

MATTHIAS

Ad Mandatum S. Regiæ Maieſt.
proprium.

Fredericus Iordanus à Klauſenburg.

## CAPVT CII.

## EIVSDEM DOMINI HVNGARIÆ REGIS MATTHIÆ &c. ANTE MAIEST. SVÆ CORONAtionem, Ordinibus Bohemiæ conceſſæ Reuerſales Litteræ.

NOS MATTHIAS II. Diuina fauente clementia Rex Hungariæ, in Regem Bohemiæ deſignatus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Morauiæ, Comes Tyrolis &c. Notum facimus, tenore præſentium noſtrarum reuerſalium litterarum, Vniuerſis & ſingulis, præſertim in locis vbi illud ipſum neceſſitas poſtulare videbitur: Poſtquam Sereniſſimus, Potentiſſimus, & Inuictiſſimus Dominus, Dominus RVDOLFVS II. Diuina annuente gratia, electus Romanorum Imperator, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Morauiæ, Marchio Luſatiæ &c. amantiſſimus noſter Dominus frater Germanus omnibus III. laudatiſſimi Regni Bohemiæ Ordinibus in Cæſareæ S. M. propoſitione, die Lunæ Quaſimodogeniti clementiſſime ſignificari curauerit,



Digitized by Google

quod videlicet ex amore & fraterno erga nos, tamquam amantiſſimum Cæſareæ
S. M. fratrem Germanum Seniorem, adfectu, tam ad conſeruandum Regni huius
proſperum ſtatum, atque adeo vt in futurum, ſin videlicet Deus Ter Optumus
Maxumus Cæſaream S. M. ex immundo hocce mundo ad æternum ſempiternæ
quieris portum euocauerit, omneis periculoſæ controuerſiæ & diſcordiæ exoriri
queant, clementiſſime in id conſenſerit, quod nimirũ nos (quum commemorati
iſti Ordines, ad clementiſſimam Cæſareæ S. M. factam rogationem, nos in deſig-
natum Bohemiæ Regem elegiſſent, & vnanimi omnium conſenſu, neminem,
præter nos, in Regem acceptandi decreuiſſent) viuente etiamnum Cæſarea S. M.
veteri priſcoque de more in Regem Bohemiæ publicaremur atque coronaremur:
addita eorumdem Ordinum vlteriori petitione vt coronatio iſta noſtra abſque
vlla mora maturari debeat, & iidem impoſterum nos pro Rege atque Domino ſuo
habere atque venerari velint.

Quum itaque omneis III. Regni Bohemici Ordines ante commemoratã
Cæſareæ S. M. inſtantem clementiſſimamque petitionem, in generali ac Vniuer-
ſali Prouinciali omnium Ordinum Conuentu, in maturam deliberationem con-
ſultationemque pertraxiſſent, & ſimul id, quod videlicet nuperrime elapſo A. C.
M. DC. IIX. poſt clementiſſimam Cæſareæ S. M. rogationem petitionemque, an-
tea in deſignatum Bohemiæ Regem, certis tamen conditionibus præmiſſis, electi
fuerimus, mature ſatis perpendiſſent, & tamdem in hoc ipſo tam erga Cæſaream
S. M. quam noſmetipſos beniuolentiſſime exhibentes nos, iuxta ipſorum Priui-
legia & libertates, in Regem Bohemiæ publicaſſent, & vna cum Cæſarea S. M. de
certo quodam die, in quo Coronatio (Deo Ter Optumo Volente) feliciter per-
ageretur, nempe die Lunæ in feriis Pentecoſtes, & XXV. D. M. Maii conueniſſent,
attamen expreſſa iſta ſibi reſeruata cantela, quod nos Rex MATTHIAS, ante mo-
do commemoraram noſtram laudabilem coronationem, ſæpius nunc comme-
moratis omnibus III. Regni Bohemici Ordinibus ſufficientes Reuerſales litteras
traderemus, & clementiſſime ſimul polliceremur quod intra XIV. dierum ſpaciũ,
à proxima noſtra coronatione, ipſis omnibus III Ordinibus in genere, & peculia-
riter quoque in particulari, à præcedentibus Bohemiæ Regibus, feliciſſimæ recor-
dationis, clementiſſime communicatas litteras & Priuilegia, quemadmodum et-
iam non minus à Cæſarea S. M Rege RVDOLFO II. amantiſſimo noſtro Domi-
no fratre Germano toties nunc commemoratis omnibus III. Regni Ordinibus,
ex ſingulari gratia atque clementia, non dumtaxat liberum Relligionis Sub Vtra-
que exercitium, verum etiam alias res politicas, vtpote remiſſionem mulctarum,
& bonorum iacturam, concernentes conceſſiones: item omnia Priuilegia, liber-
tates, iura, Prouinciales conſtitutiones, laudabiles priſcas conſuetudines atque
obſeruationes, cumprimis autem A. C. M. DC. IIX. & A. C. M. DC. X. facta Con-
uentuum Prouincialium Decreta, Ordinum, Sub Vna & Sub Vtraque compoſi-
tionem & tranſactionem, coniunctionem, quam iidem Ordines, Sub Vtraque,
cum Principibus & Ordinibus ex Sileſiæ principatibus elapſo Anno M. DC. XIX.
in vniuerſali Prouinciali Conuentu in puncto Relligionis inierunt, in omnibus
punctis, clauſulis & articulis, præfixo duarum ſeptimanarum ſpacio, vel Ordini-
bus Regni huius Bohemiæ ipſis, vel ipſorum loco ſupremo Pragenſi Burggrauio
tradi curaremus, & ita iſta omnia clementiſſime certo & re ipſa adimpleremus.



Digitized by Google

Quum itaque nos Rex MATTHIAS omnium III. huius Regni Bohemiæ Ordinum, commemorata iſta de cauſſa, quod videlicet nos in Bohemiæ Regem publicauerint, & cum Cæſarea S. M. Domino fratre noſtro Germano amantiſſimo ob coronationem noſtram conuenerint, beniuolentiſſimam erga nos adfectionem ipſo facto animo gratiſſimo ſatis ſuperque deprehenderimus: iccirco viciſſim nullo non tempore eo potiſſumum noſtra conſilia & actiones dirigemus, quo illud ipſum omnibus III. Laudatiſſimi iſtius Regni Bohemiæ Ordinibus cum omni Regia gratia atque clementia (in qua ipſis bene placebimus, & ideo procul omni dubio nobiſcum bene contenti erunt) decenti modo recompenſaremus.

Quocirca omnibus iſtis III. Regni Bohemici Ordinibus tenore præſentium iſtarum noſtrarum Reuerſalium litterarum, Regiis noſtris verbis iterum atq; iterum pollicemur, quod omnia ſupra commemorata, ob adprobationem, renouationem atque confirmationem omnium & ſingulorum Priuilegiorum, tam Relligionem, quam alia negotia politica, cumprimis vero omneis libertates, iura, Conſtitutiones Prouinciales, Laudabiles priſco-veteres conſuetudines & obſeruationes, inter eaſdem quoque Prouincialium Conuentuum Decreta illa imprimis, quæ A. C. M. DC. IIX. & A. C M. DC. X. facta ſunt, quemadmodum & initam compoſitionem & tranſactionem inter Regni Ordines tam Sub Vna, quam Sub Vtraque Specie, eorumdemue Ordinum Sub Vtraque cum Principibus & Ordinibus ex principatibus Sileſiæ nuperrime elapſo Anno M. DC. IX. in Vniuerſali Prouinciali Conuentu inſtitutam initamque in Relligionis negotio coniunctionem (quum illa concordia contra Romano Catholicam Relligionem Sub Vna non ſuſcepta eſſe debeat) concernentium, in omnibus punctis, clauſulis & articulis, intra duarum, à felici (Deo Ter Optumo Maxumo volente) Coronatione noſtra, ſeptimanarum ſpacium, ne minimo quidem excepto, clementiſſime confirmare, omnia fideliter & ſyncere ad exoptatum finem perducere, Regias itidem noſtras Maieſtatis litteras, manu noſtra propria ſubſcriptas, Regioque noſtro ſigillo munitas, quod nimirum toties nunc commemoratis laudatiſſimi Regni Bohemiæ Ordinibus in omnibus, tam à nobis, quam futuris atque ſubſequentibus Bohemiæ regibus, ſatis fieri debeat, vel ipſis Ordinibus, vel, ipſorum loco, ſupremo Pragenſi Burggrauio tramittere velimus.

Ad relliquos, ab Ordinibus huius regni Bohemiæ nobis propoſitos, communeis vulgareiſque articulos quod attinet, & qui hocce tempore peculiaribus de cauſſis definiri nequeunt, eoſdem ad futurum Vniuerſalem Prouincialem Cõuentum, qui à nobis Ordinibus indicetur, reiicimus, & ſimul iiſdem ſæpius nunc commemoratis Ordinibus ſancte promittimus quod omneis & ſinguli iſti articuli in eodem iam dicto Prouinciali Conuentu legitimo ordinarioque modo definiri debeant. Quæ omnia, vti certo ſibi Ordines polliceantur, vtrimque fideliter, conſtanter & abſque vllo fuco adimplebuntur. In cuius rei teſtimonium litteris hiſce reuerſalibus propria noſtra manu ſubſcripſimus, & regio noſtro ſigillo confirmari obſignarique mandauimus: quæ dabantur in Retſchino ſuperioris Pragenſis ciuitatis, die Sabbathi poſt Dominicam Exaudi, Anno Domini M. DC. XI. Hungariæ noſtri Regni Anno III.

## CAPVT CIII.

# EIVSDEM HVNGARIAE, ET DESIGNATI BOHEMIÆ REGIS, DOMINI MATTHIÆ VNIuerſalis Ordinibus Bohemiæ, poſt Coronationem, repræſentata obligatio: ſiue Reuerſales Litteræ Relligionis, & alia politica negotia concernentes.

Sub dato die Veneris poſt feſtum Corporis Chriſti A. C. M. DC. XI.

NOS MATTHIAS &c. NOTVM Facimus omnibus & ſingulis, tenore præſentium noſtrarum reuerſalium litterarum, quod promiſerimus coronam Bohemicam tueri atq; conſeruare, omnes Dominos, Equeſtrem Ordinem, Pragenſes aliaſq; ciuitates, tam omnem modo dictæ iſtius coronæ Bohemicæ communitatem, apud ſua iura, conſtitutiones, Maieſtatis litteras, Priuilegia, libertates, conceſſiones Prouinciales, tam relligionem quam alia etiam politica negotia concernenres: item apud conſtitutionem Prouincialem, Prouincialium Conuentuum decreta, cumprimis quæ A. C. M. DC. IIX. & A. C. M. DC. X. facta ſancitaque ſunt, quemadmodum etiam apud inter vtroſque, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, Ordines initam compoſitionem, & eorumdem SVB VTRAQVE cum Principibus & Ordinibus ex Principatibus Sileſiæ in vniuerſali Prouinciali Conuentu A. C. M. DC. IX. ſancitam initamque coniunctionem; (quæ contra Romano-Catholicos SVB VNA non ſuſcepta eſſe debeat) Item apud omneis priſcas laudabiles conſuetudines & obſeruationes, cumprimis laudatiſſimæ feliciſſimæque recordationis Regis Ottocari, Regis Ioannis, Caroli Cæſaris, Regis Wenceslai, Romanorum Imperatoris Sigiſmundi, Regis Albrechti, Regis Ladislai, Regis Georgii, Regis Wladislai, Ferdinandi, Maximiliani, & amantiſſimi noſtri Domini fratris germani Rudolphi, Romanorum Imperatorum, tam apud omneis à Cæſarea S. M. editas, & de ſe datas obligationes, abſq; vlla contradictione, remora atque impedimento ipſo facto tueri, conſeruare, atque pro virili protegere velimus.

Promiſimus quoque iiſdem toties nunc commemoratis laudatiſſimi iſtius Bohemiæ regni Ordinibus, quod videlicet arcem Carlſteinium, Coronam Bohemicam, & omnia Prouinciæ Priuilegia, præter voluntatem & conſilium Dominorum, Equeſtris regni Bohemiæ Ordinis, & Pragenſium ciuitatum, ad quas regalia iſta pertinent, nulli mortalium concredere decreuerimus. Porro quoque ſumus polliciti, quod Regni Bohemiæ conſtitutiones, & priſcas laudabiles conſuetudines ſartas tectaſque conſeruare, nullos exteros, tam ex Eccleſiaſtico, quam ſeculari ſtatu ad Prouincialia, aulica, ciuica, vel Eccleſiaſtica munera atq; officia promouere, ſed multo potius Bohemis iſtiuſmodi negotia, arces, & coronam committere velimus. Eaque omnia conſilio peragantur, atque in omnibus Coronæ Bohemicæ incorporatis Prouinciis, quemadmodum temporibus Cæſaris CAROLI aliorumque Bohemiæ Regium obſeruatum fuit, rite, decentiq; more modoque obſeruentur.

Promiſimus itidem quod nullas Prouincias, principatus, ciuitates, arces, munitio-

Digitized by Google

munitiones, populos, aliaque ad Bohemiæ regnum pertinentia bona vllo modo, vel dotis nomine à Corona abalienare, ſed, vice verſa, coronæ ablata vel immutata recuperare velimus. Præterea quoque polliciti ſumus Bohemicam monetam nullo modo alterare vel imminuere abſque totius Prouinciæ conſenſu, ſed, iuxta Coronæ Bohemicæ Priuilegia, in ſuo valore & eſſe illibatam imminutamque conſeruare: quemadmodum & omnia illa, quæ à noſtris anteceſſoribus, Romanorum Imperatoribus & Bohemiæ Regibus, Bohemiæ Ordinibus, vni, vel alteri cuidam perſonæ in ſpecie, vel ex Cæſareis, vel ex Regiis bonis atque feudis peculiaribus obligationibus clementiſſime conceſſa ſunt, ſancte inuiolabiliterq; ſeruabimus: NE TAMEN ISTÆ CONCESSIONES REGIS WLADISLAI, LAUDATISSIMÆ RECORDATIONIS, OMNIBUS REGNI BOHEMIÆ CLEMENTISSIME BARGITIS LIBERTATIBUS ATQUE BENEFICIIS FORSITAN ADVERSENTUR. Peculiariter denique vnicuique Ordini in ſpecie habentia ſua iura, conſtitutiones, Priuilegia, libertates, elocationes, Conſuetudines, & conceſſiones, quantum quidem ad vnumquemque Ordinem pertinere videbuntur, ſartas tectaſque conſeruabimus. NB.

In præmiſſorum fidem reuerſales haſce noſtras litteras Regio noſtro Sigillo confirmari mandauimus: Quæ dabantur in arce noſtra Pragenſi-Regia die Veneris, poſt feſtum CORPORIS CHRISTI. A. C. M. DC. XI.

## CAPVT CIV.

## SVPE- INFERIORISQVE ORDINVM SILESIÆ AD CÆSAREAM PROPOSITIONEM IN Principum Conuentu Vratislauienſi reſponſio, motum Bohemicum Relligionis negotium eſſe demonſtrans.

Sub Dato XII. Octob. A. C. M. DC. IIXX.

POSTQVAM ROMANO-CÆSAREA, Hungariæ Bohemiæque Regia Maieſtas, Imperator, Rex, & Dominus noſter clementiſſimus, per Cæſaream epiſtolã apud Inluſtriſſimũ Celſiſſimumq; Principẽ atq; Dominum, Dominũ IANCHRISTIANVM, Ducem Sileſiæ, Lignicii & Briegæ, ſupremum Capitaneum ſupe: inferioriſque Sileſiæ clementiſſime inſtitiſſet, vt videlicet vniuerſalem omnium obſequioſorum Principum & Ordinum Conuentum indiceret, ad quem Cæſarea S. M. certos aliquot Commiſſarios ablegare & obſequentibus Principibus & Ordinibus aliquot articulos proponere clementiſſime decreuiſſet: ideo, ad præſtandam Cæſareæ S. M. debitam obedientiam, laudatiſſimus ille ſupremus Sileſiæ Capitaneus commemoratos ante obſequentes Principes & Ordines conuocauit, qui etiam non contemnendo ſane numero ad deſtinatum præfixumque terminum comparuerunt, & tamdem ex Inluſtrium Generoſorumque Dominorum Cæſareorum Commiſſariorum, Domini Gundacceri, Domini à Lichtenſteyn & Niclausburg, in Wolfferſdorf, Polſtorf & Regenſtorf &c. Cæſareæ S. M. Cubicularii: Domini Nicolai liberi Baronis à Burghaus in Ionſdorff, *Vide Cap. XLVIII. in quo eadem Sileſiorum poſtulata mutatis mutandis repetuntur.*

Schildtberg, & Pettervvitz, Regii Conſiliarii, & Cameræ Præſidentis in ſup. inferiorique Sileſia: & Strenui Nobiliſſimiq; Domini Venceslai à Zedlitz in Schönauv &c. Cæſareæ S. M. aulico-cameræ Conſiliarii, Cubicularii, & Principatus Sagenſis Capitanei, iuxta exhibitionem Cæſarearum litterarum Credentialium, orali propoſitione, & tradita ſcripto comprehenſa Inſtructione tantum quidem perceperunt, quod nimirum Cæſarea S. M. ad illam obſequentium Principum & Ordinum, ſub dato Vratislauiæ IIXXX. Auguſti, humillimo ſtudio & obſequio exaratam epiſtolam, in duobus articulis aliquanto latiorem deductionem faciat: quo pacto nimirum Cæſarea S. M. pro primo, (minime conſiderato quam vehementer Cæſarea S. M. per è feneſtris præcipitationem duorum officialium Prouincialium vniuſque Secretarii læſa fuerit) eo vnice aldaborauerit, quo commodius omneis ſeditioſæ turbæ & hoſtiles præparationes bellicæ auerterentur, & per ordinarium iuris proceſſum denique tollerentur: quemadmodum etiam Bohemiæ Ordinibus per patenteis litteras (& quidem clementiſſime hac appendice addita quod videlicet apud ſuas Maieſtatis litteras & Priuilegia defendi, exorti ſiniſtri intellectus per Conuentuum Prouincialium Decreta componi, atque illum ipſum in finem exiſtumatione & auctoritate præſtantes perſonæ ablegari debuerint) non vna dumtaxat vice illud ipſum ſignificari, eoſdemque paterne admodum adhortari curauerit, vt nimirum pernicioſas præparationes bellicas vel intermitterent, vel conſcriptas iam dudum militareis copias iterum dimitterent, id ipſum quod Cæſarea S. M. tum neutiquam itidem intermiſſura eſſet: verum Bohemos paterna iſtiuſmodi conſilia omnia nauci æſtumaſſe, perquam minaces reſponſiones dediſſe, & maiores ſubinde vires cottidie adquiſiuiſſe: Quocirca Cæſaream S. M. captata ex Bohemorum pertinacia occaſione, conſcriptum exercitum in Bohemiæ regnum introduxiſſe, quamuis etiam poſtmodum per peculiareis epiſtolas & publicas patenteis litteras clementiſſime ſeſe eo reſoluiſſet ſin videlicet, iuxta vltimam ipſorum promiſſionem, cum depoſitione regiminis diu ante petitam diſarmationem ratam habere velint, Cæſaream S. M. paternā innatamq; ſuam erga eoſdē Bohemos incorporataſq; Prouincias clementiam, lenitatem, atque manſuetudinem toti terrarum orbi tum manifeſtam reddituram: priuſquam vero Bohemi conſcriptas ſuas militareis copias dimiſiſſent, & debito obſequio ſeſe ſummiſiſſent, Cæſaream S. M. pari modo abſq; armorum vſu nullam interpoſitionem inire potuiſſe.

Nam quod, pro ſecundo, Cæſarea S. M. per IIXX. cauſſas impulſiuas probare & affirmare conetur, controuerſiam iſtam Bohemorum nullum eſſe relligionis negotium: quocirca ad eum Principibus & Ordinibus initam Vnionem neutiquam pertinere, quod illorum, qui tam enormiter deliquerint & in exceſſu peccauerint, curam & patrocinium ſuſcipiat, multo minus æquitati eſſe conſentaneum quod iſtiuſmodi præfractis ac duræ ceruicis hominibus opem auxiliumque ferat, quemadmodum illud ipſum ex ſcripto comprehenſa & obſequioſis Principibus & Ordinibus repræſentata inſtructione liquido conſtaret.

Nunc igitur iidem illi obſequioſi Principes & Ordines halce late deductas ad: & exhortationes in maturam ſatis deliberationem pertraxerunt: pro impertita etiam ſibi Cæſareo-Regia clementia Cæſareæ S. M. ingentes agunt gratias, cum fideliſſimo humillimoq; voto, quod Deus Ter Opt. Maxum. primum Cæſa-

reæ

ræ S. M. dein quoque Cæſareo-Regiæ ſuæ M. coniugi, exoptatiſſimum, proſperrimumque Cæſareo-Regium ſtatum, vna cum diuturna proſperaque corporis valetudine clementiſſime largiri, exortam periculoſam intemperiem eò dirigere, & ad iſtiuſmodi exoptatum finem perducere dignetur, quo melius Cæſarea S. M. ab omnibus iſtiuſmodi difficillimis grauiſſimiſque curis in tam graui difficilique ſenectute liberari & omnia tamdem priſtino ſuo pacato vigori & nitori reſtitui queant.

Poſthæc obſequentes Principes & Ordines ſibi quoque in memoriam reuocant quid nimirum antehac, ſub dato XXVIII. Auguſti, non ſolummodo ad Cæſaream S. M. ex debito, humillimo fideliſſimoque obſequio perſcripſerint, verum etiam quid paullo ante per Cæſareæ S. M. conſiliarium Imperii aulicum, Dominum à Stralendorff &c. & iterum atque iterum per præcipuos ſuos delegatos Cæſareæ S. M. humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio propoſuerint, quot quantæque periculoſiſſimæ calamitates videlicet ſub iſtiuſmodi tumultuoſis ſeditionibus & ſeditioſis tumultibus metuendæ ſient: & quod in totis regnis, Principatibus, atque integris Prouinciis pernicioſiſſimæ innouationes atque mutationes acciderint, & quæ porro, ſub iſtiuſmodi bellicis tumultibus, calamitates & pernicioſiſſimi Prouinciarum interitus ſubſequantur, & quam extreme pati tam innocentes, quam nocentes, neceſſum habeant: quemadmodum etiam quodlibet bellum nihil certius, niſi vniuerſalem Prouinciæ deſolationem, Sacro-prophanæ pacis turbationem, Iuſtitiæ, omnium bonarum Conſtitutionum, Sanctionum, bonæ diſciplinæ, honeſtatis, debiti reſpectus ſubditorum erga legitimos ſuos Magiſtratus diſturbationem, commerciorum negotiationumque retardationem plerumque ſolet parere, & nulla calamitas vel infortunium tam grande eſſe poteſt, quod non in bello reperiri queat: quocirca ſupra, & ſæpius nunc commemorati obſequentes Principes & Ordines Cæſaream S. M. ſummiſiſſime rogarunt, vt leniſſimam quamque viam ſequeretur, & iſtiuſmodi media arriperet, quibus non dumtaxat omneis confuſiones, deſolationes, atque imminentia pericula mature ſatis anteuerterentur & præcauerentur, verum etiam quo citius meliuſque prouinciæ iterum priori pacifico & tranquillo ſuo ſtatui reſtituerentur, cumprimis quod præcipuæ aliquot domus Electorales, tamquam firmæ S. R. Imperii columnæ, & de quarum fideliſſimo debito obſequio neutiquam erat dubitandum, tam inſtanter ob pacificam quamdam interpoſitionem apud Cæſaream S. M. inſtitiſſent, & in eadem re nullum lapidem non mouiſſent. Pari modo & obſequentes Principes Ordineſque nihil omnino prætermiſerunt, ſed, ad teſtandum debitum fideleque ſuum obſequium, per certos delegatos Bohemiæ Ordines peramice & ſerio ad: & exhortati ſunt vt nimirum MODERATA CONSILIA, & æquitati conſentanea pacifica media nequaquam ſibi ex manibus extorqueri paterentur.

Nihilominus tamen non modo ex dictorum Legatorum relatione, verum etiam ex quibuſdam tramiſſis litteris & oralibus inſtructionibus, quas per certas quaſdam delegatas perſonas, mediantibus obſequentibus principibus & Ordinibus, fieri curarunt, tantum ſane colligitur, quod videlicet coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. atque adeo vniuerſo mundo proteſtati fuerint, ipſos Cæſareæ S. M. fideles, conſtantes & obſequioſos ſubditos permanſuros, quodq; ipſis

ipſis clementiſſima Cæſarea reſolutio, in qua Cæſarea S.M. clementiſſime annuiſſet vt per certos Commiſſarios Cæſareos intemperies iſta tolleretur, humillimo ſtudio arrideret, eamdemque ſummo deſiderio præſtolarentur: quemadmodum etiam eadem de re ad Regem FERDINANDVM, & Sereniſſimum Inluſtriſſimumq; Dominum Archiducem MAXIMILIANVM humillime perſcripſiſſent, vt videlicet & porro Cæſaream S. M. ad acceptanda pacifica media commouere minime dedignarentur.

Præterea quoque ipſos Electorum aliorumque S. R. Imperii Principum factam interpoſitionem ſingulari gratiarum actione acceptaſſe, & nullum non mouiſſe lapidem, quin pacifica iſta tractata prima quaque occaſione ad exoptatũ finem perducerentur: Quod vero interea ab inſtituta Confœderatione, antequam ipſis de pacifica tractatione, interpoſitione, & ſublatione toties conqueſtorum Relligionis grauaminum atque Maieſtatis litterarum infallibili aſſecuratione idonee caueretur, nondum recedere poſſint, id vnice & ſolummodo pacis oſorum & relligionis hoſtium cauſſa, qui pernicioſi Conſiliarii partim mox ab initio non dumtaxat à Maieſtatis litteris, verum etiam à compoſitione ſiue tranſactione illorum Sub Vna, ac ſubſequuta *AMNISTIA* ſeſe ſegregaſſent, atque ipſo facto ſatis ſuperque teſtatum feciſſent, quomodo videlicet erga illos Sub Vtraque, & Maieſtatis Litteras adfecti eſſent: partim ob perſequutionem Euangelicorum rideant, exultent, & contra Orthodoxo-Euangelicam Relligionem maiora ſubinde mala moliantur.

Et quamuis à Cæſarea S. M. promiſſum fuerit, quod motus iſti per ſalutaria pacifica media paterne atque clementiſſime tolli debuerint, nihilominus tamen illa ad aſſecurationem relligionis negotii minime fuiſſe directa, quemadmodum iſtiuſmodi ad pacem inclinantia media in nullis litteris patentibus reperta fuerint. Sed vice verſa ſummo cordolio experiri neceſſum habere, quod Cæſareæ S. M. perſuaſum fuerit, atque adeo ipſa in eas cogitationes inciderit, quaſi tumultuoſi iſti motus Relligionem minime concernerent, quod deſtructio & ſolo adæquatio noui templi Cloſtergrabenſis, & ſubditorum Braunauienſium in vincula coniectio ad Maieſtatis litteras minime pertineret, quod Cæſarea S. M. rebelles ad debitum obſequium reducere conaretur, & durante adhuc Cæſareæ S. M. reſolutione ſiue declaratione Ordines per patenteis litteras pro rebellibus publice declarare voluerit: cum tamen iidem (Ordines) coram Deo Ter Optumo Maxumo & vniuerſo mundo ſolemniter proteſtati fuerint, quod in Cæſareæ S. M. deuotione & debito obſequio, ceu fideles fidoſque ſubditos decet, permanſuri, & pro eadem (modo ipſis de relligione idonee ac decenter caueretur, & vice verſa, pernicioſi conſiliarii, pro ſuo merito, plecterentur, vel ſaltim ab officiis ſuis remouerentur) ipſam vitam, propriumque ſuum ſanguinem profuſuri eſſent.

Aſt, Ordines, hacce ſua ſolemni facta proteſtatione incaſſum laboraſſe, laterem lauaſſe, & Aethiopem dealbaſſe; ſiquidem Cæſareum exercitum interea nõ ſecus, quam antea, Bohemiæ regnum hoſtiliter inuaſiſſe, multos innocentiſſimos homines crudeliſſime trucidaſſe, paruulis infantibus, ad colla vberaque materna pendentibus, neutiquam pepercisſe, ſed in medium diſſectos, triſti perquam ſpectaculo, matribus ante pedes proieciſſe, multos pagos villaſque incendiis in cineres redegiſſe, atque adeo, abſque vllo vtriuſque relligionis cultorum reſpectu, omnia

omnia latrociniis, incendiis, direptionibus atque horrendis deuaſtationibus infeſta reddidiſſe: ex quibus omnibus nulla ſalutaria pacifica media in effectu, ſed multo potius finalis ruina, deuaſtatio, & deſolatio Regni Bohemiæ, cum extirpatione & deletione multorum innocentiſſimorum hominum, colligi potuerit.

Quamuis etiam iidem Bohemiæ Ordines apud Cæſaream S.M. per litteras, ſub Dato 29. Auguſti, iterum atque iterum inſtanter & humillimo obſequentiſſimoque ſtudio ſollicitarint, quod, quum exoptatæ pacis eſſent auidi, Cæſarea S. M. militis progreſſum inhibere, omnia hoſtilia attentata intermittere, ſupra commemoratas patentes litteras annullare, &, econtra, clementiſſime indigitata media per interpoſitionem abſque vlla mora quamprimum clementiſſime promouere non dedignaretur: nihilominus tamen humillimæ iſtæ Bohemorum Ordinum petitiones nuſquam locum inueniſſent, ſed omnia etiamnum in ſummis extremitatibus verſari, quum Cæſarea S. M. neque militem reuocauerit, vel in vnicam etiam certam infallibilemque armorum ſuſpenſionem nondum conſenſerit: nihilominus tamen interea diſarmatio Ordinibus tam ſtricte imponatur, & tum demum compoſitio, declaratio, ſiue reſolutio pacificæ alicuius ſperandæ tranſactionis iiſdem promittatur, Relligionis negotii vero, eiuſdem petitæ aſſecurationis, & pernicioſorum Conſiliatiorum amotionis ne verbulo quidem fiat mentio. Econtra quoq; Ordines certis quibuſdam Originalibus demonſtrare poſſe, quod Ieſuitæ in ſuis conſiliis non ad pacem, ſed ad bellum inclinarent, prætendentes: IAM EXOPTATVM ADVENTASSE TEMPVS REGNVM BOHEMIÆ, EIDEMQVE INCORPORATAS PROVINCIAS DEBELLANDI: ET MAIESTATIS LITTERAS, SACRO-PROPHANÆ PACIS PRIVILEGIA ATQVE LIBERTATES IISDEM SVBTRAHENDI: id quod Bohemiæ Ordinum tam orales, quam ſcripto aliquanto latius compræhenſæ deductiones ſatis ſuperque atteſtantur.

Quod Cæſareæ S. M. obſequioſi Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem amplectentes, ideo, ſub facta primi articuli mentione, aliquanto latius explicare non intermittere potuiſſe, quo melius Cæſarea S. M. informari poſſet, quid nimirum Bohemiæ Ordines ad id (quod videlicet Cæſarea S. M. omnia ad exoptatam pacē inclinantia media in medium propoſuerit, & quod iidem Ordines in eadem neutiquam conſentire velint) innuendo prætendant.

Equidem illi ipſi obſequentes Principes & Ordines, eidem Auguſtano Orthodoxæ Confeſſioni & Relligioni addicti, ex intimis cordium ſuorum penetralibus vnice & fideliter exoptarent, quod mox ab initio grauamina Relligionis in Bohemia decenti modo ſublata, iis SVB VTRAQVE apud Maieſtatis litteras, & cum iis SVB VNA factam compoſitionem ſiue tranſactionem protecti, ſi forſitan aliquot dubia occurriſſent, ad conſueta loca & compromiſſum ablegata, & non tam cito, ante latam ſententiam, cum exequutione, in deſtructione noui templi Cloſtergrabenſis, & captiuitate ſubditorum Braunauienſium, præcipitatum feſtinatumque, ſed multo potius, in tam late ſeſe extendentibus extremitatibus, ab iis (quibus forſitan minime gratum acceptumque fuit, quod vtriuſq; Relligionis cultores in pace, amore, & concordia interſe inuicem amice viuerent) ad tantos motus nullæ occaſiones datæ fuiſſent. Quoniam vero omnia in tam

 per-

Digitized by Google

perturbatum ſtatum inciderint, & nullo modo iterum illa commodius tolli atque componi poſſint, quam per mox ab initio à Cæſarea S. M. in medium propoſita pacifica tractata: immo plane impoſſibile appareat, ſin vtrimque extremitates iſtiuſmodi vlterius foueantur, & vi bellica tam arduum difficillimumque negotium expediri debeat, quod non Regnum Bohemiæ, eidem incorporatæ, aliæque vicinæ innocentiſſimæ Prouinciæ, extreme exhauriri, inque ſummam perniciem præcipitari oporteant: iccirco, commemoratis hiſce aliiſque de cauſſis, obſequioſi Principes & Ordines Cæſaream V. M. iterum atque iterum humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogant, orant, atq; obteſtantur, ne innatam ſuam Cæſareo-Regiã clementiam, lenitatem atq; manſuetudinem penitus præcludere, ſed multo potius tot Chriſtianorum innocentiam, cumprimis autem illarum Prouinciarum, quæ omnibus ſane temporibus in fideli conſtantia & conſtanti fidelitate apud Cæſaream V. M. eiuſdemque laudatiſſimos Dominos Anteceſſores vitam & ſanguinem ſuum profuderunt, elementiſſime perpendere, & fideliſſimam tot tantorumque S. R. Imperii Electorum aliorumque Principum intentionem maturo conſilio ponderare, vt tandem Prouinciæ in priſtinum ſuum quietum pacatũmq; ſtatum, cum depoſitione iſtius intemperiei, iterũ transferantur, & Religionis toties conqueſtis grauaminibus idonea ſufficientique aſſecuratione caueatur.

Ad II. Cæſareæ propoſitionis articulum quod attinet, in quo Cæſarea S. M. aliquot cauſſis impulſiuis permota, aſſeuerat, obſequioſos Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem & religionem amplectentes, haud iam perpenſa inter Bohemiæ Ordines, Principes atque Ordines Sileſiæ Vnione atque confœderatione, ſeſe huic intemperiei immiſcere, atque adeo iiſdem Bohemiæ Ordinibus ope & auxilio ſuccurrere neutiquã teneri & obligari: in eo obſequentes Principes & Ordines extra omnem ponunt dubitationis aleam, Cæſaream S. M. clementiſſime ſibi reuocaturam in memoriam id, quod, mox ab exortorum motuũ Bohemicorũ initio, fideles obſequenteſq; Principes & Ordines ratione debiti iuramenti & officii, Cæſareæ S. M. humillimo obſequioſiſſimoq; ſtudio expoſuerint: nimirum, ex multarum Prouinciarum populorumque exemplis & hiſtoriis teſtari poſſe, quod ex difficillimis Religionis Conſcientiarumq; violentis coactionibus & turbationibus, cumprimis quæ contra Cæſareo-Regia Priuilegia ſuſceptæ fuerint, nihil aliud in Regno vel Prouincia aliqua metuendum fiet, quam eiuſdem deuaſtatio, magnæ ſeditiones, periculoſæ mutationes, & vniuerſalis denique interitus & extremum excidium.

Iuxta illud obſequioſi & fideles Principes atque Ordines porro quoque Cæſareæ S. M. multis ſane circumſtantiis diiudicandum relliquerunt, quod videlicet omnis iſta intemperies ex Relligione ſuam originem traxerit, & quomodo omnes iſtæ difficultates, perſequutiones, atque intollerabilia prorſus grauamina de anno ad annum, immo indies eo magis magiſque adcreuerint, & exinde iſtiuſmodi extrema ſuam originem traxerint: iccirco obſequioſiſſimo ſtudio rogarunt, Cæſarea S. M. omnia ſua conſilia & actiones eo dirigere clementiſſime dignaretur, quo pacto videlicet Euangelicis in Bohemia & Sileſia commoda ſatisfactio & ſufficiens aſſecuratio in puncto Relligionis fieri, atque adeo omnia in priſtinum ſuum pacatum tranquillumque ſtatum reduci poſſent: Quo magis & ſplen-

Digitized by Google

& ſplendidius autem hancce ſuam fideliſſimam obſequentiſſimamque intentionem teſtatam facerent: magnis ſane ſumptibus ad Cæſaream S. M. inſignem quamdam legationem mittere decreuerunt, & per delegatos ſuos ſupra commemoratam petitionem inſtanter vrgere, & ob expeditionem ſufficientis vtiliſque ſatisfactionis maxumopere ſollicitare iuſſerunt: quemadmodum etiam pari modo Bohemiæ Ordinibus per alios peculiares delegatos, quod videlicet omnibus moderatis conſiliis & mediis locum dare tenerentur: omnia potiſſumum eum dumtaxat in finem, quo melius in Cæſareæ S. M. regnis & Prouinciis inter vtriuſque, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE ſpecie, Relligionis cultores omneis periculoſæ diffidentiæ tolli, econtra vero conſtans ac ſyncera confidentia conſeruari, etiam ad Cæſareæ S. M. proprium & Prouinciarum incrementum atque emolumentum exoptata pax incorrupta atque inuiolata permanere, & deniq; omneis periculoſæ inteſtinæ ſeditiones iterum ſedari & pacari poſſent.

Vtque præterea Cæſareæ S. M. eo clarius perſpicacinſque reddatur, quod in Bohemia exorta intemperies ex nulla alia re, quam relligione, dimanet: & quod homines eſſe oporteat, qui ſæpius ex mero erga relligionem odio atque inuidia ob Prouinciarum motus atque ſeditiones quaſi ſibi gratulentur & exultent, eaſdemque pro virili & excitent, & promoueant: iccirco obſequioſi & fideles Principes atque Ordines Cæſareæ S. M. iuxta omnia requiſita & circumſtantias obſequioſiſſimo ſtudio retulerunt, quomodo aliquot nunc ab annis in Sileſia cum relligione comparatum fuerit, & quam grauiſſimas turbationes atque perſequutiones Auguſtano Orthodoxam confeſſionem atque relligionem amplectentes tolerare & perpeti neceſſum habuerint. Cumq; Cæſarea S. M. per ſupra commemoratum legatum ſuum Dominum Stralendorffium clementiſſime promiſerit quod videlicet Prouinciarum Priuilegia, & Maieſtatis litteras ſartas tectaſque conſeruare velit: itaque obſequioſi principes & Ordines vnice ſibi perſuaſiſſent Cæſaream S. M. huius Regni Bohemiæ, eidemue incorporararum Prouinciarum in nupera delegatione propoſita difficillima relligionis grauamina perpenſuram, & omnia tamdem eo clementiſſime directuram, quo mature omnia mala anteuerti, & ſufficienti aſſecuratione præcaueri potuiſſent, idque potiſſumum eo magis quod Cæſareæ S. M. minime fuerit incognitum, in qua coniunctione & vnione Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, cum obſequentiſſimis Sileſiæ Principibus atque Ordinibus, IN PVNCTO TVRBATÆ RELLIGIONIS, inter ſe inuicem ſancto indiſſolubilique concordiæ vinculo obligati ſient, & quã ſanctè iſtam conſtantiã tueri teneantur.

Verum enimuero obſequentes Principes & Ordines primum ex iſta Cæſarea propoſitione depræhendunt quod pernicioſi quidam Conſiliarii Cæſareæ S. M. perſuadere conentur intemperiem iſtam Bohemicam non ex relligione exoriri poſſe: quod nulla offenſio probabilis: quod ſolo adæquatio noui templi Cloſtergrabenſis: mulctatio & caſtigatio miſerorum ſubditorum Braunauienſium, & iſtiuſmodi ſimilia ad Maieſtatis litteras neutiquam pertinerent: ſiquidem, pro ſecundo, in Cæſareæ S. M. nuperrime obſequentiſſimorum Principum & ordinum ad propoſita relligionis grauamina cõmunicata reſolutione expreſſe liquet, quod modo commemorata grauamina nullam importantiam curauerint, ſed



Digitized by Google

omnia potiſſumum eo ſpectauerint, quaſi in iiſdem nihil contra ius & æquitatem ſuſceptum fuerit.

Ad primam igitur Bohemiæ Ordinum prætenſionem quod attinet, negare ſane nemo poteſt, ſed multo magis notorium manifeſtumque eſt, templum Cloſtergrabenſe primum, poſtquam miſeri homines opus iam omnino conſummaſſent, ſolo adæquatum, ſimiliter quoſdam ciues Braunauienſes in vincula coniectos, ipſiſque vt templi iſtius claues ad Bohemicam Cancellariam perferrent, iniunctum fuiſſe: Item quod, cum Directores conueniſſent, & de hoc ipſo relligionis negotio conſultationem quamdam inſtituiſſent, Cæſareæ S. M. perſuaſum fuerit hoc negotium contra Cæſareæ S. M. propriam perſonam ſuſceptum eſſe, quocirca adeo rigida, meras minas ſpirantia mandata ad Directores tum temporis tramiſſa ſunt: quemadmodum illi ipſi, Relligioni & Confeſſioni Auguſtano-Orthodoxæ aduerſantes, omnia ſua conſilia & actiones eo dirigunt, quod ex relligionis negotiis rebelliones alioſque politicos exceſſus ſumis Magiſtratibus inculcate ſoleant: quod etiam, veluti ſenatus veteris, nouæ, & minoris ciuitatum Pragenſium ipſe teſtatur, Directores ſegregare conati ſint dum è ſuo medio, ad duarum partium poſtulationem & conuocationem directorum neminem ablegare auſi fuerint: iſtiuſmodi reſolutiones ſiue inſtructiones relligionis hoſtes dederint quod videlicet abſque Cæſareo iudice (ad quod officium plerumque Romano-Catholicam relligionem amplectentes homines promouentur) ii SVB VTRAQVE non conuenire debeant: & quod in hac ipſa propoſitione tẽpli Cloſtergrabenſis ſolo adæquatio adprobata fuerit, & pro turbatione relligionis minime ab ipſis æſtumetur: immo quod prætendere neutiquam vereantur, Cæſaream S. M. laudatiſſimæ, glorioſiſſimæque recordationis, Maieſtatis litteras Bohemiæ Ordinibus communicare minime potuiſſe, ſed eaſdem partim vi, partim dolo ab iſto modo cõmemorato glorioſiſſimo Romanorum Imperatore RVDOLFO II. extortas fuiſſe: Vt iam ſicco pede heîc prætereamus quod laudatiſſimi illi Bohemiæ Ordines expreſſe & dilucide in litteris & ſcriptis ſuis adteſtantur, quod Ieſuitæ ſcribant & omnia ſua conſilia in medium conferant, dicentes & ſcribentes: IAM EXOPTATVM (vti ſupra & ſuo loco quoque commemorauimus) ADVENISSE TEMPVS, QVO REGNVM BOHEMIÆ ARMIS PETI ET MAIESTATIS LITTERÆ, LIBERTATES, ATQVE PRIVILEGIA EIDEM POSSINT SVBTRAHI: & quod denique Euangelico-Orthodoxæ Relligionis cultores, etiam contra Maieſtatis litteras, è ſuggeſtibus publice in templis conuitiis proſcindantur, calumniiſq; iniurioſe impetantur.

Quod autem hæcce aliaque ſuo loco ordine recenſita commemorataque grauiſſima grauamina nihil aliud ſient, quam turbationes relligionis, & crudeles perſequutiones: iccirco obſequioſi principes & Ordines, ratione præſtiti ſui iuramenti, exinde aliud ſane nihil colligere potuerunt: imõ ſummum ipſis parit cordolium quod difficillima toties nunc conqueſta commemorataque relligionis & liberi eiuſdem exercitii impedimenta atque grauamina non pro relligionis negotio atque perturbatione & haberi & æſtumari velint.

Ex quibus omnibus ſane etiam ipſa Meridiana luce clarius manifeſtiuſque adparet, quod Bohemiæ Ordines SVB VTRAQVE haud immerito relligionis ſuæ grauamina prætendant, eademque pacis relligioniſque Orthodoxæ oſoribus

&ho-

Digitized by Google

& hoſtibus imputent: adeo quod iam amplius negari minime poſſit, ſed omnibus notum manifeſtumque fiet, ſolo adæquationes templorum, ob eorumdem exſtructiones, illorum claues ademptiones, hominum innocentiſſimorum in vincula coniectiones, & iſtiuſmodi ſæpe & ad nauſeam diuerſis in locis repetita grauamina quamplurima, nihil aliud eſſe, quam mera relligionis onera & grauamina. Quæ omnia etiam exinde magis probantur, quod Bohemiæ Ordines coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. atque adeo vniuerſo mundo proteſtentur, ſeſe Cæſareæ S. M. fideles & obſequentes ſubditos ad extremum vſque vitæ ſuæ ſpiritum permanſuros, atque pro eiuſdem ſalute & incolumitate vitam propriumque ſuum ſanguinem profuſuros, MODO IN PVNCTO RELLIGIONIS, IDONEA SVFFICIENSQVE IPSIS ASSECVRATIO PRÆSTARETVR.

Quum itaque nulla ſecularia ſiue politica negotia prætendant, ſed dumtaxat clementiſſimam aſſecurationem (id quod Cæſareæ S. M factu non admodum foret difficile) humillimo obſequentiſſimoque ſtudio vrgeant: Cæſarea S. M. etiam exinde magis magiſque clementiſſime colligere & cognoſcere poteſt, quod toties nunc commemorati Bohemiæ Ordines nil aliud niſi meram relligionis aſſecurationem adeo inſtanter deſiderent.

Pari etiam modo, pro II. cum iis oneribus & grauaminibus comparatum eſt, quæ obſequentes Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem & relligionem amplectentes, IN PVNCTO RELLIGIONIS hactenus ſuſtinere & tolerare neceſſum habuerunt, atque in omnibus ferme legationibus Cæſareæ S. M. humillime & obſequentiſſime proponi curauerunt, ac clementiſſimam eorumdem ſublationem, vel ſaltim mitigationem, perquam humili demiſſoque ſtudio petierunt: quemadmodum iſtiuſmodi deductiones, quærimoniæ & ſcripta, apud expeditiones Sileſiacas quamplurima reperiuntur, atque eadem de cauſſa eorumdem repetitiones heîc neutiquam denuo requiruntur: Principes & Ordines quoque hactenus, indubia ſpe freti, certo ſibi perſuaſerunt, omnia iſta grauamina per exoptatam, & Maieſtatis litteris conformem conſentaneamq; reſolutionem ſublata fore.

Verum enimuero quum ad hodiernum vſque diem non dumtaxat ſpe ſua fruſtrati, ſed etiam, vice verſa, hinc inde factæ perturbationes atque perſequutiones adprobatæ fuerint: id ex Cæſareæ S. M nuperrime edita & delegatis Viennæ traditis exhibitiſque reſolutionibus ſatis ſuperque deprahenditur.

Primum enim in iiſdem iam modo allegatis reſolutionibus, ad nudā dumtaxat Romano-Catholicæ partis aſſertionem relligionis negotium pro exceſſu politico acceptatur & declaratur.

II. Vniuerſum relligionis negotium non ad Maieſtatis epiſtolæ litteram fundatur, ſed ad Commiſſariorum relationem, & Cæſareæ S. M. ſubſequutam reſolutionem: cum tamen Cæſarea S. M. omnia mandata, reſcripta, Commiſſiones, reſolutiones omnino ſuſtulerit, & annullauerit. Omni præterea tempore quoque vniuſcuiuſque Prouinciæ ſingulare grauamen æſtumatum fuit, quod commiſſiones inſtitutæ, verſus aulam pernicioſæ inque Ordinum præiudicium vergentes relationes factæ, atque exinde non vna dumtaxat vice perniculoſæ reſolutiones ſubſequutæ fuerint: quemadmodum etiam Cæſarea S. M. RVDOL-

An. C. M.DC.IV. & M.DC.IIX. 18. Iulii.

PHVÆ II. eadem, toties nunc commemorata, conqueſtaque grauamina tollere promiſerit: comprærhenduntur etiam inſuper in toties à nobis allegatis Maieſtatis litteris ſequentia expreſſa verba formalia: NE AVTEM QVISPIAM IN HISCE IMPEDIMENTVM VEL REMORAM QVAMDAM INIICERE QVEAT: ICCIRCO, TENORE PRÆSENTIVM ISTARVM NOSTRARVM LITTERARVM, OMNIA MANDATA IN VNIVERSVM TOLLIMVS ATQVE ANNVLLAMVS Et paullo poſt: SIN FORSITAN CONTRA ISTAM RELLIGIONIS PACEM ET ASSECVRATIONEM VNICVM ALIQVOD MANDATVM, VEL ALIVD ISTIVSMODI, QVOD IN MINIMO ETIAM IMPEDIMENTVM ALIQVOD CREARE POSSET, EDERETVR: ILLVD IRRITVM ATQVE INVALIDVM PRONVNCIAMVS.

III. Satis ſuperque etiam teſtatum facit, ſi loci cuiuſdam Capitaneus, licet is Romano-Catholicæ relligioni addictus ſiet, ad Cæſaream S. M rem, relligionis violentiam concernentem, deferat, adeo vt exinde grauiſſimæ exequutiones ſubſequantur, homines in exilium pellantur, & in extremam perniciem præcipitentur.

IV. Maieſtatis litteræ eo detorqueri volunt, quod in iiſdem ad Ius Patronatus ſpectari oporteat.

V. Reſpectus itidem ad loci Ordinarium implicite introduci vult: cui tamen obſequentes Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam confeſſionem & relligionem amplectentes, nullum locum rellinquerent.

Et denique ad Romano-Catholici Magiſtratus relationem, plus, quam ad Maieſtatis litteras, reſpicitur: cum tamen relligionis negotia potiſſumum in hoc conſiſtant, quod ſæpius nunc commemoratæ Maieſtatis litteræ expreſſe, clare, atque dilucide teſtentur: QVOD, nimirum, TAM INTER ECCLESIASTICOS, QVAM SECVLARES MAGISTRATVS TEMPLORVM EXTRVCTIONES AVGVSTANO-ORTHODOXÆ CONFESSIONIS ET RELLIGIONIS SVBDITIS PERMITTANTVR: QVOD ETIAM OMNIBVS IN Locis Sileſiæ Propter Relligionem Homines Tam à Iure Ciuili quam Functionibus Magiſtratuum Minime Excludendi Sient, Quum Illud Ad Oppreſſionem & Extirpationem Auguſtano-Orthodoxæ Confeſſionis & Relligionis Amplectentium Pertinere Videatur: cum tamen toties nunc commemoratæ Maieſtatis litteræ iiſdem Auguſtanam Cõfeſſionem amplectentibus omnibus in locis liberum relligionis ſuæ exercitium permittant.

Econtra vero nulla à Romano-Catholicis ante communicatas Maieſtatis litteras impetrata Priuilegia hêic allegari poterunt, quum omneis iſtiuſmodi colores, turbationi relligionis Auguſtanæ Confeſſionis inſeruientes, in Maieſtatis litteris abſterganturːquemadmodum etiam ii, quibus poſt clementiſſime conceſſas Maieſtatis litteras templa occluſa fuerunt, non immerito eadem rurſus aperuerunt: exinde etiam relligionis negotium priſtino ſuo ſtatui & nitori merito reſtituatur. Aſt omneis iſtiuſmodi ſupra commemorati articuli in Cæſarea reſolutione ſicco pede prætereuntur: atque adeo vniuerſum relligionis negotium partim ad dilationes, partim ad inconceſſas Commiſſiones, partim ad ſuſpectas relationes, partim vero ad iſtiuſmodi vias, quibus Auguſtano-Orthodoxæ relligionis

gionis cultoribus cottidie & magis magiſque maiora grauamina imponuntur, dirigitur.

Quum itaque vniuerſo ferme terrarum orbi cognitum manifeſtumq; fiet, quod illa omnia, quæ hactenus decenti ordine à nobis commemorata ſunt, vera atque genuina relligionis grauamina ſient, & negari neutiquam poſſit, quod tam in Bohemia, quam in Sileſia, diuerſis in locis relligio grauiſſime perſequuta fuerit: in hodierna etiam Cæſarea reſolutione nullius toties rogatæ petitæque aſſecurationis, hiſce Prouinciis, vel Bohemiæ Ordinibus clementiſſime præſtandæ, fiat mentio, cuius rei gratia tamen obſequentes principes & Ordines apud Cæſaream S. M. per diſtinctas aliquot legationes inſtanter inſtiterunt, & in ſpecie relligionis oppreſſionem copioſioribus, & iuxta omneis circumſtantias, deduxerunt: iccirco iiſdem obſequentiſſimis fideliſſimiſque principibus & Ordinibus Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem & relligionem amplectentibus Cæſarea S. M. (vti ſane certo ſibi pollicentur) minime in malam partem interpretabitur, ſi illud videlicet præſtabunt, atque inuiolabiliter ſeruabunt, quod Bohemiæ Ordinibus, in Vnione ſiue Confœderatione, loco iuramenti tam ſancte pollicitі, & ad quod, iuxta tam inſignem clementiſſimam ratificationem Cæſaream, tam arcto confœderationis vinculo obſtricti atq; obligati ſunt: quum quilibet, reſpectu diuinorum humanorumque iurium, illud ipſum tenere & præſtare teneatur, quod integro adhuc mentis rationiſque ſenſu, implorato, loco iuramenti, diuino nomine, fideliter & conſtanter eſt pollicitus: econtra vero promiſſo non ſeruato, nihil, niſi certam diuinam vindictam, ſibi expectandam, certo ſibi perſuadeat; cuius tamen obſequentiſſimi principes & Ordines ſeſe adeo temere participes reddere, & ſimul Principale, glorioſiſſimum atque integerrimum nomen, gloriam & conſtantiam, in ſemel promiſſis decretiſque auxiliis, turpiter violare coram vniuerſo terrarum orbe, in quo iſta noſtra cum Bohemiæ Ordinibus facta coniunctio paſſim exauditur atque prædicatur, apud gratam poſteritatem non abſque ſingulari bonæ famæ læſione, neutiquam poterimus.

Aſt Toties Nunc Commemorati Obſequentes Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem Atque Relligionem Amplectentes, tenore præſentium iſtarum litterarum, coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæſarea S. M. atque adeo vniuerſo mundo ſolemniter proteſtantur quod dumtaxat in puncto Relligionis hocce ſuum Bohemiæ Ordinibus promiſſum auxilium intelligendum, neutiquam vero contra Cæſareo-Regiam S. M. ſed ſolummodo contra pacis publicæ turbatores inſtitutum fiet, hac expreſſa ſibi cautela reſeruata, quod præter in Vnione compræhenſos articulos, & quatenus res relligionem minime concerneret, cumprimis vero illius, cuius Bohemiæ Ordines inſimularentur, nequicquam ſibi arrogare velint. Exinde etiam Cæſarea S. M. motiuas iſtas, cumprimis quæ ſub numero XI. allegatur, obſequentiſſimis Principibus & Ordinibus, vti quidem certo ſibi perſuadere volunt, minime imputatura eſt. Quo facto iidem obſequentiſſimi fideliſſimique Principes & Ordines, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem Relligionemque amplectentes, Cæſareæ S. M. humillimo obſequentiſſimoque ſtudio certo pollicentur, quamprimum videlicet Bohemiæ Ordinibus SVB VTRAQVE, & huic Prouinciæ, æqua, certa, atque ſufficiens ſatisfactio, &, IN PVNCTO RELLIGIONIS AMPLIVS NON

TVR-

TVRBANDÆ, ET MAIESTATIS LITTERARVM IN OMNIBVS SVIS ARTICVLIS, CLAVSVLIS ET PVNCTIS, ABSQVE VLLA SINISTRA INTERPRETATIONE, VEL ALIA CONTRARIA RESOLVTIONE, INVIOLABILITER SERVANDARVM, legitima aſſecuratio fuerit præſtita, quod tum ocyus, & abſque vlla vlteriori mora Bohemiæ Ordinibus tramiſſas auxiliareis militareis copias iterum reuocaturi ſient.

Quibus Cæſareæ S. M. Cæſareo-Regiæ clementiæ obſequioſi Principes & Ordines humillime ſummiſiſſimeque commendant. Dabantur Vratislauiæ in Vniuerſali Principum Ordinumque Conuentu 12. Octob. A. C. M.DC.IIXX.

## CAPVT CV.

### *ALTERVM, PRINCIPVM ORDINVMQVE SILESIAE, IN CONVENTV VRATISLAVIENSI FACTVM Decretum, Cæſarem Ferdinandum, nouamque electionem concernens.*

Sub Dato in Septembri A. C. M. DC XIX.

POſtquam Inluſtriſſimus Celſiſſimuſque Princeps & Dominus, Dominus Ian-Chriſtianus Dux Sileſiæ, Lignicii, & Briegæ, ſupremus in ſupe: inferiorique Sileſia Capitaneus vniuerſalem Conuentum Dominis Principibus & Ordinibus, ad II. Menſis huius Septembris in ciuitatem Vratislauienſem hac potiſſumum de cauſſa indixiſſet, quo commodius videlicet hactenus decretum vniuerſale Prouinciarum Defenſionale negotium tamdem ad exoptatum finem effectumq; deduceretur, & tamdem plura, ad totius Reipubl. ſalutem atque incolumitatem ſpectantia, in maturam vniuerſalemq; deliberationẽ atque conſultationem traherentur: in quo etiam partim Domini Principes & Ordines ipſi, partim vero eorumdem auctoritate atque exiſtumatione inluſtres præſtanteſque Delegati non medioxumo ſane numero comparuerunt: Cum autem pariter Dominorum Delegatorum (qui hactenus, ob Sileſiæ Prouinciam, in altero ad Coronam Bohemicam pertinentium Prouinciarum Conuentu Pragenſi commorati fuerant) expeditionum ſuarum relationes in medium propoſitæ fuerint, iccirco nullum non mouerunt lapidem, ſed multo potius omnia ſua conſilia & actiones eo direxerunt, quin ad Prouinciæ defenſionale illud negotium reſtantia pro virili promouendo expedirent: quemadmodum etiam illud ipſorum decretum & reſolutio in peculiari quodam Conuentus Principum memoriali reperienda eſt. Cumque præterea ex eorumdem dominorum delegatorum relatione tantum quidem perceptum cognitumque fuerit, quod in iſto Prouinciarum Conuentu diu ante deſiderata, & à quomdam Cæſarea S. M. Matthia, laudatiſſimæ recordationis clementiſſime antehac permiſſa conceſſaque confœderatio non dumtaxat inter illas ad Coronam Bohemicam pertinentes, verum etiam inter Auſtriacas Prouincias, in certis peculiaribuſque quibuſdam punctis & articulis decreta, poſtmodum vero, mutata forma imperii, tractata fuerit; vbi quidem Prouincialis iſte Conuentus, perturbato confuſoque hocce potiſſumum rerum omnium ſtatu, maturo ſatis ante habi-

[illegible] conſilio, nihil ſane aliud inuenire potuerit, quam quod Rex Ferdinandus, electus Romanorum Imperator, adminiſtrationem & imperium Regni Bohemiæ, eidemue incorporatarum Prouinciarum, ex illis in relatione aliquanto latius deductis cauſſis atque circumſtantiis, amiſerit, Ordines & inquilinos iſtius Regni à præſtito euentuali iuramento re ipſa abſoluerit: vnde etiam ad nouam quamdam noui alicuius Regis electionem Ordines anſam occaſionemque habuiſſent, & vnanimi Regni Bohemici eidemue incorporatarum Prouinciarum Ordinum delegatorumq; conſenſu Inluſtriſſimum, Celſiſſimumque Principem & Dominum, Dominum Fredericum, nominis huius V. Comitem Palatinum Rheni, S. Rom. Imperii Archidapiferum & Electorem, vtriuſque Bauariæ Ducem &c in futurum Regem & Dominum elegiſſent, antea vero omnia ad negotium iſtud ſpectantia in maturam deliberationem conſultationemque pertraxiſſent.

Quamuis autem Dominis Principibus & Ordinibus hactenus nihil gratius acceptiuſque accidiſſet, quam quod Deo Ter Optumo Maxumo, ſummo omnium Imperatorum Imperatori, atque totius mundi Monarchæ viſum fuiſſet, atque honorificentiſſime commemorati Regis Ferdinandi cor & mentem, à morte Cæſareæ S. M. Matthiæ, ad pacifica & manſueta conſilia commouiſſet, quod videlicet ſua Maieſtas omne illud, quod hactenus in Regno Bohemiæ accidiſſet, & Cæſarem Matthiam ad arripienda arma per pacis oſores, & pernicioſos Conſiliarios commouiſſet, arrepta arma (potiſſumum quod priores & antiquæ exortæ ſimultates vnà cum perſona ipſa, cuius exiſtumationem atque reputationem tangere videbantur, iterum ſublatæ fuerint) depoſuiſſet, pernicioſos Conſiliarios, tamquam omnium exortorum malorum coryphæos & anteſignanos, ab officiis ſuis remouiſſet, imperii adminiſtrationem, iuxta aliorum regnorum exemplum (quibus, omnibus temporibus, res ſemper bene, proſpere, ac feliciter ſucceſſiſſet) Prouinciarum conſilio in meliorem ſtatum redegiſſet, confuſo perturbatoque tēpori aliquid condonaſſet, & (quum, viuente etiamnum Cæſare Matthia, tam hæc prouincia, quam ipſum etiam regnum ſeſe reſoluere neceſſum habuerit, quod nimirum ante intolerabilium relligionis grauaminum ſublationem, arma deponere & adquieſcere non poſſet) tam Sacræ relligionis quam prophanæ pacis priuilegia atque libertates redintegraſſet, & Prouinciis, de amplius non turbando, idonea ſufficientique aſſecuratione re ipſa, non dumtaxat litteralibus confirmationibus cauiſſet: atque quod ſub hiſce omnibus nihil amplius quæſitum petitumque fuiſſet, quam quod illud ipſum præſtaretur, iuxta quod Regia S. M. in Regem atque Dominum electus & acceptatus fuiſſet, & cui, eadem, non alia, de cauſſa, conſuetum iuramentum ſolemniter præſtitiſſent.

Quæ omnia ſi rite obſeruata &, vti S. Maieſtas bene potuerit, in realem effectum deducta fuiſſent, Dominos Principes & Ordines tum non dumtaxat certam infallibilemque ſpem & fiduciam concepiſſe, quod omnia relliqua, quæ forſitan ob immixtionem regiminis, &, viuente etiamnum Romanorum Imperatore MATTHIA, promotionem belli contra Bohemiæ Regnum, Prouinciis oneroſa admodum fuerunt, per idonea media, inter Magiſtratum & ſubditos ipſos, abſque vlla requiſita non neceſſaria interpoſitione, accomodari & in priſtinum ſuum pacatum tranquillumque ſtatum iterum redigi potuiſſent: verum etiam



Digitized by Google

iam (Principes atque Ordines) ſemper promptos, alacres, atque paratos fuiſſe, quo melius, modo ſi & minimum quoque initium ab altera parte factum fuiſſet, omnia media, ad præciſionem omnium contrariarum innouationum, & ſublationem omnis diffidentiæ, exoptatum ſuum finem attigiſſent, quemadmodum etiam iidem obſequentes Domini Principes & Ordines alias etiam Prouincias & Ordines ad ſimiles iſtiuſmodi pacificas conſiderationes commouiſſent.

Nihilominus tamen, vice verſa, obſequiotiſſimi Domini Principes & Ordines maxumo cordolio experiri neceſſum habuerunt, quod mali pernicioſique iſti conſiliarii Regiam S. M. viuente etiamnum Cæſare MATTHIA, contra expreſſas de ſe datas reuerſales litteras, commouerint, vt regimen & Directionem bellicam notorie ad ſe pertraxerit, in qua hactenus in hodiernum vſque diem male ſano exemplo continuatum fuerit, & tamdem mali pernicioſique iſti conſiliarii inchoationem imperii bello, ferro, igni, inauditaque alias Prouinciæ deuaſtatione confirmauerint, & contra Priuilegia atque libertates ſummopere coanguſtatos ſubditos nudis dumtaxat litteralibus pollicitationibus lactauerint: ita vt ne minimum quidem vllius realis aſſecurationis indicium apparuerit: interea autem omnimodæ doloſæ technæ, & inſidioſæ artes, ad Prouinciarum earumdemue membrorum periculoſam ſegregationem & factiones faciundas, excogitatæ fuerint, &, quod maxumum, notorium interim factum eſſe, quam pericoloſiſſima cum domo Hiſpanica pacta inita, & quod omnia aduerſæ partis conſilia & actiones eo potiſſumum directæ fuerint, quatenus nimirum huic Prouinciæ Priuilegia atque libertates, in quas ipſa etiam natura eaſdem collocauit, quaſque ab aliquot Bohemiæ regibus ex mera, libera, atque incoacta voluntate impetrarunt, rurſus adimi, eædemque abſoluto dominatui Hiſpanico atque adeo extremæ ſeruituti, à qua tamen omneis nationes non immerito vnice abhorrent, ſubiici poſſent.

Quum itaque iſta omnia obſequentiſſimi Domini Principes & Ordines ſibi merito ob oculos poſuerint, quod videl. nemo, imo ipſa vita non vitalis eſſe poſſit, honore & conſcientia ſua ſalua, ſub iſto imperio viuere queat: nec tam care recuperatis priſcis ac neotericis Priuilegiis, Relligionis & prophanæ pacis negotia concernentibus, vti frui debeat. Pro II. quod ad iſta exequenda nemo obligetur, cumprimis ob minime negandam relationem, quæ inter Dominos atque ſubditos, potiſſumum apud illa regna & Prouincias, quæ certis ſuis legibus fundamentalibus nituntur, & ad certa olim Priuilegia directa ſunt, in æternum permanebit: quemadmodum etiam, pro III. pro nulla nouitate æſtumandum, quod obſequium, quando Priuilegia & obligationes regis non conſiderantur, ipſo iure ceſſet: & quod ante aliquot annos apud priores Bohemiæ reges, ab eadem Sileſiaca Prouincia ad conſtantem ſuorum Priuilegiorum aſſecutationem mos iſte obſeruatus, &, per contradictionem, in effectum deductus fuerit.

IV. Ad idem faciundum ideo quoque nemo obligatur, quoniam per ſingulares Conceſſiones ſubditis tutela atq; protectio Relligionis, ad eamdem pertinentium Priuilegiorum, à Magiſtratu ſubtrahatur, & viciſſim illi (ſubditi) omni debito obſequio erga tam aduerſaria reſcripta, mandata atque conſtitutiones expreſſis verbis renunciauerint.

Pro V. quod apud gratam poſteritatem nequaquam excuſandum fier, ſeſe Hi-

Hiſpanicæ hæreditariæ ſeruituti, quum ad eamdem nullum ius & iuriſdictio concedatur, bona cum voluntate ſubmittere: exinde enim nihil aliud niſi extremæ conſcientiæ ſubactio, omnium libertatum interitus, & intolerabile prorſus ſeruitutis iugum plerumque metuendum.

VI. Quod neque ex priſcis Vnionibus, incorporationibus ſiue Confœderationibus, neque vllis ex pactis vel aliis quibuſdam rationibus minime demonſtrari poſſit, quod Principes & Ordines vmquam ſeſe ad iſtiuſmodi ſubiectionem obligauerint.

Sed multo potius, pro IIX. omnibus cognitum manifeſtumque eſſe, quod omneis politici, & quidem illi ipſi qui, præ cæteris in diſputatione pro ſtatu Monarchiæ, & Tyrannico, aliquanto rigoroſiores perhibentur, in hoc conueniant & concedant, quod in euerſione legum fundamentalium nemo amplius ad obedientiam obligetur, & ſaluo iuris titulo alium Dominum quærere poſſet.

*In legum fundamentalium euerſione nemo amplius ad obedientiam obligatur.*

IIX. Ex actis itidem, quæ cum RVDOLFO II. MATTHIA, Romanorum Imperatoribus & rege FERDINANDO interceſſerunt, liquet, omnibuſque pariter & ſingulis cognitum manifeſtumque eſt, quod omni tempore liberum exercitium & ſubſidium Relligionis Conceſſionum, Vnionis, Relligionis defenſionis, aliorumque ad id pertinentium Priuilegiorum, ſupra promiſſum obſequium & præſtitum iuramentum ſublatum, & econtra obſequium & iuramentum ſemper illis fuerit poſtpoſitum.

Quemadmodum etiam, pro IX. nemini certo perſuaderi poterit, quod videlicet contrahentibus, in acceptatione Regis FERDINANDI, vmquam in mentem venerit, ipſos videlicet iuramentum & obſequium dumtaxat ſimplici in papyro, litteris & ſigillo acceptare, vel in iſtiuſmodi abortiuis interpretationibus adquieſcere velle.

Idcirco obſequentes Principes & Ordines ex toto iſto proceſſu faciliime colligere potuerunt, cumprimis quod aliæ prouinciæ iamdudum igni ferroque deuaſtatæ fuerint, quod ſibi ipſis nullum ſane melius emolumentum expectandum, quam quod ad extremam ruinam referuentur, & itaque in tam communi cauſſa cum aliis quoq; Prouinciis ad aliam reſolutionem ineuitabilibus de cauſſis intentos eſſe neceſſum habuiſſe.

Ad illud autem exequendum, nullum aliud ſuperfuiſſe medium, quam quod, iuxta laudabile aliorum Regnorum Prouinciarumque exemplum, inter ſe inuicem conuenirent, & vnanimi omnium conſenſu iſta toties nunc repetita relligionis & prophanæ pacis grauamina à ſeipſis ſua ſponte remouerent, & tum iſtiuſmodi me: & remedia excogitarent, quibus, idonea ſufficientique ipſis prius aſſecuratione facta, priſcas & nouas ſuas libertates, Priuilegia, & fundamentales leges (in quibus vnice & ſolummodo ſalus Reipublicæ, conſtans pax atque concordia, tamquam immobili fundamento conſiſtunt) ab interitu ſartas tectaſque conſeruarent, eaſdemque ad gratam poſteritatem propagarent.

Cumque pari modo ſibi in memoriam reuocarent quod ad huncce eumdem finem iſta Vnio inter regnum Bohemiæ, Marchionatum Morauiæ, Ducatum Sileſiæ, & Marchionatum Luſatiæ, quæ laudabiliter INCORPORATIO nuncupatur, ſuſcepta, tum etiam quod ſubſequenter, non vna dumtaxat vice, diuerſimoda



Digitized by Google

ſimoda pacta, ſuper mutua defenſione, hinc inde & diuerſis temporibus inter Prouincias inita fuerint, atque adeo Regnum Hungariæ, poſt exortos motus Botſcaicos, etiam illic, tamquam ad conſtantem quamdam aſſecurationem, refugium ſuum ſumpſerit: quodque ſimili modo Sileſia cum regno Hungariæ, Auſtria & Morauia tam illo tempore, quam etiam ſequente A. C M DC. IIX. ſub exortis iſtis motibus, in puncto Relligionis & Priuilegiorum peculiari iuramento eo vſq; ſeſe coniunxerit, donec ſubſequente anno altero, in puncto Relligionis, cum Regno Bohemiæ certam infallibilemque aſſecurationem quamdam arripuiſſet, eidemq; hactenus opem auxiliumque præſtitiſſet: tum etiam quod Bohemiæ Ordines & porro quoq; neceſſarium eſſe autumauerint vniuerſalem quãdã Prouinciarum aſſecurationem, ad conſeruationem communis ſalutis, & præcauendas diuerſimodas doloſas technas atque fallacias, inſtituere, cuius permiſſionem etiam ab Imperatore Matthia, laudatiſſimæ recordationis, impetraſſent; quæ nihilominus tamen (etiamſi eius rei gratia A.C.M DC.X V. generalis Conuentus Pragam verſus indictus fuerit) per doloſas fallaceſque Rinikas Vulpeculas iterum impedita atque quaſi diſiecta fuiſſet. Quocirca ſumma neceſſitas eo magis magiſque poſtulauit vt, ad communis pacis, tranquillitatis, conſtantis infallibiliſque Relligionis protectionis, & legum Regni fundamentalium conſeruationem Prouinciarum Confœderatio ineuitabilibus de cauſſis concludi, & corporalibus iuramentis, extirpatis prius omnibus infidis corruptiſque aduerſantibus Sympatriotis, confirmari oportuerit, quemadmodum illudipſum ipſa experientia ſatis ſuperque teſtatur.

Quum vero, rebus hiſce ita conſtitutis, nulla ad certam pacem & acceptationem confirmationemq; tam neceſſariæ adeo aſſecurationis inſtitutæq; Confœderationis intentio ſperanda fuerit, & Maieſtatis IN CAVSSA RELLIGIONIS clementiſſimæ conceſſæ Cæſareæ litteræ in ſuo eſſe & reali vigore atque valore neutiquam conſeruari potuerint: ſed multo potius ipſa experientia hactenus ſatis ſuperque teſtatum fecerit, quod altero vel tertio anno Ordines armatos eſſe neceſſum habuerint, vel alias tamen extrema etiam formidine circundati fuerint, pacis oſores quoque, ob impetratum Relligionis exercitium, minime pacati adquieſcere potuerint, ſed varios actus modoſque procedendi, tam ante, quam poſt coronationem Regis FERDINANDI, excogitarint, ac denique nulla neque pax, neque relligionis certa protectio ſperari potuerit, licet iſtiuſmodi litterales aſſecurationes iuramento ſigilloque confirmatæ fuerint: nihilominus tamen reciproca partis obligatio ſemper & vbiuis ex debito requiratur: iccirco, pro II. nullum medium amplius fuit relliquum (potiſſimum quod nemo, rebus ita conſtitutis, & vti ex ſupra commemoratis, & à Dominis delegatis aliquanto latius deductis irreuocabilibus cauſſis liquido adparet, ad nullum amplius iuramentum, quod alias mere euentuale fuit, & à reali Regiæ obligationis præſtatione totaliter dependit, obligari poſſit) quam vt de alio capite, rege, ſupremo duce atque Domino proſpiceretur, &, more maiorum, ad nouam electionem accederetur: id quod etiam à Dominis Delegatis factitatum eſt.

Et quamuis etiam probe conſideratum omnique ſtudio & ſolertia perpenſum fuerit, quod mutatio iſta abſque difficillimis bellis, innocentiſſimi ſanguinis profuſione, & infinitis incredibilibuſq; ferme ſumptibus continuari nequeat,

&, in-

Digitized by Google

&, iuxta illud, ſecundum vulgare pro: & veriuerbum omnis Mutatio periculoſa fiet: nihilominus tamen obſequentiſſimi Domini Principes & Ordines heîc potius ad Deum Ter Opt. Maxum, tamquam ſummum bonum, quam ad temporale, fluxum, caducumque bonum reſpexerunt: tum etiam honorem, nomen, conſcientiam atq; poſteritatem, penes rei manifeſtiſſimam iuſtitiam, ſum̃opere perpendere neceſſum habuerunt, quo tamdem per illud ipſum medium Prouinciæ ab infamia & toties iterum atq; iterum conquæſtis grauiſſimis grauaminibus liberari, & ſin minus ipſæmet, attamen earumdem poſteri ad ſecuram conſtantemq; pacem atq; quietem peruenire poſſent, &, procul omni dubio, adſiſtente diuina gratia, ad eamdem peruentum ſunt. Itaq; , in nomine SS. indiuiduæ Trinitatis, abſq; vlla contradictione, omneis & ſinguli vnanimi omnium conſenſu decreuerunt, quod nimirum omne illud, quod ipſorum ad Coronæ Bohemiæ eidemue incorporatarum Prouinciarum Conuentum Pragam verſus miſſi Delegati nō dumtaxat cum Prouinciarum nouæ Confœderationis concluſione, verum etiam cum noua Regis & Electoris Frederici electione tractauerint, promiſerint, & concluſerint, in omnibus illius punctis, clauſulis, & articulis, tenore præſentium litterarum, ratificare, rata acceptaq; habere, in iiſdem conſtanter perſeuerare, & propterea extrema quæque impendere velint.

In cuius rei confirmationem illi (Principes & Ordines) non dumtaxat inter prouincias deliberatam inſtructionem pro Delegatis, qui ad nouum electum regem, omnium Prouinciarum nomine, propediem ablegabuntur, com̃uni Prouinciali Sigillo obſignari mandarunt, verum etiã, Sileſiæ gratia, ad iſtam delegationem exorarunt atq; denominarunt Inluſtriſſimũ Celſ. Principem & Dominum, Dn. Henrico-Venceslaum, Ducem Münſterbergenſem Olſenſem, atque Sileſiæ, Glatzæ Comitem, Dominum Sternbergæ & Iaiſchuici &c Generoſiſſimos, Nobiliſſimos, Strenuos, Clariſſimos, Ampliſſimos, Honeſtiſſimoſq; Viros, Dominũ Ian-Godofredum Schaff/cognomento Gottſch/liberum Baronem in Trachenberg, Dominum hæreditarium in Kinaſt, Greiffenſtein & Camitz &c. Albrechtũ von Rhor & Steinaw Seiffersdorff/ Principatuum Schvveidnizenſis & Iauerenſis Prouinciales Vicarios &c. ac Ianum Wirthium, Senatorem Schvveidnicenſem: qui deinceps ad 16. inſtantem diem M. Octobris Brandiſii conuenturi, & exinde verſus Pragam profecturi ſunt.

Pari modo decretum eſt quod noua regia electio per Inluſtriſſimum Principem, Regii officii ſuperiorem præfectum, omnibus Ordinibus inſinuari, & ſimul omnibus Principibus, Dominis, præfectiſque ſignificari debeat, quod videlicet quilibet in ſuo Principatu, Comitatu, Dominio, atque præfectura eamdem iſtam nouam regiam electionem è ſuggeſtibus publice proclamari, & vna populum ad veram pœnitentiam, gratiarum actionem & preces, pro benedictione & proſperitate noui ineuntis Imperii, conſeruationẽ propagationemq; veræ ſaluificæ relligionis, & reſtitutionẽ conſtantis pacis & concordiæ ſum̃o ſtudio ad: & exhortari curet Ad Confœderationẽ quoq; quantum quidẽ attinet, quamuis AVGVSTANO-ORTHODOXAM CONFESSIONEM ET RELLIGIONEM AMPLECTENTES PRINCIPES ET ORDINES IN HAC PROVINCIA per Pragenſes ſuos Delegatos eamdẽ ſolemni conſuetoq; iuramẽto cõfirmauerint, nihilominus tamen (quũ iſta Cõfœderatio nunc pro lege publica & fundamentali Regni, eidemq; incorporatarũ

prouinciarum omnium acceptari, & fideles, ab infidelibus Sympatriotis ſegregari debeant) in perſona propria iuramentum denuo præſtare decreuerunt: quemadmodum hodierno die à ſingulis præſentibus reali conſuetaque ſolemnitate factitatum eſt: & ſimili modo in hæreditariis Principatibus ab Ordinibus Prouincialibus, ciuitatibus, cumprimis illis, qui diuerſimodis muneribus atque officiis funguntur, tam Romano-Catholicam, quam Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem relligionemque amplectentibus fieri, & ad illud ordinarii Conuentus Prouinciales, ad Simonis Iudæ omnibus in locis celebrari, officiales & Capitanei vero ante, nimirum ad XXI. diem Octob. in ciuitate Vratislauia ſolemne illud iuramentum coram Collegio Defenſorum præſtare tenebuntur.

Ita viciſſim ad commemoratum iſtum XXI. diem Octobris, attamen pridie iſtius diei ad veſperam, in modo dicta ciuitate Vratislauia omneis Romano-Catholici Ordines, tam Eccleſiaſtici, quam Seculares (excepta Teſcha, cuius Prouincialibus Officialibus per Conuentum Prouincialem neceſſitatem promouere committitur) Commendatores, & Status minores, tam Capitulares ad D. Ioannis & S. Crucis, quam alii quoque Prælati, Abbates, & Romano-Catholicus Clerus, quum illis eo vſque dilatio conceſſa fuerit, per citationem peremptoriam, & ſub iactura omnium ſuorum bonorum, beneficiorum, fundationum, omniumq; prouentuum & redituum, comparere, Confœderationi iſti ſubſcribere, atq; tandem, ceu relliqui Confœderati Principes, Ordines, & ſubditi, conſuetum iuramentum ſolemniter præſtare obligabuntur.

Romano-Catholicis etiam omnibus in locis, vbicumque etiam, vti ſuo loco diximus, conuenerint, ſignificabitur, quum ſumma ſiet iniquitas quod hactenus Collegiatæ Cathedrales Eccleſiæ, & Romano-Catholicus Clerus loci Epiſcopo peculiareis contributiones, etiam ſæpius ad obpreſſionem & impedimentũ Euangelicorum, præſtare neceſſum habuerint, cum tamen iſtiuſmodi ius collectandi ad territorii iura pertineat, quibus epiſcopus nullibi locorum, quam in locis & finibus ſui Epiſcopatus vti frui poteſt, iccirco per ſpecialem Sileſiæ confœderationem illud ipſum abrogatum, & cuilibet Collegio & Clero, ſub mulcta M. thalerorum, prohibitum eſto.

Quum itidem, iuxta Confœderationem, Capitanei in hæreditariis Principatibus Euangelicæ relligioni addicti eſſe debeant: icirco Prouinciales Ordines cuiuslibet hæreditarii Principatus repertos Romano-Catholicos Capitaneos ab officiis remouebunt, & in ipſorum locum Euangelicos tamdiu ſubſtituent, donec Regia S.M. hac in re aliter diſpoſuerit.

Similiter Ordines & Officiales diligenter obſeruabunt, quod, vbi Senatus ex meris Romano-Catholicis lectus fuerit, eidem totidem Euangelici ad- & coniungendi ſient, adeo vt Senatus ex Semi Euangelicis, & Semi-Romano-Catholicis conſtituatur: hac tamen expreſſa cautela reſeruata, quod Conſules ſemper Euangelicæ Relligioni addicti, & ad eaſdem functiones minime ſient inhabiles.

Iuxta illa omnia quum in hoc Conuentu, ob Romano-Catholicum Senatum Oppelenſem, &, antehac, Rattiborenſem, quærelæ inſtitutæ fuerint: icirco Domino Prouinciali Iudici, Adſeſſoribus, & Officialibus Prouincialibus Principatuum, Oppelenſis, & Rattiborenſis, tenore præſentium harum litterarum, ab vniuerſis & ſingulis Dominis Principibus ac Ordinibus imponitur atque committitur,

mittitur, vt nimirum iſtiusmodi Senatus mutationem (vti iam ex IIXX. Confœderationis articulo commemoratum eſt) in ambabus iſtis ciuitatibus abſque vlla mora inſtituant, & ſimul à prioribus Senatoribus iuſtam adminiſtrationis ſuæ rationem exigant, inconuenientia quoque in meliorem ſtatum ordinemque redigant, atque ita errata corrigant.

Quibus in locis vero potior Euangelicorum pars reperienda, quum confœderatio clare & dilucide iubeat, quod illinc ciuilia officia & Magiſtratus vrbici cum Euangelicæ relligioni addictis perſonis conſtitui debeant: iccirco ſimul, ob controuerſiam ciuitatis magnæ Glogauiæ Senatus lectionem concernentem exortam, & in hoc eodem Ordinum Conuentu propoſitam, decretum eſt: poſtquam omneis ciues ſupra Senatus lectionem certa habeant Priuilegia, quibus tamen de facto deſtituti, & Euangelici, quo ad numerum, Romano-Catholicos longe ſuperare debeant: iccirco loci iſtius præfecto Principes & Ordines IX. diem Octob. ad Conuentum indixerunt, eidemque, certis quibuſdam de cauſſis, Nobiliſſimos, Strenuos & Ampliſſimos viros, Dominum HENRICVM à Stange & Stonſdorff, in Saſterhauſen &c. ac Dominum CHRISTOFERVM à Zedlitz, in Aichholtz, & Dona, Principales Lignicenſes Conſiliarios, & Mareſcallum aulicum &c. adiunxerunt, qui iuriſdictionem electionis Senatus, quo vſque ſeſe ciuium Priuilegia extenderint, reſtituerent, eamdemque, iuxta Priuilegia & veteres conſuetudines, eo potiſſumum dirigerent, quo loca Senatoria vacantia, ſecundum XIX. Confœderationis articulum, cum Euangelicis perſonis adimpleri, & apud iſtum Actum alias contra Romano-Catholicos nihil indecenter queat ſuſcipi.

Porro itidem iidem Domini Principes & Ordines maxumopere neceſſarium eſſe autumarunt, quin ad protectionem ſæpius nunc commemoratæ confœderationis certos quoſdam Defenſores conſtituerent: iccirco inter alios iuxta ſuperiorem præfecturam Regiam ex Ordine Principum denominarunt Inluſtriſſimos Reuerendiſſimumque Principem ac Dominum Dominum IAN-GEORGIVM, Seniorem, Marchionem Brandenburgenſem, Boruſſiæ, Stettini, Pomeraniæ, Caſſuborum Vandalorumque, etiam in Sileſia, Croſſa, & Iägerndorffa Ducem, Equeſtris Ordinis D. IOANNIS in Marchia, Saxonia, Pomerania & Vandalia Magiſtrum, Burggrauium Norimbergenſem, Principem Rügenſem, Generalem Mareſcallum Supe: Inferiorisq; Sileſiæ &c. Dn. GEORG-RVDOLPHVM, Ducem Sileſiæ, Lignicii, & Briegæ &c. Dominum Henric-Venceslaum, & Dn. CARL-FREDERICVM, fratres Germanos Duces Münſterbergenſes, Sileſiæ, Olſæ, Comites Glatzenſes, Dominos in Sternberg & Iaiſchwitz &c. Et Generoſiſſimos Dominos, Dominum IOACHIMVM MALTZANVM, liberum Baronem à Wartenburg & Peutzelin, in Militſch & Freyhan &c. & Dominum IAN-VLRICVM Schaff, cognomento Gotſch, Dominum hærediratium in Kinaſt, Liberum Baronem in Trachenberg, Greiffenſtein & Camitz &c. Ex Principatibus hæreditariis ſingulos ſemper Capitaneos, hac tamen expreſſa cũ conditione, quod illorũ quilibet ex iſto Principatu, vnam perſonam è Prouincia, ſin vnus vel alter ad comparendum forſitan impediatur, ad expeditionem iſtam denominet, & Regiæ ſuperiori præfecturæ pro inſtructione prima quaque occaſione denominet. Ex ciuitatibus Schweidnizenſes IANVM WIRTHIVM, Gurauienſes ELIAM HEL-

DIVM,

Digitized by Google

sdivm, & Franckenſteinenſes Nicolavm Leipertvm, Senatores, deputarunt: qui omneis & ſinguli heic Vratislauiæ ad XX. D. Octob. comparere, & luce craſtina ad defenſionis officium ſolemne iuramentum præſtare, atque cumprimis à Romano-Catholicis Ordinibus, Commendatoribus, & Vratislauienſi clero, vti ſupra commemorauimus, iuramentum ad confœderationem iſtam acceptare tenebuntur.

## FORMVLA IVRAMENTI AB VRATISLAVIENSIBVS CAPITVLARIBVS PRÆSTITI.

EGo N: iuro Deo Ter Optumo Maxumo quod omneis & ſingulos inter illas ad coronam Bohemicam ſpectantes Prouincias, in nupero celebrato Conuentu Pragenſi ſancitos, decretos, & ab omnium Prouinciarum delegatis obſignatos, ſolemnique iuramenro confirmatos Vnionis articulos, in genere omneis Prouincias, & ſingulam Prouinciam in ſpecie concernentes, nunc & in omnia futura tempora conſtanter inuiolabiliterque ſeruare, omnia in iſtis compræhenſa ſyncere & fideliter exequi, cumprimis autem quiete & pacifice abſque vlla vllius doloſæ technæ contra Euangelicos inſtiturione viuere, & aduerſus Maieſtatis clementiſſime conceſſas litteras liberum relligionis exercitium concernentes nihil attentare velim: atque in hoc ipſo me nullius hominis, ſupe: vel inferioris Status atque conditionis, clementia vel inclementia, amicitia vel inimicitia, donatio vel promiſſio, quemadmodum etiam per nulla tractata neque vnicam à iuramento abſolutionem, vel vllam Eccleſiaſticam conſtitutionem ſiue Concilia, decreta de hæreticis non ſeruanda fide, quam eorumdem exceptiones (quibus omnibus & ſingulis, qualicunque etiam modo excogitari poſſint, iam & in futura omnia tempora, firmiter renuncio) auertent, & hæc omnia ſub in diuino atque humano iure trangreſſoribus comminata pœna periurii, & iactura meorum beneficiorum, bonorum, Prouentuum & redituum, quibus in Sileſia vſurus & participaturus ſum, qui omneis vniuerſæ Prouinciæ per violationem meam ceſſuri ſunt: ITA ME DEVS BENE IVVET.

Quum itaque ſupra commemoratis Capitularibus Vratislauienſibus ab Ordinibus Sileſiæ non minima dumtaxat ſuorum redituum ac Prouentuum portio ſubtracta fuerit, verum etiam (abſente Archiduce Carolo, Epiſcopo Brixienſi & Vratislauienſi, qui ſeſe interim, dum ſæua iſta tempeſtas Sileſiaca iterum præteriiſſet, in Poloniam, Varſauiam nempe, contulerat) iidem Principes & Ordines duo ſigna peditum Noueſium introduxiſſent, quorum vnum arci, alterum vrbi in præſidium impoſueranr, & armata manu miniſtrum quemdam Euangelicum ad concionandum, magna ciuium gratulatione ac lætitia, adduxerant, iccirco horum attentatorum gratia Reuerendiſſima ac Illuſtriſſima ipſius Celſitudo ad Ducem Briegenſem ſequentem epiſtolam ablegauit.

## CAPVT CVI.

### *CAROLI ARCHIDVCIS AVSTRIAE, EPISCOPI BRIXIENSIS ET VRATISLAVIENSIS, AD IAN- Chriſtianum Sileſiæ Ducem &c. Epiſtola.*

Sub dato Warſouiæ IIIXX. Octob. A. C. M. DC. XIX.

SAlutem & officia noſtra promtiſſima &c. Inluſtriſſime, Celſiſſimeq; Princeps, amiciſſime adfinis, frater atque compater: Ex noſtri Cathedralis Collegii vel Capituli Vratiſlauienſis huc ad nos perlata relatione, quemadmodum etiam à Conſiliariis noſtris ſummo ſane cum cordolio percipere neceſſum habuimus, quatenus nimirum à Celſitud. V. modo dictum Capitulum ad depoſitionem iuramenti, Bohemicæ Capitulationis cauſſa, requiſitum, & paullo poſt in reſidentiam Principalemque noſtram Ciuitatem Noueſium peditum ſignum illatum fuerit. Quamuis vero nobis, tam à Celſit. V. quam ab aliis etiam Principibus & Ordinibus Sileſiæ, nihil aliud imaginari poſſimus, quam quod noſtro toto tempore hactenus, & impoſterum quoque publice continuato beniuolentiſſimo adfectui, pares cogitationes & adfectiones ſignificari debuerint: cumprimis quoniam Cel. V. ſibi facillime reuocabit in memoriam, quomodo videlicet nos, ad ſingulorum Dominorum Principum Ordinumque rogationem (minime iam conſiderata perturbata tum temporis omnium rerum facie, cui nos vmquam immiſcuimus) tam per litteras, quam per Cancellarium noſtrum Aulicum, ob decentem compoſitionem Noueſiacæ intemperiei, Dominis Principibus in honorem & ad demonſtrandam Prouinciæ ſufficientem ſatisfactionem, reſoluerimus, & in cæteris nihil vmquam prætermiſerimus, quod forſitan in emolumentum iocundiſſimæ omnium patriæ cedere quiuiſſet: iccirco peregrinum admodum nobis viſum fuit, quod noſtrum Capitulum, & noſtræ fidei commiſſum Cathedrale Vratiſlauienſe Collegium, à Cel. V. aliquanto durius onerari velit, de quo tamen nos, tamquam primus ſtatus Prouinciæ, ne minimam quidem ſcientiam impetrauerimus, multo minus noſtri ad Principum Conuentum deputati conſiliarii & legati ad iſtiuſmodi decretum vel conſilium, quæ nihilominus tamen ſtatum publicum ſummopere concernunt, neque vocati, neque vſurpati fuerint: cumprimis quod Cel. V. minime ſiet incognitum, quod Capitulares, abſque vllo noſtro præſcitu & voluntate, non ſecus quam alii Principes & Ordines, ſeſe reſoluere neque in quicquam conſentire poſſint: adeo vt non dumtaxat vniuerſalibus Conſtitutionibus, Ordinum libertatibus, & priſcis Conſuetudinibus, verum etiam nobiſmet ipſis difficilimam quamdam prærogatiuam aliis etiam in locis importet, cumprimis quod milites ſimul cum Cel. V. litteris in noſtram ciuitatem, quum tamen, Deo Ter Optumo Maxumo ſit laus & gloria, de nulla adeo magna neceſſitate nobis conſtiterit.

Quum itaque, vti paullo ante, & in limine huius noſtræ epiſtolæ commemorauimus, de Sileſia, vti quidem certo nobis pollicemur, melius ſimus promeriti, & peramicam fraternamq; beniuolentiam nobis ſerio promittamus: ea pro-

ptet Cel. V. peramice & fraterne rogamus, vt ſupra dicto noſtro Cathedrali Vratislauienſi Capitulo onerofis iſtiuſmodi impoſitionibus parcere, &, in noſtra abſentia, nobis, tamquam Primo, & Prouinciæ fidei, ab iſta minime ſegregato Ordini, nullam in præiudicium noſtrum vergentem prærogatiuam, reſpectu ſuperioris præfecturæ & omnis æquitatis, intentare, ſed multo potius nos, penes omneis ac ſingulos Dominos Principes & Ordines, pari beniuolentia & quieto tranquilloque ſtatu conſeruare complectique minime dedignetur. In eo Reipublicæ non medioxumum ſane præſtatur officium, quod nos peramicis fraternisq; officiis nullo non tempore recompenſaturi ſumus. Dabantur Warſouiæ IIIXX. Octob. A. C. M. DC. XIX.

## CAPVT CIIIX.

Rebus ita in Sileſia conſtitutis, Dominorum Ordinum Bohemiæ, eidemue incorporatarum Prouinciarum delegati ad Polonorum Regem ſingularem quamdam epiſtolam ablegarunt, cuius copiam heic ſubiicimus.

### *DOMINORVM BOHEMIAE ORDINVM, INCORPORATARVMQVE PROVINCIARVM DELEGAtorum, ad Polonorum Regem Litterarum initam Confœderationem concernentium Copia.*

Sub dato 16. Nouemb. A. C. M. DC. XIX.

PRincipes & Ordines Sileſiæ, Sereniſſime, potentiſſime, atque clementiſſime Rex & Domine, Auguſtano-Orthodoxam Confeſſionem & Relligionem amplectentes, Honeſtiſſimi & dilectiſſimi noſtræ confœderationis Socii non ita pridem nobis ſignificarunt quam grauiſſime Regia Mai. per illius delegatos, qui eius rei gratia ad ipſos miſſi fuiſſent, annunciari iuſſerit, immo quod ſummo ferme cum rigore cum ipſis agere minime erubuerit, quoniam iſti Principes & Ordines, ex præſcripta inter nos inita confœderatione & eiuſdem decreto, Prælatos, Abbates, aliosque Canonicos ad D. Ioannis, & S. Crucis Cathedralis Eccleſiæ Vratislauienſis, ad perſimilem initam confœderationem & obſeruantiam, abſque vllo fuco ad: & exhortati fuerint.

Quum autem iſta confœderatio grauiſſimis de cauſſis potiſſumum ideo renouata fuerit, quo melius per vnanimem confidentiam adimpleta ad exoptatam Vnionem atq; concordiam, in Dei Ter Optumi Maxumi honorem, laudem, & gloriam, ad conſeruationem tam vero-Apoſtolicæ, quam Romano-Catholicæ, ſiue Papiſticæ Relligionis, & quo commodius Reipubl. & pacato ſtatui conſuleretur, etiam in Regno Bohemiæ, eidemue incorporatis Prouinciis, abſque vllo vllius hominis reſpectu, omnibus, cuiuſcunque dignitatis atque conditionis etiam iſti fuerint, omni ſeueritate, ratione præſtiti iuramenti, prohiberetur, quod nimirum per omnia ab omni præſumtione ſiue prætenſione Relligionis abſtinere, pacifice, caſte, atque quiete, quilibet in ſibi conceſſo loco, Confeſſionem ſuam exercere, atque omnis violentia, doloſaque falſario Conſiliariorum, ſub pœna periurii & priuatione omnium beneficiorum fideliter euitare poſſet: iccirco nulli confœderatorum vmquam, ne per ſomnium quidem, in mentem veniſſet, quod Regia V. M. vel alius quiſpiã, vllo modo, quam inſignis & præcellens etiam iſta

Google

iſte ſiet, eo commotus fuiſſet, quod hancce noſtram tam bonam intentio-
nem & beniuolentiam, tamquam Dei timori, rationi, & omni æquitati per om-
nia conformem, aliter contra noſtram mentem interpretatus fuiſſet, &, quod ad
impetrationẽ maioris forſitan fauoris inter vtriuſq; relligionis cultores, vtile ac
commodum eſſe poſſet, ex falſa perſuaſione & inclinatione, inimicitiam quamdã
in nos reiicere debuiſſet. Omneis ſiquidem in genere (exceptis Ieſuitarum Scholas
frequentantibus eorumdemue aſſeclis, plus bellũ quam pacem ſectantibus, dolo-
ſaq; conſilia meditantibus) omneis iſti ſynceri Romano-Catholici homines ex
cordium ſuorum manſuetudine libere, categorice & ingenue fatentur, ad con-
firmationem veræ ac ſynceræ amicitiæ inter vtriuſque relligionis cultores, ſem-
piternæ concordiæ propagationẽ, omnis diffidentiæ ſublationem, & perpetuam
ambarum Relligionum liberi exercitii conſeruationem, nullam conducibiliorem
medicinam, & ſalubriora remedia, quam eamdem iſtam noſtram confœderatio-
nem, in medium proponi potuiſſe. Idipſum quod etiam ſupra cõmemorati Præla-
ti, Canonici, & præcipui quidem Sileſiæ Capitulares ipſi minime negant, ſed
multo potius ſyncere, libere, & publice fatentur & profitentur, poſtquam ipſis
hæc confœderatio à Principibus & Ordinibus Sileſiæ proponeretur, & libero ſuo
arbitrio permitteretur, an videlicet eamdem acceptare & vſurpare intenti eſſent,
quod, matura ſatis deliberatione præmiſſa, bona, ſalua, illæſaque conſcientia
huic confœderationi ſeſe adſociare, eamdem iuramento ſolemni confirmare, ex
Dei timore, abſq; vlla æternæ ſalutis iactura, & æqua Relligionis perſuaſione, poſ-
ſent & vellent, quũ illud ipſum iuramentum, cum omnibus ſuis requiſitis, vtpote
iudicii, iuſtitiæ & veritatis (ita ſiquidem loquuntur) fulcitum atq; fundatũ: itemq;
quod ipſis hocce noſtrum bonum & tam ſanctum propoſitum tam gratum quam
gratiſſimum eſſet, nõ ſolumodo nudis verbis, ſed ſolemni confirmatione iuramẽ-
ti teſtati ſunt: Itaq; etiã illos ipſos, in profeſſione ſuæ relligionis, & participatio-
ne ſiue fruitione omniũ ſuorum beneficiorum, in hodiernum vſq; diem neutiquã
impediuimus. Quum itaq;, Sereniſs. atq; Potentiſs. Rex, confœderatæ Vnitæque
prouinciæ illã ipſam intentionem, quæ ſane Regiæ V. Maieſt. ſiniſtre perſuaſa fuit,
numquã conceperint, multo minus conſilia & actiones ſuas eo direxerint, quod
videl. vicinis regnis & Prouinciis haſce ſuas leges imponere, & ſingularia Statuta
præſcribere velint, ſed multo potius vt Patriæ ſalutẽ & proſperitatẽ promouerent,
& præſidia omnia & ſingula, quæ ex Regni Bohemiæ eidemue incorporatarũ Pro-
uinciarum mutatione exorta ſunt, eo potiſſumum ſpectent, nõ quod ad vnius vel
alterius perſonæ ignominiã & iniuriã directa ſient, ſed multo potius, veluti noſtra
Scripta, Receſſus, Declarationes & Reſolutiones, ex ipſis Originalibus deſcriptæ,
ſatis ſuperq; teſtantur, ꝙ negotii grauitas & ineuitabiles cauſſæ ita requirant, &
quod regni Bohemiæ Ordines incorporatæq; Prouinciæ Regiæ V. Maieſt. & lau-
datiſſimo Poloniæ regno debitũ decenteq; honorẽ & obſeruantiã præſtare prom-
ptæ atq; paratæ ſient, atq; ſum̃is viribus eo potiſſumum adlaborent, quatenus ni-
mirũ inter duo iſta regna inita pacta inuiolabiliter conſernare poſſent adeo vt cũ
iſta occaſione noſtrã confœderatorũq; mentẽ & opinionẽ Regiæ V. M. litteris ſi-
gnificare neceſſum eſſe duxerimus, eamdẽ humillimo obſequẽtiſſimoq; ſtudio ro-
gãtes, ne forſitan ꝑ diffidentiã quamdã vel ſiniſtrũ intellectũ & adfectum cor ſuũ
ita irritari patiatur, vt à laudatiſſima ſua voluntate regia, amore pacis, & bona vici

nitate atque Correſpondentia cum hoc Regno Bohemiæ, inſtinctu inquietorum inuidorumq; hominum, abſque vllo noſtro merito, fortaſſis ſecedat, ſed multo potius priſcæ Regiæ Suæ Maieſtatis bonitati, clementiæ, atque fauori priſtino ſingulos nos Confœderatos, cumprimis vero Sileſiæ Ordines commendatiſſimos habeat.

Quamuis etiã ex vulgari hinc inde ſparſa fama adpareat, quaſi ex Poloniæ regno vicinis Prouinciis non medioxumum quidem periculum immineat: nihilominus tamen, indubia ſpe atque fiducia freti, confidimus, Regiam V.M. ex innata, nobiſque iam dudum ſat perſpecta cognitaque virtute heroica, neutiquã conceſſuram, quod fortaſſis hoſtile quidpiam contra communem immerentemque noſtram Patriam, iura & pacta vicinitatis, quæ hactenus in hodiernum vſque diẽ à nobis ſarta, tecta, inuiolataq; conſeruata ſunt, & impoſterum quoque commemorato modo integra, illæſa, atque incorrupta ſeruabuntur, tentetur vel ſuſcipiatur. Quibus ſummiſſima noſtra officia Regiæ V. M. ſingulari ſtudio deferimus, eamdemque ſimul Dei Ter Optumi Maxumi tutelæ atque protectioni humillime obſequentiſſimeque commendantes. Dabantur in Vniuerſali Regni Bohemiæ Prouinciali Conuentu & arce Pragenſi 16. Nouemb. *A.* C. M. DC. XIX.

N. N. N. N N. Ordines Regni Bohemiæ, & Delegati incorporatarum Prouinciarum, tum temporis Pragæ congregati.

## CAPVT CIIX.

## *PRAECIPVI CVIVSDAM SENATORIS REGNI POLONICI AD ARCHIEPISCOPVM GNESNENſem Epiſtola Reſponſoria.*

ILluſtriſſime, Reuerende Princeps, Domine obſeruande, Regiæ S. M. Domini noſtri Clementiſſimi, à Maieſt. ſua Regia ex Hungaria & Sileſia imminentia pericula concernentes editas litteras deliberatorias, quemadmodum & Copiam Archiducis Vratislauienſiſque Archiepiſcopi epiſtolæ, ad Celſitud. V. vna cum Copia inſtructionis Comitis Altheimenſis à Cæſarea S. M. ad clementiſſimum Regem Dominumque noſtrum eiuſdemque clementiſſimi Domini noſtri reſponſionis heîc in meo reditu reperi. Quoniam vero iſta omnia magis ad bellum, quã exoptatam pacem inclinant: iccirco eo ipſo; præter acceptam præcedentem, nondum ſanatam, cladem inſcientes nec volentes non dumtaxat diuturno periculoſoque bello denuo implicamur, verum etiam Regiæ *S.* M. auctoritas, quietus ſtatus, atque tranquilla poſſeſſio huius Regni (ſin; quod malum tamen Deus Ter Optumus Maxumus clementiſſime auertuncato; res forſitan male caſura eſſet) inter malleum & incudem quaſi verſaretur: Sin vero res bene feliciterque caderet, liberi huius regni gubernatio, eiuſdemque libera electio ſenſim ad abſoluti Dominii Praxin redigi poſſet.

Equidem quilibet ſanæ mentis ſatis ſuperque cognoſcit nos, ardente vicinitate, igni flammæque eſſe vicinos: itaque metuendum ſi nos ligna adportauerimus,

Digitized by Google

mus, & ignem fouerimus, incendium illud tum ab omnibus partibus, quod tamen SS. Trinitas clementiſſime præcauere & auertere dignetur, repente inſperatoque modo nos obruturum, & tamdem plane conſumpturum.

*Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet, VCALEGON &c.*

Itaque non abs re fore autumo, vt, rebus ita conſtitutis, in bona præparatione cauſſæ noſtræ inuigilemus, & ante omnia probe conſideremus quibus videlicet cum vicinis verſemur, quomodo erga nos adfecti ſient, & quibus viribus innitantur: ſedulo namque perpendendum, quibus nimirum membris Reſpublica noſtra coalſcat, & quomodo inter ſe inuicem cohæreant.

Hiſce nunc accedit quod, ad modo dictam iſtam præparationem ſtabiliendam, animis minime conſentiamus: nam vnius quidem corporis membra, aſt diuerſi generis, diuerſæ relligionis & voluntatis, ac denique in rebus Rempublicam (relligionem ſicco iam pede prætereo) concernentibus, plane contrarii atq; repugnantes ſumus. Cum itaque minime irritati ſimus, vt tam diuturno periculoſoque bello noſmet ipſos adeo temere implicemus, & extra ſpem vnici alicuius publici emolumenti, etiam poſt certam impetratam victoriam (quæ tamen adhuc indubia) oneroſum adeo bellum ſuſcipiamus: conſiderando quod Bohemi, eorumdemue aſſeclæ, iam dudum ad diuturnum bellum ſeſe præparauerint, atq;, tamquam deſperabundi, ad vindictam ſerio intenti ſient, cumprimis quod cum Turcis atque Tartaris bene correſpondeant, atque cum Hungaris, Anglis, S. Rom. Imperii vnitis Principibus, Daniæ atque Sueciæ Regibus, Electore Brandeburgico, & Anſeaticis ciuitatibus Confœderationem inierint: itaque durum periculoſumque admodum erit aduerſus tot tantoſque monarchas hoſtiliter aliquid moliri Porro domi quoque iſtiuſmodi reperiuntur homines quibus res iſtæ neutiquam placebunt, ex quibus finitimi ſane haud poſtremi erunt, qui, ex formidine, moleſtia, & bonorum ſuorum iactura, faciliime alteri parti ſeſe applicabunt, ex quo quidem (quod Deus Ter Optumus Maxumus clementiſſime itidem præcaueat & antecuertat) Corona Polonica vndique premi, & ita rebus afflictis abſque vllo ſuccurſu ſalutare remedium neutiquam applicari poſſet.

*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.*

Itaque nihil reſtat ſecurius, quam quod gratam exoptatamque pacem ſectemur, quoniam nulla ſalus bello, &, præter defenſiuum, nulla belli excuſabilis & iuſta neceſſitas apud homines pacificos merito nullum locum habere & poſſit, & debeat. Et hæc ſummopere apud me perpendo tamquam Senator Regni, & ex illorum numero minimus. Quoniam autem iuramenti ligamentum nos regni Senatores, ad auerſionem omnis mali à gratiſſima noſtra Patria, vnumquemque obliget, iccirco intermittere nec volui nec debui, quin hancce meam conſiderationem Reuerendiſs. V. Cel. tamquam Senatus Principi ſignificarem, eamdemque, communis noſtræ Patriæ gratia, ſtudioſiſſime rogarem & obteſtarer, vt, pro more laudatiſſimo tum ſuorum Dominorum Anteceſſorum, Poloniæ Regum, mature prouideat, ne forſitan Reſpublica detrimentum aliquod capiat.

Equidem domus Auſtriaca, vti ex receſſu noſtro in Polonia liquet, iſtiuſmodi motibus ſeſe neutiquam immiſcuit: ea propter ſufficientem ſane cauſſam occaſionemque nacti ſumus, vt bona in præparatione arma noſtra ad propriam noſtram noſtrorumque defenſionem ipſimet vſurpemus, nec peregrinis periculoſiſque negotiis noſmet ipſos temere inuoluamus, cumprimis quod plerumq; abſque damno & periculo neutiquam fieri poſſit, ſi quis armatus, & loricam induens

armato minatur, & ſimul, abſque vlla tamen cauſſa verbera intentare molitur. Quæ omnia Reuerendiſſimæ V. Celſ. à Deo Ter Optumo Maxumo ſingulariter dotatæ & donatæ experientiæ diiudicandum relinquo, eamdemque diuinæ tutelæ atque Protectioni ad proſperam corporis valetudinem ſummo ſtudio commendo. Dabantur 28. Octob. A C.M.DC.XIX.

## CAPVT CIX.

PAullo poſt Bohemiæ Ordines breuem quamdam inuerſionem impulſiuarum cauſſarum reiectionis Regis Ferdinandi ediderunt.

## *CAVSSAE IMPVLSIVAE, QVVR VIDELICET BOHEMIAE ORDINES NOVVM REGEM elegerint.*

### *PRIMA CAVSSA.*

QVod numquam legitimo more modoque, iuxta priſco-veteres conſuetudines, & Regni Bohemici Priuilegiorum tenorem in Bohemiæ regem electus fuerit: immo (quod magis) ipſum (Regem Ferdinandum) minime electum fuiſſe, ſed dumtaxat ſuſcipi & coronari petiiſſe: quur autem illud ipſum fecerit, ex declaratione ſequentium cauſſarum liquido conſtabit.

### *CAVSSA SECVNDA.*

QVoniam iſta ſuſceptio & ſubſequuta coronatio, *A.* C. M. DC. IIIXX. viuente etiamnum Cæſare Matthia, facta, dolis atque technis promota fuerit, dũ perfidi aliquot huius Regni Bohemiæ proditores partim donis, partim vero magnis pollicitationibus adducti, alii vero grauiſſimis intentatis minis coacti fuerint: nihilominus quoque coronatio iſta certis quibuſdam conditionibus facta, quas ſi non ſeruauerit, Ordines tum ab omni obſequio liberi eſſe debeant.

### *CAVSSA TERTIA.*

QVod commemoratis iſtis conditionibus non ſatisfecerit, ſed Ordinibus præſtitum iuramentum, & reuerſales de ſe Prouinciis datas litteras multis modis violauerit: immo quod, viuente etiamnum Cæſare Matthia, non dumtaxat Regni adminiſtrationi ſeſe immiſcuerit, verum etiam, ante & poſt mortem iſtius Imperatoris, manifeſtus harum Prouinciarum hoſtis factus fuerit: idque potiſſumum eum in finem quo melius Chriſtiano-Euangelicam Religionem commemoratis in Prouinciis extirpare, Ordinibus Regni, incorporatiſque Prouinciis liberam Regis alicuius electionem, aliaque Priuilegia adimere, eoſdem eaſdemue Hiſpanorum intolerabili iugo ſubiicere poſſet. Quibus & ſimilibus de cauſſis omnibus iuribus & commoditatibus, quibus poſt mortem Cæſaris Matthiæ vti frui potuiſſet, ſeipſum priuauit, atque Prouincias ab obſequio iterum liberauit. Id quod aliquanto latius deducto ſcripto Apologetico vniuerſo terrarum Orbi immobili veritatis fundamento demonſtrabitur.

Aſt

Digitized by Google

Aſt pauci dumtaxat aliquot articuli ad ſingulas iſtas modo commemoratas cauſſas, procemii & melioris inſtructionis cauſſa, beniuolo lectori nunc ſignificabuntur.

Ad primam igitur cauſſam quod attinet, ſciendum eſt quod Bohemi à primo in hanc Prouinciam ingreſſu ſemper liberum eligendi Regis votũ habuerint, atq; illud ipſum hactenus ſemper inuiolabiliter atq; ſancte ſeruauerint: quemadmodũ illud ipſum non dumtaxat ex Hiſtoriis, verũ etiam ex Priuilegiis & aliis documentis liquido & manifeſtiſſime videre eſt: quæ iura & priſcæ conſuetudines liberæ electionis ipſis poſtmodum ab Imperatoribus per Maieſtatis aureis bullis munitas litteras ſplendide confirmata ſunt. Iſtarum aurearum Bullarum Cæſ. Frederici IV. Originale vero, h. e. authentica exemplaria in promptu ſunt: quarum prima data fuit A. C. M. C C. XII altera A. C. M. C C. XVI. & tertia A. C. M. C C. XXI. in quibus ab Ordinibus electos reges confirmat, & expreſſe affirmat quod nimirũ Bohemiæ Ordines pro ſuo lubitu regem eligere poteſtatem habeant: & qui ab iiſdem in regem electus fuerit, is ſummo Magiſtratui competentes libertates, à ſe (Frederico) & futuris Romanorum Imperatoribus petat & accipiat.

Et cum hiſce etiam concordant cæteræ aureæ bullæ Cæſaris Caroli IV. A. C. M. CCC LXX. datæ, in quibus paullo ante commemorata Romanorum Imperatoris Frederici Priuilegia confirmantur, & inibi aliquanto latius deducitur, quod Bohemi Regis eligendi ius & poteſtatem habeant. Porro idem quoque confirmatur per illam Cæſaris Caroli IV. Bullam, quam vniuerſo S. Rom. Imperio clementiſſime conceſſit, in qua ab omnibus IIIX Imperii Electoribus, & quid cuilibet ratione officii incumbat, quorum Principatus itidem Imperio incorporentur Cap. IIIX. ita ſcriptum eſt: Vbi vero iſtorum Principatus vnus ,, jn Imperio vacauerit, tum quilibet Romanorum Imperator, vel Rom. Rex, qui ,, tum temporis Regnum adminiſtrabit, cum illo, tamquam re ſibi & Imperio iure ,, competente, diſpenſabit, attamen regno noſtro Bohemiæ (vacantiæ caſu poſito) ,, Priuilegiis, iuribus, & Iuriſdictionem, regis alicuius electionem concernentibus, ,, per inquilinos iſtius regni, ſemper exceptis: tamquam qui omnibus temporibus ,, poteſtatem habent Regem eligere, iuxta tenorem ſuorum Priuilegiorum & diu ,, obſeruatas laudabiles conſuetudines, quas olim ab Romanorum Imperatoribus ,, obtinuerunt, quibus etiam, ratione huius Cæſareæ legis, nihil derogatum, ſed ,, multo potius iam & in omnia futura tempora inuiolata ſeruari volumus: que- ,, madmodum illa aurea Bulla, Norimbergæ A. C. M. C C C. L V. per typos diuolgata, ſatis ſuperque teſtatũ facit. Quamuis autem Carolus IV. poſt confirmatam Cæſ. Frederici auream Bullam, iſti ſuæ modo dictæ confirmationi (abſq; omni dubio in ſuũ ipſius quã hæredum ſuorum emolumentum) porro quoque addiderit: nimirum ꝙ illa ita intelligenda ſiet, vt nimirum, deficiente omnino Regia Stirpe, tũ demum Bohemiæ Ordines, ad ipſosq; pertinentes, Regis eligendi poteſtatẽ habere debeant; nihilominus tamen iſta declaratio nuſquã locum inuenire potuit, neq; etiã tum temporis obſeruari debuit, ob conditiones & exceptiones iſtas aureæ bullæ adnexas, ꝑ quas Priuilegia & veteres Bohemorũ conſuetudines in ſempiterna futura tẽpora adeo confirmatæ fuerunt, ꝙ etiã per nullam Imperii Conſtitutionem im̃utari nequeant: vt ĩa taceamus, ꝙ illud ipſum per peculiareis declarationes ſolius Romanorũ Imperatoris, vel Bohemiæ Regis, (quiſquis etiã ille ſiet) fieri debuerit, vel etiam potuerit.

Dein

Dein licet illud fieri potuerit, nihilominus tamen extra Cæſaris Caroli IV. ex domo Lucemburgica procreati, familiam, nimirum duorum ſuorum filiorum Venceslai & Sigiſmundi, illud ad neminem alium deriuari potuit, qui duo, licet Romanorum Imperatores & Bohemiæ reges fuerint, attamen abſque hæredibus vitam cum morte commutarunt, vnica dumtaxat filia, nomine Eliſabetha, excepta, quæ à Sigiſmundo relicta, & poſtmodum Alberto, Archiduci Auſtriæ in matrimonium fuit tradita, cum qua deinceps quoque filium, Ladislaum nomine, procreauit, à cuius, Ladislai, morte ſæpius nunc commemorati Bohemiæ Ordines, ex præſcripto ſuorum Priuilegiorum, ſibi regem elegerunt, qui neque ex domo Lucemburgica, neque Auſtriaca procreatus fuit, nimirum Georgium Podiebradium: quam electionem non ſolummodo domus Auſtriaca intentatam relliquit, verum etiam Romanorum Imperator Fredericus, eius nominis III. qui tum temporis domus Auſtriacæ caput, & Romanus Imperator extitit, modo commemorato Bohemorum Regi Georgio Podiebradio eiuſdem Regni Bohemiæ Priuilegia confirmauit: quorum confirmatio, A. C. M. CCCC. LIX. facta, illud ſatis ſuperque adteſtatur.

Ex quibus omnibus Meridiana luce clarius adparet, quod à commemorata appendice, quæ confirmationi Cæſaris CAROLI IV. inſerta fuit, iam omnino digreſſum, & quod regnum Bohemiæ ad nullam certam familiam reſtrictũ ſiet. Quod autem res ſeſe ita, non vero aliter, habeant: quodque regnum iſtud cum libera alicuius regis electione dotatum, nequaquam autem hæreditarium fier, id ſequens exemplum manifeſtiſſime teſtatur. Etiamſi .n. paullo ante cõmemoratus Rex Georgius hæredes maſculos poſt ſe relliquiſſet, nihilominus tamen nullus ex ipſis, licet eius rei gratia Ordines Bohemiæ ſollicitaſſet, parenti ſurrogatus neque in Regem electus fuit: ſed Bohemi, à morte regis ſui Georgii, in Regem ſuum elegerunt atque coronarunt Wladislaum, natum Ducem Lithuaniæ, Caſimiri, Polonorum Regis, filium, A. C. M. CCCC. LXXI. qui pari modo à Romanorum Imperatore Frederico, eius nominis III. in regium thronum collocatus atq; confirmatus fuit, idipſum quod ex modo dicta Confirmatione A. C. M. CCCC. LXXX. facta, latius videre eſt.

Quod autem commemoratus iſte Wladislaus Rex Bohemiæ in quadam epiſtola fateatur, quod eiuſdem regni Ordines ſua ſponte & ex libera voluntate filium eius Lodoicum coronauerint & in Regnum acceptauerint: paullo poſt autem de filia ſua Anna hoc conſtituat & addat, quod nimirum, filio ſuo Lodoico abſque hæredibus inter viuos viuere ceſſante, filia ſua Anna Regni Bohemiæ hæres eſſe debeat, &c. ad illud reſpondetur: Poſtquam ſemel à pacto, quod Cæſar Carolus IV. ſuæ Confirmationi Priuilegiorum inſeri curauerit, digreſſum fuerit, & Ordines Bohemiæ liberam electionem vſurpauerint, (id quod allegata exempla ſatis ſuperque teſtantur) iccirco corona (Regni Bohemici) ad Domum Auſtriacam minime hæreditario translata eſt: adeoque etiam in Regis Wladislai poteſtate neutiquam ſitum fuit, quod, per propriam ſuam conſtitutionem, abſque vniuerſali Prouinciali Conuentu & conſenſu Ordinum, filiam ſuam, cum Priuilegiorum præiudicio, Regni Bohemici hæredem conſtituerit, adeo vt illud non à parente, ſed à fratre ſuo germano in hæreditatem accipere debuerit, quemadmodum etiam tum temporis eius rei gratia nullus Prouincialis Conuentus indictus,

multo

Digitized by Google

multo minus in id ab Ordinibus conſenſum fuit: immo Annæ iſti ab iiſdem Bohemiæ eidemue incorporatarum Prouinciarum Ordinibus regni adminiſtratio numquam demandata vel conceſſa fuit: ſed poſtquam frater eius germanus in prælio cecidiſſet, & eodem illo tempore Sereniſſimus, Illuſtriſſimuſque Princeps & Dominus, Dominus Ferdinandus, Archidux Auſtriæ, commemorati Regis Lodoici ſororem Annam, quæ ipſi iam dudum promiſſa erat, in matrimonium ducere voluiſſet: iccirco, & ea ipſa de cauſſa Regni Bohemici Ordines, Ex Pura Mera, Liberaque Voluntate, iuxta Priuilegiorum ſuorum tenorem, ante commemoratum FERDINANDVM, Archiducem Auſtriæ, A. C. M D. X X V I in Regem ſuum elegerunt: quemadmodum etiam ad factam iſtam electionem primum Rex ipſemet, ac dein prius Regia ſua coniunx, veteri de more coronata fuit.

Quodque hæc ſeſe ita habeant, & quod tum temporis Bohemiæ Ordines libera electione vſi fuerint, teſtantur Regis FERDINANDI reuerſales litteræ, quæ Viennæ X I I I. Decembris A. C. M. D. X X V I. exaratæ Ordinibuſque traditæ fuerunt, quemadmodum & pari modo iuſiurandum, quod illo ipſo tempore Ferdinandus Ordinibus præſtitit Aſt paullo poſt mirabilis quidam caſus cum iſtis Regis Ferdinandi litteris Reuerſalibus abſque vllo Ordinum conſenſu atque voluntate accidit, qui iam demum detectus eſt. Poſtquam enim iſtæ, modo iam dictæ, reuerſales litteræ, ex primo fide digniſſimo Originali, iuxta alia Priuilegia ſingulari cuidam libro ad Prouincialem tabulam in membrana deſcriptæ inſertæ, Originale vero, ſiue iuſtum infallibileque exemplar ad alia Priuilegia collocatum & Copia iſtius per X I X. annos integros tabulæ Prouinciali inſerta fuiſſet, atque etiamnum hodie inibi cuſtodita aſſeruetur: attamen nupero tempore primum manifeſtum factum, quod elapſis iſtis X I X. annis, hoc eſt A C.M.D. X L V. doloſus quidam homo ac lucifuga, (quiſquis autem fuerit, etiamnum hodie ignoratur) tabulam Prouincialem fraudulenter nactus, in margine reuerſalibus litteris ſequentia verba adſcripſerit: Hæ Reuerſales litteræ Regiæ S. M. ab »
Ordinibus Regni Bohemiæ in publica arcis Pragenſis Compoſitione, poſtridie »
aſcenſionis Mariæ A. C. M. D X L V. reſtitutæ, illarumque loco iiſdem huius »
regni Ordinibus aliæ, in Bohemica lingua exaratæ, traditæ atque huic ipſi libro »
inſertæ fuerunt, Sub dato in Pragenſi arce I V. die poſt Egidii A. C M. D. X L V. »
cum tamen omnibus & ſingulis minime ſiet cognitum quomodo id acciderit, & quod Ordines ſæpius nunc commemoratas reuerſales litteras Regi reſtituerint, & econtra alias recipere debuerint. Nam in illo tranſactionis die, qui iſto anno in Pragenſi arce habitus, & in hodiernum quoque diem adhuc in Prouinciali tabula, & regia tranſactione demonſtrandus eſt, illarum (litterarum) ne minimo quidem verbo facta mentio, & iſtæ litteræ, quæ loco priorum reuerſalium litterarum dari debuerunt, non legitimo libro, quemadmodum falſa iſta nauci hominis inſcripta gloſſa fucum facere, & hominibus glaucoma obiicere nititur, inſertæ, ſed poſtmodum in alterum quemdam inſcriptæ fuerunt.

Ex quibus omnibus Meridiana luce clarius adparet, quod Scriba iſte (quiſquis etiam ille fuerit) in alterius cuiuſdam gratiam marginem fallaci doloſaque ſua manu commaculauerit, eum potiſſimum in finem quo melius Ordinibus libera alicuius regis electio adimeretur.

Præterea fallax iſta clandeſtina inſerta epiſtola cum prioribus iſtis reuerſalibus litteris neutiquam concordat: Cum enim eædem Ordinibus, ob Ferdinandi Regis electionem, debitam cautionem præſtare debuerint, quod videlicet ipſorum Priuilegiis ne minimum quidem damnum inferre velint, nihilominus tamen multa alia in ſeſe complectuntur, & prioribus Priuilegiis & libertatibus è diametro quaſi repugnant atq; aduerſantur: ſiquidem in iiſdem repetitur id quod olim Cæſar CAROLVS IV. ſuæ Confirmationi; & Rex Wladiſlaus commemoratæ ſuæ conſtitutioni, filiam ſuam concernenti, inſeruerunt: quum tamen, vti ſupra demonſtratum eſt, iam dudum, & magis quam vno dumtaxat modo, contra illud ipſum proceſſum fuerit, Ordineſque pro ſuo lubitu Regem elegerint An vero hoc ipſo facto Priuilegia non potius fraudulenter deprauentur, quam decenter confirmentur, id cuiuis ſanæ mentis homini iam diiudicandum relinquitur.

Quod autem Ordinibus iſtiuſmodi doloſæ fallaciæ hactenus incognitæ fuerint, id præcipuis Regni huius officialibus, Romano-Catholicam Religionem amplectentibus, qui omni tempore illud Ordines omni ſtudio celarunt, imputandum eſt. Quamuis enim iidem Ordines in publicis Prouincialibus Conuentibus, & alias quoque non vna dumtaxat vice reuerſales litteras inſtanter & ſollicite petierint, nihilominus tamen præcipuos iſtos Regni Bohemiæ Officiales eo neutiquam commouere potuerunt, quod ipſis Regni Priuilegia prælecta, multo minus eorumdẽ copia & fide dignæ deſcriptiones communicatæ fuiſſent.

Hiſce omnibus vero nunc ſuo loco relictis, nihilominus tamen negari minime poteſt, Ferdinandum Romanorum Imperatorem ipſum, laudatiſſimæ memoriæ, quomdam probe intellexiſſe, quod videlicet, hoc Regnum, eidemque incorporatæ Prouinciæ ad neminem hæreditario peruenire, & denique hanc corruptam falſatamque fraudulenter inſertam epiſtolam veteribus Priuilegiis & libertatibus ne quicquam quidem derogare poſſe.

Quocirca idem ille glorioſiſſimus modo commemoratus Romanorũ Imperator Ferdinandus, feliciſſimæ recordationis, A. C. M. D. XLIX. Prouincialem Conuentum indixit, & ab Coronæ Bohemicæ Ordinibus clementiſſime petiit, quod, à morte Cæſareæ S. M. Seniorem ipſius filium Archiducem Maximilianũ ad Coronam Bohemicam admittere ne dedignarentur: in quam clementiſſimam Cæſareæ S. M. rogationem petitionemque iidem Bohemiæ Ordines cõſenſerunt; & modo dicto Cæſareæ S. M. filio, Archiduci Maximiliano, viuente etiamnum Domino parente Regium titulum conceſſerunt, hac expreſſa tamen conditione ſibi reſeruata, quod regni adminiſtrationi, Domino parente adhuc inter viuos exiſtente, minime ſeſe immiſceret: quemadmodum etiam Coronatio Regis Maximiliani, & ſuæ coniugis Reginæ Mariæ primum A. C. M D. LXII. & quidem poſt exaratas traditaſque reuerſales litteras, in effectum deducta fuit.

Pari modo glorioſiſſimus quomdam Romanorum Imperator Maximilianus ſeniorem Cæſareæ ſuæ M filium, Archiducem Rudolfum, Regni huius Ordinibus proponendo clementiſſime commendauit, vt vnanimi omnium conſenſu eumdem, certis tamen conditionibus præmiſſis, & traditis litteris reuerſalibus, in futurum Regem elegerint & receperint.

Sin igitur nunc Regnum hoc Bohemiæ, eidemue incorporatæ Prouinciæ, hæreditario ad domum Auſtriacam pertinerent, minime fuiſſet neceſſarium, quod tam

tam clementiſſimæ ab Imperatoribus iſtis interceſſiones & petitiones inſtitutæ fuiſſent, quum alias quilibet ex paullo ante commemoratis filiis Cæſareis, ratione primogenituræ, à morte Dominorum parentum, Regni adminiſtrationem hæreditario inchoare potuiſſet, quemadmodum illudipſum in Archiducatu Auſtriæ, aliiſque hæreditariis Prouinciis liquido & manifeſto videre eſt: Similiter & ſæpius nunc dictis perſonis Corona Bohemica ſub iſtis temporibus ſaluo iuris titulo adiudicari potuit, quum Seniores filii mortuorum Bohemiæ Regum fuerint, & Ordines eamdem conceſſionem ex mera, pura, liberaque voluntate adprobauerint: adeo vt falſo Ordinibus nunc imputetur, quaſi ſuis iuribus, liberam electionem concernentibus, renunciaſſent. Nam quod illa ſeſe non ita habeant, ex eo dilucide & expreſſe demonſtratur: ſiquidem poſtquam laudatiſſimus, pientiſſimus, glorioſiſſimuſque Romanorum Imperator Rudolfus II. feliciſſimæ recordationis tam coniuge quam Cæſareis hæredibus caruiſſet, Sereniſſimus Celſiſſimuſque Princeps & Dominus, Dominus Matthias Archidux Auſtriæ, veluti Cæſareæ S. M. frater Germanus Senior, autem omne ſuum ſtudium eo converteret, quod videlicet, viuente etiamnum glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Domino Rudolfo II. in Regem Bohemiæ denominari, eligi atque coronari poſſet, conſiderando quod, vti iam modo commemorauimus, nulli hæredes exiſterent: iccirco tum temporis illa verba Acceptatio, Declaratio, atque Coronatio minime vſurpata fuerunt, ſed multo potius toties nunc commemorati Bohemiæ Ordines, vigore Cæſaris Frederici, aliorumq; Romanorum Imperatorum clementiſſime conceſſorum Priuilegiorum, laudatiſſimum iſtum Archiducem Matthiam in Bohemiæ Regem elegerunt.

Præterea quoque ſæpius nunc dictus glorioſiſſimus Inuictiſſimuſque Romanorum Imperator Rudolfus II. ipſemet iiſdem Bohemiæ Ordinibus hancce ſuam libertatem ſufficienter confirmauit, dum clementiſſime petiit, & pro fratre ſuo Germano, Archiduce Matthia, peramice apud Ordines interceſſit, vt nimirum eumdem (Dominum Matthiam) ex præſcripto ſuorum priuilegiorum, in futurum Bohemiæ Regem denominarent & eligerent: quemadmodum etiam ipſemet Archidux Matthias illa ipſa verba vſurpauit & legitimo more modoq; in Regem eligi petiit: adeo vt idem Bohemorum Priuilegium tam ipſe Cæſar Rudolfus II. qui pro fratre ſuo interceſſit, quam Archidux Matthias, qui electionem petiit, agnoſcendo confirmauerint, quod nimirum Ordines, Nullis exiſtentibus legitimis hæredibus, liberam electionem obtineant.

Quæ omnia (vt iam priſcæ libertates, obſeruationes atque conſuetudines ſicco pede prætereantur) non ſolummodo per compoſitiones atque tranſactiones, A. C. M. DC. IIX. inter Imperatorem, Archiducem, & Prouincias Pragæ factas, verum etiam per Cæſaream propoſitionem in publicis Prouincialibus Conuentibus, & reuerſales litteras tam à Cæſare quam ab ipſo rege Prouinciis clementiſſime traditas, ſatis ſuperque confirmata fuerunt: Iuxta illud toties iam dictis Euangelicis Ordinibus, poſt multas diuerſimodaſque perpeſſas perſequutiones, ab Imperatore Rudolfo II. ipſorum rege atque Domino clementiſſimo, in puncto vniuerſum Relligionis negotium concernente, primum in dicto iſto Prouinciali Conuentu A. C. M. DC. IIX. tum etiam ad diuerſos Bohemorum exhibitos li-


tos li-

tos libellos ſupplices, & S. Rom. Imperii Electorales interceſſiones, per Cæſareo-Regias Maieſtatis litteras, inſignis aſſecuratio clementiſſime facta eſt.

Inter Romano-Catholicos & Euangelicos itidem, ob propagationem cõſeruationemque bonæ amicitiæ, amoris & concordiæ, certi articuli compræhenſi, & à Cæſareo-Regia Maieſtate confirmati ſunt, hac expreſſa adnexa appendice: *Si quis forſitan, quicunque etiam ille impoſterum fuerit, aduerſus iſtas Maieſtatis litteras, & articulos pacificatorios minimum quoque molitus fuerit, is, tamquam pacis turbator, pro merito ſuo in grauiſſimam pœnam incurſurus eſt.*

Exinde igitur omneis & ſinguli certam infallibilemq; ſpem & fiduciam conceperunt, quod ſub Cæſareæ S. M. eiuſdemue Succeſſorum, Bohemiæ Regum, Patrocinio atque regimine quilibet quiete & pacifice viuere, & tam Deo Ter Optumo Maxumo, quam legitimo ſuo Magiſtratui debitam obedientiam præſtare poſſet: aſt, contra omnium ſpem & expectationem, horribilis abominabiliſq; Sathanas malitioſos, pernicioſos, exoptatamque pacem deteſtantes aliquot homines excitauit, eoque tamdem impulit; vt non dumtaxat liberam Ordinum Bohemiæ electionem, verum etiam vniuerſum relligionis negotium plus quam hoſtiliter impetiuerint: Quocirca etiam vna cum Cæſarea S. M. aliiſque pacificis Romano-Catholicæ relligioni addictis, tam litteris reuerſalibus, quam ſuſceptæ habitæque tractationi non dumtaxat ſubſcribere noluerunt, verum etiam partim dolo & aſtu, partim vero prætenſione & abuſu dignitatis atque exiſtumationis ſuæ, impudentiſſime iſta omnia tollere, immo ipſo Regi ad idem faciundum perſuadere conati ſunt: haud iam conſiderato quod eodem ipſo tempore Euangelici Ordines in publico Prouinciali Conuentu contra illos ipſos pacis hoſtes atque turbatores ſequentibus verbis proteſtati ſint: Sin videlicet ipſi (Euangelici) & porro perſequi debeant, quod id tum nemini alii, quam ipſis (irrequietis ſeditioſiſque Romano-Catholicis) imputandum, & in eos, tamquam publicæ pacis turbatores, ſeuere animaduertendum foret.

Quæ tamen omnia irrequieta iſta capita adeo nauci æſtumarunt & flocci penderunt, quod, etiamnum viuente adhuc Romanorum Imperatore Matthia, de iſtiuſmodi Domino ſibi proſpexerint, qui ipſorum propoſito inſeruiret: & tamdẽ eo vſque progreſſi ſunt: quod etiam Ferdinandus, Archidux Auſtriæ, elapſo M. DC. IIIXX. Anno (de quo tamen vniuerſo terrarum Orbi conſtat, ipſum, mox ab inchoata Prouinciarum Auſtriacarum adminiſtratione, Euangelicos Chriſtianos extreme perſequutum eſſe, ipſoſque innocentiſſime & abſque vllo reſpectu perſonarum in exilium relegaſſe, immo mortua cadauera, quod tamen ipſi humanitati aduerſatur, è ſepulchris ſuis eruiſſe) Pragam verſus vocatus, ab Imperatore Matthia in filium adoptatus, & poſtmodum Ordinibus, partim grauiſſimis intentatis minis, partim vero donis aureorumque montium pollicitationibus, quæ inter perfidos Patriæ proditores diſtributa ſunt, obtruſus, & denique, per doloſas fallacias fallaceſque dolos commemoratorum periurorum Patriæ proditorum, Euangelicæq; Relligionis hoſtium, in futurum Regem acceptatus, proclamatus, atque coronatus fuerit: Vnicum enim verbulum E l e c t i o, inter vota quandoque vſurpatum, ipſorum auribus perquam moleſtum fuit.

Quomodo autem cum acceptatione & coronatione res comparata fuerit, id in ſecundæ cauſſæ declamtione beniuolo lectori communicabitur: hucuſque.

ſiqui-

ſiquidem ſatis ſuperque demonſtratum, quod videlicet Ferdinandus numquam iuxta veteres ritus atque libertates legitime in Bohemiæ Regem electus fuerit.

## DE SECVNDA CAVSSA.

AD alteram cauſſam quod attinet, quomodo nimirum acceptatio atque Coronatio progreſſum ſuum ſortita fuerit, de eo partim ſupra mentionem fecimus, quam ſerio videlicet paulло ante commemoratis Patriæ proditoribus curæ cordique fuerit, quo commodius perniciosa ſua conſilia ad exoptatum finē perducerentur. Quo etiam pertinet, quod Ordinibus, indicto iſto Prouinciali Conuentu, per publicatas patentes litteras impoſitum fuit, quod videlicet, poſt ipſorum ad commemoratum iſtum Prouincialem Conuentum, nihil aliud, quam de futuro Coronæ Bohemicæ Succeſſore proponere vel tractare debeant, quod non dumtaxat laudatiſſimæ veteri conſuetudini, verum etiam peculiari cuidam A. C. M. DC. X. in Vniuerſali Prouinciali Conuentu condito Decreto atque Statuto è diametro quaſi aduerſatur, in quo expreſſē cautum quod impoſterum in omnibus Prouincialibus Conuentibus Bohemiæ Ordinibus liberum relliĉtum ſiet, mox poſt Regiæ propoſitionis deliberationem publica grauamina & articulos ad manus ſumere, qui, durante etiamnum Prouinciali Conuentu, in deliberationem trahi atque omnino tolli debent, adeo vt non dumtaxat pauci ex Ordinum medio iſti Conuentui intereſſe noluerint: qui autem tum temporis comparuerunt, votis ſuis teſtati ſunt idipſum libertatibus atque Priuilegiis Regni Bohemiæ aduerſari: incorporatas Prouincias ſub indictione circumſcriptas fuiſſe, cum tamen ipſis in nupero Prouinciali Conuentu promiſſum fuerit, quod controuerſia de voto & electione alicuius Bohemiæ Regis ante omnia decidenda ſiet. Illis commemorati iſti Patriæ proditores partim ipſimet; partim vero per alios ſuos anteſignanos grauiſſime interminati ſunt quod nimirum ille, qui aliud votum, quam ipſi, daturus eſſet, duo capita habere oporteat, cum quo, veluti cum aliis ante aliquot annos, procedendum foret.

Cum itaque aduerſus ipſorum tam grandes doloſas technas atque inſidias tum temporis nihil obtineri potuerit, & ex Papicolis omnes ii, qui in plateis, publicis viis, popinis de domo in domum pelli quiuerunt, & nulla bona poſſederunt, Euangelicos votis ſuperauerint: iccirco iidem (Euangelici) nolentes volentes quidem acceptationem coronationemque iſtam, attamen certis quibuſdam exceptionibus, admittere neceſſum habuerunt: Archidux Ferdinandus ſiquidem Ordinibus reuerſales litteras tradidit, & inter alia hæc verba retulit. I. Bohemorum electionem ſeſe cum gratiarum actione acceptare, & Regia clementia (quo melius ſeſe ipſis gratum acceptumque oſtenderet) compenſare velle. II. ſeſe, viuente etiamnum Romanorum Imperatore Matthia, Regni adminiſtrationi non immixturum, abſq; Cæſareæ ſuæ M. ſupremorum Officialium ſiue Conſiliariorum Regni Bohemici, adſeſſorum Cancellariæ, & Cameralis iudicii, Item ex ſuperioribus Ordinibus, Communitate, & ex qualibet præfectura duarum, ex Pragenſibus aliiſque ciuitatibus vero ſex ad iſtum Conuentum Prouincialem deputatarum perſonarum conſenſu. III. Sin autem ante Cæſareæ S. Maieſtatis obitum regimini ſeſe immiſcuerit, tum Ordines ad præſtandum alias debitum obſequi-

 um mi-

um minime tenebuntur. Præter hæc omnia Ordinibus ſub coronatione iuramentum præſtitit, quod nimirum omnibus iſtis ſatisfacere velit, quæ ad Regni incrementum, gloriam atque honorem ſpectare videbuntur.

Quomodo autem Rex Ferdinandus litteris ſuis reuerſalibus præſtitoque iuramento ſatisfecerit, id toti terrarum orbi cognitum manifeſtumque eſt, & in deductione ſubſequentis cauſſæ tertiæ breuiter commemorabitur.

## DE CAVSSA TERTIA.

AD tertiam cauſſam quod attinet, quod nimirum Rex Ferdinandus illegitimè iſtam acceptationem, coronationem, & omnia, quæ exinde ſperare potuit, amiſerit, ex eo liquet, quod perfidi iſti coniuratores atque Proditores Patriæ, vna cum peſtifera iſta Secta Ieſuitica, poſt acceptationem & coronationem, talem ſane petulantiam exercuerint vt non dumtaxat in Regno Bohemiæ, verum etiam in Ducatibus ſuperiorisque inferiorisque Sileſiæ, diuerſis in locis Euangelicos Ordines, liberumque Relligionis exercitium grauiſſimis perſequutionibus (minime conſiderato, quod illud in Maieſtatis litteris expreſſe ſiet prohibitum) adeo impetierint, Euangelicorum templa obſerarint, eadem ſolo adæquauerint, innocentiſſimos homines in diuturna vincula coniecerint, & denique Bohemiæ Ordinibus ac cum Cæſareæ S. M. clementiſſimo conſenſu conſtitutis Defenſoribus omnem ad Cæſaream S. M. aditum intercluſerint, eoſdem nullo modo audiuerint, ipſorum Conuentus contra expreſſum textum prohibuerint, atq; illos ipſos inauditos, cauſſaque incognita condemnauerint.

Porro Ieſuitæ quoque ipſimet de hacce Archiducis Ferdinandi acceptatione atque coronatione in publicis ad Sereniſſimum Archiducem Auſtriæ Leopoldum datis litteris magno iubilo, atque ingenti lætitia rotunde teſtati ſunt Archiducem Ferdinandum ſub inchoatione regiminis paternarum ſuarum Prouinciarum peculiari iuramento ſeſe obligaſſe, ſeſe citius corpus ipſamque vitam amiſſurum quam Sectariis (ita in Relligionis negotio recte credentes Chriſtianos nuncupant) quicquam conceſſurum: quemadmodum illud ipſum duriſſima grauiſſimaque grauamina, & typis diuolgatæ harum Prouinciarum apologiæ ſatis ſuperque teſtantur.

Per quas iniquiſſimas ſane perſequutiones ſupra commemoratorum patriæ proditorum, qui iam dudum ad bellum innocentiſque ſanguinis profuſionem anſam occaſionemque quæſiuerunt, res tandem eo deducta eſt quod demortuo Romanorum Imperatori perſuaſerunt, vt nimirum, abſque vlla neceſſitate requirente, in præcellentiſſimum florentiſſimumque hocce Regnum contra eiuſdem inquilinos magnum, & peregrinum exercitum contra huius Regni ſtatuta immiſerit, qui magnam eiuſdem partem latrociniis, incendiis, atque direptionibus crudeliter deuaſtauerit, & multum innocentem ſanguinem profuderit.

Quæ omnia Regi Ferdinando non dumtaxat perplacuerunt, verum etiam omnem ſuam operam atque conſilium contra hoc Regnum contulit, regimini ſat mature & ante tempus quidem ſeſe immiſcuit, & Regno multa damna intulit, quemadmodum id omnibus & ſingulis liquidum manifeſtumque eſt. Negari ſiquidem minime poterit, quod, Ferdinandus, viuente etiamnum Cæſare Mat-

thia,

Digitized by Google

thia, Regimini ſeſe immiſcuerit, dum Cardinalem Glöſelium, arcani Conſilii Cæſarei Directorem, ſub & cum quo intima quæque omnium Romanorum Imperatoris Prouinciarum negotia tractabantur & decidebantur, abſque vllo Cæſaris conſenſu atque voluntate loco officioque remouerit, cum ipſum neutiquam latuerit Cæſarem in rebus negotiiſque Bohemicis abſque Glöſelii conſilio nihil attentare ſolere, quodq; Glöſelius, tamquam homo callidus & aſtutus, ad tam pernicioſum bellum forſitan ſua conſilia neutiquam collaturus ſiet.

Vice verſa vero Ferdinandus non ſolummodo belli iſtius contra hoc regnum conſiliarius & Coryphæus quaſi fuit, verum etiam proprias ſuas militareis copias, quas Græciæ aluerat, exinde in hoc Regnum immiſit, iiſdemque, vt nimirum commemorati iſtius Regni inquilinos ferro ignique crudeliter perſequerentur, ſerio imperauit. Prouincialis in Morauia celebrati Conuentus auctor & anteſignanus extitit, & coniunctionem tranſitumque per Morauiam Cæſarei & Morauici exercitus partim adulatoriis, partim vero perquam minacibus verbis ab Ordinibus impetrauit: à morte Cæſaris Matthiæ vero totum iſtum exercitum, Regni Bohemici manifeſtiſſimum hoſtem non dumtaxat peculiari iuramento ſiue Sacramento ſibi obligauit, verum etiam maiorem militarium copiarum conſcriptionem pro virili promouit, multa Hiſpanorum aliorumque exterorum militum millia in Bohemiam immiſit, iiſdemque, vt Bohemos, eorumdemue ſocios, crudelius, quam viuente etiamnum Cæſare Matthia factum eſſet, perſequerentur, maxumopere iniunxit, adeo vt tam in Bohemia, quam Morauia Cæſareani omnia infeſta reddiderint, & abſque vlla miſericordia nullo ætatis, ſexus, auctoritatis, atque dignitatis reſpectu habito hoſtiliter graſſati fuerint, nec ipſis etiam infantibus in vtero materno pepercerint.

Immo, quod tamen apud gentes immanitate barbaras hactenus inauditum fuit, mortua humana cadauera è ſepulcheris ſuis eruerunt, detractis pellibus, manibuſque pedibuſque colligatis, horrendo abbominabilique more ſuper altaria collocarunt, & templorum foribus eadem adfixerunt. Super hæc omnia, licet omnibus & ſingulis notorium, cognitum, manifeſtumque fuerit, quod Bohemi Regnum, eiuſdemque adminiſtrationem ei (FERDINANDO) nondum tradiderint, perfidos iſtos atque periuros Patriæ proditores, tamquam omnium malorum auctores atque coryphæos in litteris ſuis Procuratores ſiue Vicarios ſuos nuncupauit, ex quibus aliquot, quemadmodum & alios huius Regni hoſtes publicos, &, ineuitabilibus de cauſſis, publice proſcriptos etiamnum ſecum detinet, eoſdem pro conſiliariis & legatis ſuis habet, atque eo ipſo ſatis ſuperque teſtatur, quod ipſorum egregia (ſcilicet) facinora, quæ, ad ſublationem & euerſionem omnium huius Regni Priuilegiorum atque libertatum, nefarie perpetrarunt, tamquam res bene ac decenter geſtas, adprobet, & eoſdem pluris, quam vniuerſum Regnum eidemque incorporatas Prouincias, æſtumauit.

*Immanis atque inaudita Cæſareanorum militum immanitas & petulantia.*

Quæ igitur hiſce Prouinciis ab iſtiuſmodi rege exſpectanda ſient, quiuis ſanæ mentis faciliime colligere poterit: cumprimis ſi & de hoc quoque deliberabitur, quales nimirum articulos Rex Ferdinandus cum Hiſpaniarum rege (qui articuli, non dumtaxat Bohemiæ Regnum eidemque incorporatas Prouincias, verum etiam liberum regnum Hungariæ concernunt) conſtituerit, & quidem tum temporis, in quo neque in Bohemiæ, neque Hungariæ Regem coronatus fuerit:

quæ

Digitized by Google

quæ pacta tamen nihilominus illo ipſo tempore Prouinciis abſcondita, aſt hodierno tempore ſingulari diuina prouidentia vniuerſo terrarum Orbi reuelata ſunt.

Nam in iiſdem (pactis) ambobus modo commemoratis Regnis libera electio, vna cum omnibus Priuilegiis, adimitur, &, vice verſa, Hiſpaniarum Regi eiuſdemque Succeſſoribus hæreditario promittitur: adeo vt Hiſpaniarum Rex illud hæreditarium ius Ferdinando regi renunciet, hac tamen cum conditione, ſi omneis Ferdinandi regis maſculi hæredes, iuxta rectam lineam, abſque deſtructione Ordinis, deſcendentes vitam cum morte commutaturi eſſent, tum demum duo iſta regna, iiſdemue incorporatæ Prouinciæ ad Hiſpaniarum regem, eiuſdemue hæredes hæreditatio transferri debeant.

Pari modo FERDINANDVS Archidux Auſtriæ, poſtquam in iſta pacta conſenſiſſet, veterem ſcribendi morem, quem priores Romanorum Imperatores Regeſque Bohemiæ vſurpauerant, immutauit: cum enim omneis III ſubſequentes Romanorum Imperatores, vtpote FERDINANDVS, MAXIMILIANVS, & RVDOLPVS II. laudatiſſimæ glorioſiſſimæque recordationis, ſcripſiſſent: NOSTRA REGNA, ET HÆREDITARIÆ PROVINCIÆ &c. FERDINANDVS, vice nunc verſa, ſcribit: NOSTRA HÆREDITARIA REGNA, ET PROVINCIÆ &c. Ex quibus ſane iterum adparet, quæ ipſius fuerit intentio, & quibus videlicet de cauſſis in Bohemia non eligi, ſed dumtaxat acceptari voluerit: nimirum quo commodius liberam Bohemorum electionem tollere, & in hiſce Prouinciis Hiſpaniarum regis vices agere poſſet, donec eaſdem Hiſpanorum iugo atque ſeruituti plenarie ſubiiceret.

NB. Sin autem Bohemiæ Ordines tunc temporis de iſtiuſmodi pactis, cum domo Hiſpanica initis, modo quicquam reſciuiſſent, procul omni dubio ipſos etiam minime latuiſſet quomodo videlicet iſta mala anteuertere potuiſſent & debuiſſent: ſiquidem cuiuis ſanæ mentis cognitum perſpectumque eſt, quæ regna non hæreditaria ſient, ſed per liberam Ordinum electionem huic, vel illi deferantur, (veluti de Bohemiæ Regno ſatis ſuperque demonſtratum) tum in iſtis Rex, abſque Ordinum præſcitu & voluntate, cum nullo extero Principe vllam tractationem ſuſcipere poſſit, ſed quod iſtiuſmodi tractationes ipſo facto nullæ, inefficaces atque inualidæ ſient, & quod per eaſdem vniuerſum S. Rom. Imperium in extremam perniciem præcipitetur. Hoc enim modo Rex Hiſpaniarum Romano Imperio pedem inferret, &, quum Bohemiæ Rex eſſet, etiam, ex præſcripto Aureæ Bullæ Cæſaris CAROLI IV. S. R. Imperii Elector eſſe oporteret. Sed ex illo, quod Bohemiæ Ordines ad omneis Mœno-Francfurti congregatos S. Rom. Imperii Septemuiros perſcripſerunt, aliquanto latius patet, quur nimirum Rex FERDINANDVS ad Romanorum Regis electionem non admitti debuerit.

Poſtquam igitur ex commemoratis hiſce omnibus hæ Prouinciæ ſatis ſuperque depræhenderint, quam periculoſum, immo plane impoſſibile eſſet ſi ipſis cum iſtiuſmodi rege (qui ipſe non ſui iuris eſſet, pacemque in ore & calamo, bellum & innocentis ſanguinis profuſionem vero corde manuque gereret) quicquam amplius eſſet commercii: iccirco, ſupra commemoratis de cauſſis omnibus, & ad mala ſubſequentia præcauenda, ſufficientem occaſionem anſamque habue-

habuerunt, ſi ipſum ab hoc Regno [illegible] eius ipſemet ſua ſponte ſeſe reddidit inhabilem) arcerent atque remouerent. Nam:

I. Eo ipſo facto cum domo Hiſpanica inita pacta confirmarentur, & Ordines Bohemiæ libera ſua [illegible] priuarentur.

II. Tamdem [illegible], neque in Eccleſiaſticis, neque in ciuili-politicis negotiis de nulla [illegible] certi quidpiam polliceri poſſent.

III. Sed abſque omni [illegible] non dumtaxat ſuis, verum etiam ipſius hoſtis militaribus copiis, [illegible] hactenus immanem inauditamque, prorſus tyrannidem atque crudelitatem exercuiſſent, ſtipendia perſoluere, iiſdem ſeſe coniungere, & proprios ſuos amicos vniuſq, Relligionis cultores armis, petere neceſſum haberent.

IV. Per illud ipſum quoque hoſtibus anſa occaſioque daretur, vt diuino nomini porro maledicerent, & tamdem cum ſummo ludibrio atque ignominia clamitarent: VBI NVNC IPSORVM DEVS?

V. [illegible] omneis relliqui Chriſtiano-Euangelici Principes omnem Ordinibus opem [illegible], ſubtracturi eſſent quamprimum videlicet animaduerterint, quod cum Archiduce FERDINANDO aliiſque hoſtibus amicitiam vlteriorem alerent.

Cum [illegible] ex commemoratis cauſſis ipſa etiam Meridiana luce clarius adpareat, quod [illegible] Rex FERDINANDVS numquam legitimo more modo; in Bohemiæ Regē electus fuerit, ſed multo potius illius acceptationis & coronationis, [illegible] certis quibuſdam conditionibus factæ, per non ſeruationem litterarum ſuarum [illegible], præſtitique iuramenti, per immanem contra hoc Regnum perpetratam tyrannidem, & multifaria cum domo Hiſpanica, inſcus Ordinibus, clanculum inita pacta, ſeipſum inhabilem reddiderit:

ICCIRCO IN NOMINE SS. INDIVIDVÆ TRIADOS, diuinis humanisque [illegible] minime aduerſantibus, alium ſibi regem eligere potuerunt. Sed ſicco [illegible] pede prætereo, quid nupero tempore inter Romanorum Imperatorem RVDOLFVM II & MATTHIAM, Archiducem Auſtriæ, ambos fratres Germanos, [illegible] ex quorum adhuc in recenti memoria obuerſantibus [illegible] eſt, [illegible] quantumue videlicet Ordines Regni Bohemiæ eidemue incorporatæ Prouinciæ, ad conſeruationem ſuorum Priuilegiorum atque libertatum, attentare potuerint. Inſuper publica quoque Scripta adhuc in promptu ſunt, in quibus ipſa fundamenta demonſtrantur, quod etiam in hæreditariis [illegible] atque Regnis Ordinibus conceſſum ſiet, quo pacto videlicet ſeſe tyrannum [illegible] excurere queant.

[illegible] & Reges Sueciæ, atque adeo omneis vnitæ conſœderatæq; Prouinciæ [illegible] Chriſtianorum Regum Politiarum [illegible] ope, fauore, atque [illegible], illa [illegible] omnia hactenus ipſo facto ſatis ſæpeque experti ſunt. Ampliorem [illegible] alteremque deductionem omnium hactenus geſtarum rerum, in peculiari Scripto Apologetico, vrgente neceſſitate, ad totius [illegible] Orbis meliorem informationem, lectori [illegible] propediem communicabimus ac diuolgabimus.

## CAPVT CX.

### *IVS HAEREDITARIVM ET LEGITIMA SVC-CESSIO IN REGNO BOHEMIAE, FERDINANDI [illegible] Auſtriæ. Nunc Imperatoris Auguſti, & Hungariæ Bohemiæque Regis Potentiſſimi atque Inuictiſſimi.*

### *Ieſaiæ XLI.*

NE timeas, quia ego tecum ſum: ne declines: quia ego Deus tuus. confortaui te & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi non ſint, & peribunt Viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies, Viros rebelles tuos, erunt quaſi non ſint; & veluti conſumptio homines bellantes aduerſum te. Quia ego Dominus Deus tuus, apprehendens manum tuam, dicenſq; tibi; Ne timeas, ego adiuui te.

### *LECTORI CANDIDO, ET VERITATIS amanti.*

*IVs* FERDINANDI *II. hæreditarium in Bohemiæ [illegible] & legitima ſucceſſio, non opus habent defenſione; qua[illegible] Imperio probata ſunt: quo factum eſt, vt cum ant[illegible] iſſet infælix quidam partus Cauſarum, ob quas Factio Bohemica [illegible] ſumpſiſſet, legitimum ſuum Regem, iam iuratum & coronat[illegible] Regno per ſummam iniuriam atque audaciam abdicare [illegible] inaniter ſubrogato, res viſa non ſit refutatione digna: præſertim [illegible] ſcateret conuiciis, & calumniis futilibus quas Regis in[illegible] ta virtus per ſe ipſam manifeſte redargueret, & a[illegible] [illegible] rogaret. At poſtquam Suppoſititius ipſe, in ſua informatione ſeu [illegible]ratione nuper euulgata, non dubitat, cauſæ iuſtitiam ad ſatyr[illegible] ſcriptum reuocare, indeque ſubſidium petere: obſequendum fuit ſapientis conſilio, atque reſpondendum calumniatori, ne ſibi ſapiens videatur. Tribus deformis capitibus fatus ille editus, atque in public[illegible]*

*ſitus fuit. Vnum, [illegible] ab inſcitia Iuris: alterum, in facti veritate [illegible]: [illegible] fronte in calumniando.*

*Nam prima [illegible] abdicationis petita eſt à Iure liberæ electionis, quam inſcite ſibi [illegible] factioſi. Secunda obloquitur Comitiorum Regni integritati, in quibus* FERDINANDVS *publice ſuſceptus eſt: denique tertia [illegible] innititur, periurum eſſe* FERDINANDVM, *Regnique hoſtem, ac proinde nec Regem eſſe poſſe. Tu modo mentem adhibe lector: & quamuis inimicus, veritati à nobis luciđiſſime demonſtratæ facile acquieſces, facinuſque deteſtabere.*

## PRIMA CAVSA

Iuratum Regem abdicandi.

*Quod nunquam legitime ex more & conſuetudine priſca atque præſcripto priuilegiorum, in Regem Boemiæ ſit electus: quia nec ipſe eligi; ſed ſuſcipi tantum, [illegible] voluit. idque cur fecerit, ex declaratione huius primæ, & tertiæ cauſæ liquido apparebit.* Hæc ibi ad verbum.

## *RESPONSIO.*

QVAMVIS Ius hæreditarium FERDINANDI anceps foret, & Bohemi hactenus [illegible] potuiſſent aliquod ius habere liberæ electionis: nunc certe [illegible] Regnum vniuerſum FERDINANDO ceſſit, & tanquam legitimum hæredem [illegible], non ex arbitrio, eum ſuſcepit: fruſtra diſceptationem de iure [illegible] pars aliqua Bohemorum, non ipſum Regnum: imo & [illegible] contenderet, poſtquam ſemel hæreditarium Ius [illegible] ſubiecit Sereniſſimo FERDINANDO. Verum [illegible] quod Ius [illegible] conſtat liquidiſſimum atque certiſſimum: quod ex [illegible] demonſtramus. Ex priuilegiis ipſis Regni, quæ ab [illegible] & conſuetudine perpetua, quæ ab iiſdem iactatur, [illegible] ex Regni [illegible] legibuſque authenticis, quas illi ſupprimunt.

### *PRIMA CONFIRMATIO HAEREDITARIAE SVCCESSIONIS EX REGNI PRIVILEGIIS.*

### EXAMINATVR PRIVILEGIVM FRIDERICI II. à Carolo IV. confirmatum.

DE H[illegible] IRONVNTIANT vindices [illegible] Electiui. *Sunt tria aurearum [illegible] Cæſaris* FRIDERICI *autographa præ manu [illegible] quarum prior eſt data Anno 12[illegible] Secunda 1216. Tertia 1221 (pro 12[illegible]) quibus Electos à Statibus*

*[illegible] Reges confirmat; [illegible] prœmittat: Status Regni [illegible], ius & poteſtatem [illegible] pro libitu eligendi hab[illegible], qui [illegible] ab ipſis Rex electus fuerit, regalia [illegible] & [illegible] Romanum poſcere & [illegible] debere. His [illegible] Aurea [illegible] Imperatoris* CAROLI IV. *de Anno 1370. quibus præcedentia priuilegia* [illegible] FRIDERICI *confirmantur, [illegible] prolixius declaratur, Boemos Ius [illegible] habere.* Hæc [illegible].

SImili modo prædictus Dominus Legatus Cæſ. Comes in Hohenzollern/ ciuitati Norimbergenſi XXVII. huius M Nouemb. nomine Cæſ. Maieſt. ſequentia propoſuit. Eſſe nimirum ſibi à Cæſ. Maieſt. clementiſſime iniunctum, vt eadem iſta, quæ à præſentibus Sereniſsim. Dn. Electoribus Principibus aliiſque S. R. Imperii Ordinib. Norimbergæ congregatis nomine Cæſ. Maieſt. poſtulaſſet, per quemdam ſibi bene notum fidumque hominem Ampliſſimo Senatui Norimbergico proponeret, &, loco ſui, ſpectatiſſimo iſti Ordini Senatorio certo perſuaderet, omnia prædictis laudatiſſimis sereniſque Dominis Electoribus, Principibus aliiſque S. R. Imperii Ordinibus in conuentu iſto Norimbergico nomine Cæſ. Suæ propoſita, Maieſt Cæſ. etiam ex puro corde approbare & nihil aliud deſiderare, quam vt conſtans firmaque pax & concordia in vniuerſo S. R. Imperio conſeruaretur; vt autem noui & contrarii quidpiam debeat concedere, id non fore conducibile: Quæ vero à glorioſiſsimis ſuæ Maieſt. Dominis prædeceſſoribus iam olim conceſſa fuerint, ea verbis ſuis Cæſ. Maieſt. ſuam rata habituram, præſtituram & ſeruaturam: ex animo autem dolere, quod tanta diffidentia in perſonam ſuam reiiciatur; Maieſt. enim coram ſe Legato expreſſa fuiſſe verba formalia, *peteretur dumtaxat quidpiam à Maieſtate ſua, quod ſi non iuſto tempore adimpleretur, tum demum contra Maieſtatē ſuam Cæſaream querimonia inſtituerentur.* Et ſane Maieſt. ſuā ſummam ſpem in Rempub. Norimbergicam collocaſſe, eam videlicet contrariis perſuaſionibus nullam prorſus fidem habituram, ſed multo magis, pro more laudatiſſimorum ſuorum maiorum, in bona erga Cæſ. ſuam Maieſt. deuotione, permanſuram, id quod Cæſ. ſuam Maieſt. Cæſarea gratia & beniuolentia recompenſaturam eſſe. Lubentius etiam Maieſt. ſuam Francofurto Norimbergā, quam Auguſtam Vndelicorum, cum Cæſareo ſuo Comitatu proficiſci voluiſſe: Poſtq̃ vero intellexiſſet, aliquot copias, ad Maieſt. ſuam capiendam, in procinctu fuiſſe, conſiliū mutaſſe. Quem tamen tum temporis ſparſum rumorem falſum fuiſſe poſtmodum à fide dignis viris cognouiſſe. Petere iccirco vt hanc ſui expectationem aliis quoque vrbibus ſignificent. Minime quoque ſperare reliquas S R. Imperii ciuitates ſeſe cum alienis & peregrinis negotiis implicaturas, multo minus lapidem moturas, quod Principes, contra Religionis & prophanam pacem, vnum vel alterum S. R. Imperii Ordinem hoſtiliter adoriri velint, vel debeant, præſertim cum nihil emolumenti inde ſperare poſſent, & Principes monaſteria & alia bona Eccleſiaſtica ſibi ipſis reſeruaturos. Sin vero ciuitates, præter omnem Cæſ. ſuæ Mai. ſpem & opinionem, iſtiuſmodi alienis negotiis ſeſe immiſcere conarentur, cogitarent Maieſt. ſuam Cæſ. ipſis hoc minime conceſſuram, ſed pro virili vndique auxilia conquiſituram, & iſtiuſmodi vrbium conatus prohibituram, impedituramque. Quæ autem inde ad ſæpe nunc dictas ciuitates vtilitas redundatura eſſet, facile poſſet colligi. Quocirca Maieſt. ſuam rogare Rempubl. Norimbergen. vt non ſolummodo iſtiuſmodi ad ſe non pertinentibus negotiis ſeſe non immiſcere, ſed multo potius omnibus viribus iiſdem reſiſtere non dedignaretur: quo tandem ſalutaris & iamdudum exoptata pax & conſtans concordia in vni-

uerſo

uerſo S. R. Imperio ſartæ, tectæ, inuiolatæque conſeruarentur. Idque Cæſ. ſuam Maieſt. erga ipſorum Remp Cæſarea gratia clementiſſime recompenſaturam. Bohemicos motus vero quod concerneret, ſperare Maieſtatem ſuam Ampliſſimum iſtius Reipubl. Senatum ſeſe modo dictorum motuum minime redditurum participem: rotunde ſiquidem Cæſ. ſuam Maieſt. ſeſe reſoluiſſe, quod Coronam Bohemicam poſtponere neque poſſit, neque velit. Sereniſſimum quidem Electorem Palatinum, Regem nunc Bohemorum, minime repræhendendum quod Coronam ſibi imponi paſſus eſſet ſi illud, ad ſtabiliendam propagandamque in S. R. Imperio pacem & concordiam, nec alio fine feciſſet: fateri ſiquidem ſeſe (legatū) neceſſum habere, niſi Coronam vel Dominus Elector Palatinus, aut Dominus Elector Saxoniæ, vel deniq; Illuſtriſſimus Gabriel Betlehem, Tranſſyluaniæ Princeps acceptaſſent, Bohemos deſperabundos eamdem Turcis vel Tartaris offerre, eorumdemue opem & auxilium implorare minime erubuiſſe. Nouum autem nunc Bohemorum Regem, Sereniſſimum Electorem Palatinum, immortalem à laudatiſſima domo Auſtriaca laudem & gloriam reportaturum, ſi noua dignitate ſua cederet, & coronam priori Dn. Ferdinando traderet. Quod ſi, vti metuendum, minus fieret, fortunæ aleam vtriſque Dominis committendam, & tum declaraturum euentum cætera.

## CAPVT CXXV.

### CORRESPONDENTIVM S. R. IMPERII ORDINVM AD BAVARIAE DVCEM LEGATIO ET *Propoſitio.*

HÆc dum agerentur, medio huius Menſis conuentus Electorum, Principum, aliorumque correſpondentium S. Rom. Imperii ordinum finem ſuum ſortitus eſt, in quo laudatiſſimi Imperii ordines poſtquam de tollendis magnis præparationibus bellicis, & conſeruatione pacis in Imperio egiſſent, ſplendidam quandam legationem ad ſereniſſimum Dominum Principem Bauariæ, nempe generoſiſſimum & inclytum Heroa, Dominum Fredericum Comitem Solmeio-Laubacenſem ablegarunt, qui ſequentis ferme argumenti propoſitionem Sereniſſimo iſti Duci Bauariæ, nomine Dominorum ſuorum principalium, ſcripto exhibuit: Intellexiſſe videlicet Regem Bohemiæ, Electores, Principes, aliosque S. Ro. Imperii ordines, Sereniſſimam eius celſitudinem per diſtinctos Legatos, tam oretenus, quam peculiaribus aliquot ſcriptis propoſuiſſe, quod videlicet ſuæ Celſitud. aliorumque Romano-Catholicorum ordinum præparationes bellicæ, ad legitimam ſui ſuorumque defenſionem, nullatenus vero vnius S. Rom. Imperii Ordinis offenſionem, ſuſceptæ fuerint, hac expreſſa tamen Catholicis reſeruata exceptione, niſi ipſis ad exceſſus promiſſorum ſuorum anſa & occaſio daretur, quorum omnium certam aſſecurationem Euangelici à Catholicis ordinibus ſibi pollicerentur.

Cum autem laudatiſſimis iſtis Euangelicis ordinibus, pacificus ſereniſſimæ Celſitudinis ſuæ animus & intentio, extincti nunc ferme, & ſepulti Germanici cādoris, iamdudū innotuerit, ita lubentiſſime percipere ordines quod omnia ſua

conſilia

conſilia & actiones, turbulentiſſimo potiſſimum hocce Imperii ſtatu, eo dirigat, quo ſalutaris pax diutius in Imperio conſeruari & ad gratam poſteritatem propagari, ignis quoque in cineribus adhuc ſcintillans ſuffocari queat in tempore.

E contra quoque omnes & ſingulos correſpondentes Euangelicos ordines ſereniſſimæ eius Celſitudini firmam aſſecurationem pollicerentur, propria ſua conſcientia quoque coram omniſcio iuſtiſſimo Deo teſtarentur, quod nihil ſuæ intentioni adeò eſſet contrarium, quam motus in S. Rom. Imperio concitandi, & Romano-Catholicæ Relligioni addictos Dominos Electores, Principes & Ordines, abſque data occaſione, perſequendi, conſiderando quod omnia Euangelicorũ Ordinũ conſilia & confœderationes, ad nullius hominis offenſionẽ, ſed multo potius ad legitimam conceſſamue defenſionem ſuſceptæ fuerint: Minime quoque ſereniſſimam Celſitud. eius latere quantis oneribus, quadraginta nunc annorum ſpacio, & mox à ſancita Relligionis pace, Euangelici Ordines preſſi fuerint, de quibus omnibus per ſumptuoſiſſimas legationes locis conuenientibus multis cum lacrumis ſæpiſſime conqueſti fuiſſent. De die in diem autem hactenus ſperaſſe, ſepoſitis omnibus iſtiuſmodi diffidentiis, tamdem per conuenientiſſima media optatam pacem & concordiam, ad conſeruationem tranquillitatis in Imperio, propagatam fore, potiſsimum vero cum ipſis Anno Chriſti M.DC.XIII. in Imperii comitiis Cæſarea ſatisfactio promiſſa fuerit, idque commune omnium periculum, & extrema rerum omnium confuſio ita poſtulauerit: Qua ſingulari patientia autem grauaminum iſtorum amolitionem hactenus fruſtra expectauerint, & nihilominus, ad teſtandam pacificam ſuam intentionem, illud obſeruauerint, quod ad multam ſanguinis effuſionem tam multorum arctiſsime inter ſe inuicem obligatorum membrorum Imperii ſpectaſſet, & quam forti animo grauiſsima aduerſus Euangelicos Ordines facta mandata, executiones, indeſſabiles perſequutiones & per typos comminatas comminationes ferre neceſſum habuerint, de iis omnibus & ſingulis, requirente id neceſsitate, latiorem quidem deductionem inſtituere poſſent, niſi illud ipſum per ſeſe ſatis ſuperque notum atque cognitum, quorum omnium cauſas, cauſarumque iſtarum malarum patronos à morte Cæſareæ Maieſtatis, & reiectionem toties idoneorum ad pacem & motuum iſtorum componendorum ſpectantia ſalutaria media, Deo iuſto iudicii & cordium ſcrutatori commendarent.

Poſtquam vero interea in contrariis hinc inde diuulgatis ſcriptis Euangelici Ordines percepiſſent, prædicta iſta grauamina ſine cæde & ſanguine neutiquam tolli poſſe, & ipſos quoque Romano-Catholicos Ordines (quorum profeſſiones aliud decuiſſet) magnam late ſpectandam præparationem bellicam, contra S. Rom. Imperii Conſtitutiones, omnium primi & abſque vlla data occaſione, inchoaſſent, cum tamen prædicti Euangelici Ordines, omnium iſtarum contrariarum molitionum plane ignari, ad deponenda arma conſilia ſua communicaſſent, & ad communem ſuſcipiendam defenſionem intenti fuiſſent: iccirco ſereniſſimam eius celſitudinem, tamquam ſapientiſsimum, magnanimum & heroicum principem, probe perpendere debere, an videlicet Euangelici Ordines, periculo potiſſimum aliquanto viciniores, in præiudicium gratæ poſteritatis, excuſare poſſent, ſi interim in vtramque quaſi aurem indormirent, hoſte ad arma confugiente, non ad legitimam a Deo ipſo & natura conceſſam defenſionem

quoque

quoque recurrerent, & libertatem Religionis, toto mundo ipſis chariorem, & pro qua ſanguinem ipſamque vitam profundere parati eſſent, tam flocci facerent, idque potiſſimum illo ipſo tempore, quo peregrinæ Germanico nomini infenſæ nationes, contra Sac. Rom. Imperii Conſtitutiones, in Imperium introductæ, nec prohibitæ, ſed magis magiſque de die in diem continuatæ fuiſſent.

Cum autem pernicioſiſsima damna luce Meridiana nunc clariora eſſent, in ſanandis iſtiuſmodi periculoſis morbis, ad morborum cauſas præcipue ſpectandum & vnice ad amolitionem grauaminum ſæpe nunc dictorum Euangelicorum Ordinum cogitandum eſſet, quo melius libertum & conforme æquilibrium in vniuerſo Romano Imperio poſſet inſtitui, ſine quo omnia corrui & dignitate ſua priuari neceſſum haberent. Cum autem Ordinibus Euangelicis, in defectu tam ſalutaris remedii, nulla correctionis ſpes vlterius relinqueretur, ſed multo potius vererentur morbum, niſi dictum iam modo remedium applicaretur, fore inſanabilem, idcirco laudatiſſimos iſtos regem, Electores, principes, aliiſque Sac. Rom. Imperii correſpondentes Ordines beniuolentiſſime dignum factu iudicare, ſi ſereniſſima eius Celſitudo negotium iſtud ſyncero-pacifico vniuerſo Rom. Imperio notiſſimo heroico ſuo animo probe perpenderet, & ita, periculoſa perturbataq; iſta omnium rerum facie cumprimis (vbi ferme ad extrema peruentum eſſet) cum cæteris Romano-Catholicam Religionem profitentibus Dominis Electoribus, Principibus aliiſque Sac. Roman. Imperii Ordinibus rem eo dirigeret, vt primum videlicet ab ipſis aſſumpta arma, rurſum etiam deponerent, militum vlteriorem conſcriptionem intermitterent, correſpondentibus Dominis ordinibus ad nullam contrariam bellicam præparationem damnumque refuſionum ſumptuum anſam & occaſionem præberent, Euangelicorum Ordinum grauiſſima ſæpe repetita & conqueſta grauamina, potiſſimum vero in ſequentibus clauſulis, quæ in neceſſaria Ordinatione perſonarum in Cæſarea auſa, Sac. Roma. Imperii Cameræ iudicio requirerentur, & quod ad Iudicem modo nunc dictæ Imperialis Cameræ, Præſidem, Adſeſſores & Cancellariam attineret, nec non quæ in conſtitutione Viſitatorum & Reuiſorum (pari numero abſque reſpectu vtriuſque Religionis, quemadmodum etiam in poſtulatione & admiſſione poſſeſſorum Eccleſiarum Cathedralium, ſine Religionis diſcrimine, ad ordinarias conſuetas viſitationes, quemadmodum etiam quod Euangelici Ordines, a ſancita pace Religionis, in poſſeſſione reformatorum Epiſcopatuum, Monaſteriorum, aliorumque bonorum Eccleſiaſticorum pacifico & quiete relinquerentur) conſiſtunt, vt pote in quibus articulis & clauſulis omnibus ſæpe nunc dicti Euangelici Ordines adeo onerati & grauati fuiſſent, vt etiam ipſis, in re tam clara fuiſſet, & manifeſta, nulla tractatio iure propoſita, nec ab ipſis accepta potuiſſet. ſublatis tandem ſic omnibus contrarietatibus, oneroſiſque grauaminibus, ſæpe dictis Ordinibus Euangelicis idonee caueretur, idque non dumtaxat verbis, ſed & ipſo opere & eo fine, ad abrogationem iſtorum grauaminum, diu nunc optatus Sac. Roman. Imperii Ordinum conuentus inſtitueretur, vt ita ab vtraque parte amicabilis cōpoſitio & reconciliatio rei, [illegible] iſti Euangelici Ordines [illegible] Cæſareæ Maieſt. iamdudum, propter [illegible] grauamina, quæ in poteſtate propria Maieſtatis eius ſita eſſent, per Cæſareæ eius Maieſt. aulici Conſilii præſidentem Dominum Comitem [illegible] illuſtriſ-

 limo

limo cum obſequio ſignificari curaſſent, ſumma ſpe nitentes Cæſaream ſuā Maieſt. pro clementiſſima ipſis facta reſolutione Cæſarea, grauiſſimum iſtud negotium ita ponderaturam, quemadmodum illud ipſum magnum imminens periculum, ad conſeruandam Sac. Roman. Imperii dignitatem atque auctoritatem pro ſumma neceſſitate poſtularet, id quod ex ipſa clementiſſime petita reſolutione Cæſarea ſereniſſimæ eius Celſitudini latius manifeſtum atque cognitum fi[illegible]

Poſtquam vero nudæ dumtaxat promiſſiones, perturbatiſsimo horum rerum perturbatarum ſtatu, non amplius poſſent eſſe conducibiles, iccirco Euangelicos Ordines ab altera parte duorum Menſium ſpacio, mediante ſereniſſima eius Celſitudine, (quæ Religioni ſuæ addictos Ordines Catholicos abſque vllo negotio eo poſſet flectere) finalem & categoricam reſolutionem expectate velle, quo melius, ſi eadem forſitan diutius differretur, vel plane illis denegaretur, illi etiam cauſæ conſulerent & proſpicerent.

Teſtari autem Regiam ſuam Maieſtatem omneſque Sac. Roman. Imperii Euangelicos Ordines coram D E O ac mundo nihil ingratius ipſis poſſe accidere, quam ſi ipſis, ad vlteriores innouationes & ferendas turbas vniendum et ad hominem lædendi in Sac. Roman. Imperio, anſa & occaſio præberetur. Econtra vero ſperare ſeſe, cum ſæpe nunc allegata onera intolerabilia amplius ſuſtinere nequeant, & extremam omnium ruinam denunciarent, neminem ſanæ mentis ipſis vitio verſurum ſi ad legitimam à D E O ipſo & natura conceſſam defenſionem ſuum ſumerent refugium, ad quam pars contraria ſupra commemoratis magnis præparationibus bellicis, & introductione peregrinæ Germanis infenſæ nationis in Imperium, & tandem magnum & ineuitabile inſtans periculum ipſis anſam & occaſionem præbuiſſet, quem admodum etiam comparitionem in Comitiis inanem & pro liberatione ſuorum grauaminum pro nihilo agnoſcerent, ſed, auxiliante diuina gratia, prædictam legitimam ſuam defenſionem coniunctis Chriſtianis viribus vlterius propagare, & eo ſemel ſpectare vellent, quo ſcilicet medio priſcam ſuam libertatem, & veram ſaluificamque Religionem ſartam tectamque conſeruare, & deniq; intollerabile iſtud ſibi comminatum iugum & rigidum peregrinum dominatum (ex quo forſitan maiora pericula & deplorandæ miſeriæ exoriri poſſent) excutere queant, id quod illi, qui ad tantā ruinam omnem mouiſſent lapidem, in magno iſto die coram Deo iuſto iudice ſi poſſent excuſare debeant, conſiderantes, in omnibus ordines Euangelicos aduerſæ partis exemplum, prius datum, ſequi neceſſum habuiſſe.

Si igitur ſereniſſima eius Celſitudo hoc negotium in humeros ſuos deriuare pateretur, & forſitan ſpecialiora ad pacem & concordiam ſpectantia ſalutaria media proponere dignaretur, non ſane dubitaret Euangelico-Correſpondentes Ordines, ad pacem & quietem magis, quam ad multam innocentum ſanguinis effuſionem pronos & intentos (id quod hactenus reipſa ſatis ſuperque demonſtraſſent) non tantum, ante appræhenſionem extremorum, ad directum paci ſcopum inclinaturos, verum etiam ſereniſſimæ eius Celſitudini maximas gratias acturos, Celſitudinem vero ſuam, ob tam bene oppreſſæ patriæ nauatam operam, à grata poſteritate immortalem laudem conſequuturam.

Cumque res etiam ita comparatæ eſſent, & de pacifico ſereniſſimæ Celſitudinis ſuæ animo, & fideli erga patriam amore, nequaquam dubitaretur, Regem,

Electo-

Electores, Principes, alioſque ſacri Romani Imperii correſpondentes Ordines ſperare, neque ſeſe, neque etiam aduerſam partem ad maiorem vlterioremque præparationem bellicam nullam cauſam habituram. Sin vero, præter omnium ſpem & expectationem, præparationes iſtæ bellicæ non inhiberentur ſed vlterius continuarentur, correſpondentibus quoque ordinibus neminem verſurum vitio, ſi peregrinis aduenititiis copiis itinera aditusque intercluderent, & ad legitimam ſui ſuorumque defenſionem, conceſſa ordinaria media apprehenderent.

Quocirca ſereniſſima eius Celſitudo eo potiſſimum clementiſſime ſpectare ne dedignaretur, quo Euangelico-Correſpondentibus Ordinibus cum introductione peregrini militis parci, & Celſitudo eius hac de re non amplius ſollicitari & implorari queat. Si igitur ſua Celſitudo omnes iſtiuſmodi inconuenientias & extremitates impediret, econtra vero ſalutaria ad exoptatam pacem neceſſaria media in medium clementiſſime proponeret, per quæ toties reperita dura onera & grauamina, abſque extractione & mora vlteriori, tolli poſſent, reliqua vero, pro arbitrio Sereniſsimæ eius Celſitudinis, ad conuentum ſereniſsimorum Dominorum Electorum Principum & Ordinum vtriuſque religionis reuocerentur, terminus ad amicam rerum controuerſarum compoſitionem poſſet præfigi.

## CAPVT CXXVI.

### *DVCIS BAVARIAE AD POSTVLATA CORRESPONDENTIVM ORDINVM RESPONSIO.*

AD iſtiuſmodi Electorum, Principum & Correſpondentium S. R. Imperii Ordinum poſtulata, ſereniſsimus Dominus Maximilianus Bauariæ vtriuſque Dux, &c. ſequentis ferme argumenti ſcripto reſpondit: percepiſſe nimirum ſeſe tam oretenus, quam diſtinctis aliquot correſpondentium dominorum ordinum ſcriptis, quæ videlicet nomine modo dictorum dominorum correſpondentium Ordinum Norimbergæ congregatorum, Illuſtris & Generoſiſsimus Comes Solmeio-Laubacenſis penes alios ſubordinatos dominos & legatos propoſuiſſet. Icirco ſeſe ipſis per amica officia & clementiſsimam ſalutem viciſsim decenti more ſignificare, & ante omnia grato animo intellexiſſe pacificum ſuum animum, bonam intentionem, conſilia & actiones, ad conſeruationem propagationemque pacis & concordiæ directas, dominis ordinibus notas, ab ipſis celebratas, ſeſe vero ad iſtarum continuationem eſſe adhortatum. Eamdem vero, quam Euangelici prætendiſſent, conſtantiam & in propoſito ſuo perſeuerantiam ſeſe polliceri, nec dubitare, ſi hactenus ſua conſilia, ad auertenda præſentia & futura mala directa, non poſthabita, & vice verſa peculiares intentiones continuatæ fuiſſent, ad tam copioſam innocentis ſanguinis profuſionem & deuaſtationem prouinciarum, vrbium, pagorumque numquam proceſſiſſe, ſed alterum cum altero in vicinis Regnis & prouinciis conditionaliter, & in nullum alterius præiudicium, pacifice & tranquille viuere potuiſſe. Quod autem ſalutaria iſta ſua conſilia poſtpoſita fuiſſent, & vnum malum alterum illico ſubſequutum eſſet, etiam adhuc forſitan niſi iſtiuſmodi inconuenientiis in tempore iretur obuiam, ad totalem S. R. Imperii eiuſdemque membrorum perueniri, & præſtantiſſima iſta S. R. Imperij

Harmonia, à tot ſeculis in hodiernam vſque diem continuata, quam etiam ad gratam poſteritatem merito tranſmittere deberemus, hocce tempore per inc[illegible] noſtram corruere poſſet, ita vt exteris regibus & principibus ludibrio eſſe poſſemus, id ſibi ex animo dolere & iuſto iudici Deo commendare, coram quo impulſores & anteſignani iſtorum exortorum motuum aliquando rationem r[illegible] tenerentur, vbi ſane nulli ſpecioſi prætextus, vel excuſationes (quæ hodierno tempore, ad actiones ſuas confirmandas & ſtabiliendas, a multis prætenderentur) locum inuenturas, ſed multo potius, iuxta rectam & internam actionem, iudicium expectandum eſſe.

Ad ſuam autem per legatos ſuos Norimbergæ factam propoſitionẽ quod attineret, ſeſe adhuc in propoſito ſuo immotum perſtare, nempe Catholicorum Electorum, Principum aliorumque ordinum perículoſo hocce tempore ad[illegible] dum neceſſariam, naturalem & iure gentium conceſſam non prohibitam defenſionem nullo modo ad excitandos motus in S. Rom. Imperio, multo minus ad opprimendos Auguſtanæ Confeſſioni addictos Electores, Principes & ordines vel vnius etiam hominis oſtenſionem abſque data prius cauſa, e[illegible] Quoniam etiam Euangelico-correſpondentes ordines ſeſe in prima propoſitione rotunde in contrarium reſoluiſſent, & aſſecurationem à Catholicis p[illegible] ſeſe inde colligere & animaduertere haud poſſe cur Euangelicorum propoſitio in contextu adeo late, & recte quidem ad extrema directa fuiſſet, & in ipſorum poſtulatis abſque mora ſatisfieret, ſeſe cum propria profuſione ſui ſanguinis & amiſſione vitæ, libertatem ſuam recuperare, Religionem defendere, immo ipſos idonea media, ad grauaminum ſuorum ſubleuationem & abrogationem inuenire velle in ſeſe recepiſſent, ex quibus omnibus ſequeretur Catholicos ordines, tanquam inimicos, de facto infeſtari & neceſſario oppreſſioni fore obnoxios. Sperare igitur ſeſe hancce dominorum Euangelicorum Ordinum opinionem, non iuxta verba ipſorum formalia, ſed ſecundum aliam melioremque ſignificationem oportere intelligi conſiderando Catholicos vna cum ipſis Euangelicis Ordinibus præſtantiſſimum S. Rom. Imperii corpus ab inchoatione Romani Imperii efficere, acquirentium quoque & fundatorum voluntati atque intentioni, quemadmodum etiam ipſi æquitati è diametro quaſi repugnare, ſi domini Ordines Catholici, vltra per amicas ſuas declarationes & reſolutiones; & ni illico in aduerſæ partis poſtulata conſentirent, hoſtiliter inuadi, immo prorſus ad internecionem vſque deleri & opprimi debeant. Quoniam etiam correſpondentes domini Ordines nequaquam cogi vellent, ſed reſolutionem ſuam certis de cauſis & vſque Catholici ſeſe rotunde declaraſſent, differrent: eo grauius & moleſtius eſſe Catholicis quod iidem correſpondentes Ordines præcipuam ſuam intentionem in tam arduis grauiſſimiſque negotiis, tamquam claram & perſpicuam rem, ante omnia prius habere vel ni id ipſis concederetur, vi obtinere vellent; cum tamen hactenus abunde ſibi cognitum & perſpectum fuerit, Catholicos, ſtatim à inita & conſtituta pace religionis, propter grauiſſima ſibi impoſita oneta (quæ tamen hactenus ſingulari patientia ſuſtinuiſſent) vehementer fuiſſe conqueſtos, quemadmodum etiam ſeſe iamdudum certo expertum eſſe prætenſa iſta grauamina à parte correſpondentium nulla, Catholicorum autem è contrario iuſta & clara, vel tamen ad minus inter vtramque partem eſſe diſputabilia, immo illa ipſa gra-

ſa grauamina veteri iuriſdictioni in imperio, indubiæ poſſeſſioni vtrius partis, quæſito fini alicuius æquilibrii & conformi iuſtitiæ nequaquam conducibilia, ſed multo magis, propter in cauſa quadam controuerſa dubium euentum, maiori omnium rerum confuſioni eſſe obnoxia, ni mature graſſanti iſti malo occurratur. In particularibus quoque correſpondentium grauaminibus, ſeſe eius rei nullum eſſe arbitrum, etiam Catholicis opem auxiliumq; præſtare, niſi premantur, non teneri. Quod ſi fieret, æque ad concurrendumq ipſis eſſet obligatus, quam correſpondentes membra ſua in vicinis regnis & prouinciis in religionis negotio defendentes.

Ad Donauerdam, cuius Correſpondentium dominorum Ordinum Legati quoque antea mentionem feciſſent, quod attineret, ſatis abunde ipſos aliquoties percepiſſe, nihil ſeſe deſiderare amplius, quam reſtitutionem elocatorũ ſumptuum, & in Imperii conſtitutionibus fundatam ſuam aſſecurationem, etiam ipſo momento reſtitutis ſibi tamen prius dictis ſumptibus, vrbem ab obligatione ſua liberam pronunciare velle, & currenti calcar addere eſſe ſuperuacaneum. Si etiam aliquot liberæ ſacri Roman. Imperii vrbes, quorum Donauerdæ reſtitutio cordi cui æque eſſet, etiam vel minimam partem elocatorum ſumptuum (quã, vti prætenderetur, contribuiſſent) Donauerdæ ſubminiſtraſſent, vel terminum quendam ad futuram ſolutionem præfixiſſent, vt eo maturius pecuniæ ſuæ elocatæ particeps fieri potuiſſet, vrbes intentionem ſuam in tempore implere debuiſſent, & nihil inde tum metuendum fuiſſe periculi.

Cui, propter tollenda toties citataq; grauamina, culpa merito imputetur, neſcire ſeſe, hoc tamen, vice verſa, pro comperto habere, ipſos Catholicos Ordines, non ſolummodo in omnibus ferme S.R. Imperii Comitiis, verum etiam apud ipſos Romanorum Imperatores, in Cæſareo Cameræ Iudicio, & permultis aliis in locis, de iiſdem (grauaminibus) vehementer admodum conqueſtos, id quod copia oppreſſorum, eorundemue querimoniæ ſatis ſuperque teſtarentur.

Quamuis autem Catholicis de Cæſarea, ad amicam controuerſiæ compoſitionem, facta promiſſione, nil certi conſtaret, & illa forſitan abſque ipſorum præſcientia facta eſſet: nihilominus tamen ipſos, graſſante iſta rerum omnium confuſione in Imperio, ad compoſitionem iſtam conſenſum ſuum præbuiſſe, hac tamen cum conditione, vt videlicet Correſpondentes Ordines, ad maiorem ad hoc negotium neceſſariorum articulorum declarationem, ſeſe quoque rotunde reſoluerent, qua ſine Catholicos Compoſitioni iſti initium minime facere potuiſſe, aſt iſtam Euangelicorum Ordinum reſolutionem præter omnem ſpem & expectationem hactenus nondum fuiſſe factam, quocirca Catholicos minime in culpa eſſe velle, quod amica iſta controuerſiæ compoſitio, in publico quodam vtriuſque partis Ordinum Conuentu, nondum ad finem perducta ſit.

Quodque Catholici Ordines hactenus ſuo loco, de intolerabilibus fermo ſibi ſubinde impoſitis oneribus, ordine conqueſti fuerint, quo melius omnia iſta grauamina tollerentur: nolle heic ipſos ſiniſtræ alicui ſuſpicioni rurſum fieri obnoxios: ſi enim onerati [illegible] Catholici procraſtinatam iam ante iſtam compoſitionem diutius expectare, interim vero ob illatas ſibi iniurias non conqueri debeãt, inauditos de ſuis bonis pelli poſſe. Sin vero hac in re forſitan vel in defectu, vel in exceſſu peccatum a quoquam fuiſſet, illud ad ſeſe minime ſpectare, nec cuiquam

 forſitan

forſitan retribui poſſet. Si quis enim quicquam oppoſ[illegible]ſſet, & iuſta media [illegible] via inceſsiſſet, procul omni dubio idonea media reperiri potuiſſent, conſideran[illegible] quod omnium actorum, propoſitorumque grauaminum reddenda ratio f[illegible] pollicita.

De aliis perſequutionibus, periculoſis Conſiliis, & publice diuul[illegible] [illegible]uiſsimis Comminationibus, diffamationibus. & quod grauamina iſta ſine c[illegible] ſanguine non tolli poſſent &c. ſeſe de hiſce & ſimilibus minime [illegible] ruct[illegible] hæcce ſibi vellent, cum de iſtiuſmodi rebus nulla expreſſa facta fuerit m[illegible] æſtimare ſeſe, Correſpondentes Ordines particulares iſtiuſmodi priuatorum [illegible] ptorum diſcurſus pluris æſtimaturos, quam Electorum, Princ[illegible] & O[illegible] quos res attingat, publicæ, & ſolemni forma confirmatæ pollicitationes

Sin vero hoc in negotio ſcriptorum ſuorum priuati adfectus locum [illegible] rem fortaſsis obtinere debeant, magis magiſque ipſos Cat[illegible]olicos ad [illegible] diffidentiam anſam & occaſionem habere, cum in hinc inde diuerſ[illegible] Ca-tholicorum Ordinum Archiepiſcopatus & bona Eccleſiaſti[illegible]a inter Co[illegible]-dentium exercitus jam ante victoriam diſtributa fuerint, & in deſ[illegible] lorum eorumdemue ſymbolorum concluſio facta fuiſſe[illegible] quibus [illegible] Eccleſiaſticis Generales Capitanei & milites perſoluendi eſſent, & [illegible] Eccleſiaſticorum Ordines quoque, vt qui veluti ſaxea corda flect[illegible] p[illegible] ideo opprimendi ſint, vna cum capite ſuo Eccleſiaſtico, publico anathemate vel proſcriptione percuſſos, ipſorumque bona publicata fuiſſe.

Sed hæc Catholicos nunquam mouiſſe, optan[illegible]um tamen eſſe [illegible] eiuſmo-di famoſa ſcripta, iuxta S. R. Imperii Conſtitutiones, ſerio [illegible] dicerent[illegible]. Ve-reri tamen ſeſe ſi hæcce Correſpondentium reſol[illegible]tio, vna cum adnexis c[illegible]-nationibus, prout ſcriptæ eſſent, & non à vili perſona [illegible]pendentia opprimendo-rum iudicia, aliis Ordinibus proponerentur, plures forſitan reperiri poſſe, qui coniectarent grauamina ſine ſanguine & cæde t[illegible] non poſſe, a[illegible] ſeu[illegible] n[illegible]orem à correſpondentibus reſolutionem polliceri. Ipſos autem Catholicos (quos ex-cuſare ſeſe heu non intermittere potuiſſe[illegible]) ad ipſa facta, cædis nim[illegible]um & ſangui-nis, nondum perueniſſe, illos ipſos [illegible] quidem grandes iſtas præparationes bellicas minime inchoaſſe, nec militem conſcripſiſſe quo vſq; motus Bohemici ſeſe indi-es latius dilataſſent, & per Romanum Imperium, exteri & inquilini equites pedi-teſque introducti fuiſſent, qui tamen, cum magno ſubditorum damno, per Ca-tholicorum Ordinum territoria abſque ſolutione ordinaria, propria auctoritate graſſati fuiſſent, & multis grandem pecuniæ ſummam imperaſſent, & tunc de-mum paucos quoſdam Catholicos Ordines, ne cuiuſuis ad factas tot tantaſque comminationes quod Eccleſiaſticorum templa percurrenda eſſent, & imminens periculum, aliquot demum copias ad ſui ſuorumque neceſſariam defenſionem conſcripſiſſe. Quoniam præterea Correſpondentium claſſis hinc inde circumdu-cta, & tandem plane Catholicorum territoria atque ditiones attigiſſet, pericu-lum eo maius fuiſſe, ideo vires ſuas Catholicos quodammodo auxiſſe, idemque exemplum cæteros quoque Catholicæ Religioni addictos ſtatus & Principes fuiſſe ſequuturos, quod (propter magnos ſumptus & dignitatem Profeſſionis ſuæ) lubentius intermiſiſſe, vi ad contrariam defenſionem fuiſſe coactos.

Reue-

Reuerendiſſimum Principem & Epiſcopum Herbipolenſem, quemadmodum intellexiſſet, quidem aliquanto citius, attamen poſt iam exortum continuatumque motum Bohemicum & varios variorum militum periculoſos tranſitus, præparationem bellicam inſtituiſſe, id tamen propter intentatas ſibi in loco inconſueto comminationes, violentam interminatam executionem dependentis adhuc ſub iudice litis, & grauem imperatam contributionem feciſſe, præſertim cum vidiſſet quantas præparationes bellicas, adductione alimentorum, præmunitionum, inſtrumentorumque bellicorum &c. vicini Principes & Correſpondentes Ordines feciſſent: non iam conſiderato Epiſcopatui Herbipolenſi illato damno, vltra aliquot centum florenorum millia ſeſe extendente, quod bene, aſt incaute, fidendo, nullis tum temporis præparationibus bellicis in promptu præſentibus, ſuſtinuiſſet. Hiſce & ſimilibus Illuſtriſſimum Principem Herbipolenſem fuiſſe permotum, quod, ad præcauenda magna pericula, neceſſario æque ac iuſto tempore, nullius inſtinctu, ſed propria auctoritate & prouidentia, exercitũ conſcripſerit, cuius rei luculentam rationem eſſet redditurus. Cumque Catholicos ſtatus Eccleſiaſticos, æque vt ſeculares, (alterum tamen plus altero) Principatus & dominia à ſummo ſeculari capite vt feuda poſſidere, & vel paribus, vel reſpectiue etiam maioribus oneribus obnoxios eſſe, ita vt, ad illa defendenda & in flore vigoreque conſeruanda, ſeſe obligatos animaduerterent, præpoſtero certe modo agere ſi neceſſariam defenſionem intermitterent, & hoc modo ſeſe ſuoſq, ſubditos ipſos incurioſa pigritie & temeritate relinquerent, modo quod id ſuæ profeſſioni Eccleſiaſticæ eſſet contrarium. Eſſe autem ipſorum Iura, temporalitatem quod attinet, cæteris non diſſimilia, ſed certo quodam modo inter ſe inuicem cohærere, ita vt neceſſariam & legitime conceſſam defenſionem per ſuos officiales & ſubditos inſtituere, immo, exemplo maiorum, in propria perſona, penes alios Roman. Imp. Reges, Principes, alioſque proceres, contra communem Chriſtiani nominis hoſtem hæreditarium, alioſque rebelles, expeditionem ſuſcipere poſſe, id quod tam priſcis quam recentibus exemplis probandum eſſe. Notorium quoque Ordines Romano-Catholicos hodiernos, (niſi ad iſtiuſmodi importunitatem, impenſas, curas & pericula cogerentur, ſed viceverſa, vna cum ſuis ſubditis, in bona pace & tranquillitate vitæ relinquerentur) nulli equo ephippium impoſituros, multo minus tantos ſumptus ad periculoſam iſtiuſmodi expeditionem facturos: immo factas ſuas præparationes bellicas, ex aduerſis Correſpondentium Ordinum actionibus ſuſceptas, (ni, ob intentatas ſibi grauiſſimas minas, maiora ſibi pericula metuenda eſſent) etiam ipſo temporis momento ſeſe dimiſſuros: an vero quoſdam Romano-Catholicos exteros S. R. Imperio minime addictos, Correſpondentium Ordinum ſtipendia ſequi, & alteram bellantem partem interdum deſerere, ſeſe ignorare, nec tamen ſibi perſuaderi poſſe inter Romano-Catholicos, quo vſque melius informaretur, eiuſmodi homines reperiri.

In conſcriptis etiam exercitibus, Correſpondentium Ordines Catholicis longe eſſe ſuperiores, nec vnum quoque Ordinem Catholicum (exceptis Cæſar. Maieſtatis & domus Auſtriacæ priuatis, à Sac. Rom Imperio ſeparatis expeditionibus) integrum exercitum per Imperii ditiones duxiſſe, multo minus contra eiuſdem Conſtitutiones egiſſe, cum militis conſcriptio iiſdem Imperii Conſtitutionibus non aduerſaretur, & idcirco ad propriam ſui defenſionem æque quam

aliis,

aliis conceſſa eſſet, plus aliis etiam nunquam feciſſe, nec in alienis, ſed propriis territoriis ſuis hoſpitia militibus ſuis deſignaſſe, eoſdem ſuis ſumptibus ſuſtentaſſe. Quibus oneribus autem Catholici ab aduerſa parte preſſi fuiſſent, & indies iis in locis adhuc premerentur, qua moneta etiam Bohemis adducti milites hoſpitibus ſuis victualia aliaque ipſis ſuppeditata neceſſaria perſoluerent, vlteriori declaratione minime indigere, ipſam ſiquidem veritatem rei luculentum præbere teſtimonium.

Minime quoque ſe decere, vt Cæſareæ Maieſtati, vel laudabili domui Auſtriacæ, modum præſcriberet, quos & quales ſcilicet milites in hiſce ſuis aduerſitatibus vſurparet, vel vnde eoſdem ſibi compararet, cum primis quoniam Bauariam tranſgreſſis correſpondentes ordines ſaluum conductum & liberum tranſitum conceſſerint. Quamuis autem Hiſpanicis militibus, & aliis per ditiones ſuas tranſeuntibus copiis lubentiſſime aditum intercluſiſſet, eaſdem tamen a ſuis limitibus coercere non potuiſſet, potiſſimum vero quoniam, iuxta S. R. Imperii Conſtitutiones, idoneam cautionem, neminem abſque data cautione lædendi, ſibi præſtitiſſent, & in ſe collatos ſumptus beniuole perſoluiſſent: neque ſi ſe contrariæ quoque parti correſpondentium ordinum aduectione militum, commeatuum, inſtrumentorum bellicorum, aliarumque neceſſariarum mercium per dominia ſua Bauarica in Bohemiam vel Auſtriam, tranſitum vnquam denegaſſe.

Certiorem etiam ſeſe à ſuis qui illud vidiſſent, eſſe factum, tam in Cæſarea, quam Correſpondentium Ordinum per Imperium tranſgreſſa claſſe, vnius ferme generis milites vtpote, Germanos, Weſtphalos, Rhenicolas, Belgas & Valones, & forte, loco Italorum, parte altera vel Hiſpanos vel Scotos alioſque S. R. Imperio minime obligatos homines, fuiſſe conſpectos.

Ad neceſſariam autem principatuum ſuorum Bauarorum defenſionem quod attineret, omnibus notum manifeſtumque eſſe, ſe ob in Bohemia & Auſtria flammante incendio aliis multo eſſe viciniorem, & vndique ferme ab iſto circumſeptum: quocirca cum longius atque latius flamma iſta Bohemica serpſiſſet, ſe, tanquam ſupremum Ducem, ratione ſui officii, ad ſui fideliſſimorumque ſuorum ſubditorum neceſſariam legitimamque defenſionem, aliquot equitum peditumque copias conſcripſiſſe, quas tamen reſpectu paucitatis ſibi in hodiernum vſque diem parum eſſe conducibiles, cum, propter alias aliorum tempeſtiuas conſcriptiones, milites cariores facti eſſent, & tandem quod, ad vitandas varias variorum ſuſpiciones, præparationem bellicam nimis ſero inſtituiſſet, & indies meliorem rerum perturbatarum ſtatum ſperaſſet. Quam moram tamen ipſos etiam Correſpondentes Ordines probaſſe. Quocirca ſibi, tanquam ſummo Bauariæ capiti, vitio iſtud correſpondentes non verterent, qui ipſi ſcirent quid apud tam vicinas & ferme ante inauditas adeo grandes expeditiones, excurſiones & direptiones, eſſet expectandum, & quam frigide aliquis pacem promouere poſſet, qui, ope auxilioque deſtitutus, aliena gratia niti neceſſum haberet. Cum etiam exiguis iſtiuſmodi copiis, perturbata iſta rerum omnium facie vicinitatis, fideliſſimos ſuos ſubditos defendere haud potuiſſet, ideo aliis quoque in locis, etiam in Weſtphalia, vbicunq; modo potuiſſet, copias maiores contraxiſſet, quas, iuſto numero impleto, infinitis ſumptibus, laboribus & moleſtiis (quibus lubentius carere voluiſſet) ad ſeſe pertraxiſſet.

Ad

Ad maiorem autem virium ſuarum auctionem præter iam commemoratas cauſas, ideo quoque fuiſſe permotum, quod Gabriel Bethlehemus Turcorum Imperaroris Vaſallus, bono cum principalis & Chriſtiani nominis infenſiſſimi hoſtis conſenſu & impetrata venia, indubiaque eiuſdem promotione, magno cum exercitu præter omnium ſpem & expectationem in Hungariam ſuperiorem exercitum ſuum traduxiſſet, aliquot finitima loca hoſtiliter occupaſſet, Viennam Auſtriacorum verſus cum exercitu ſuo mouiſſet, & vna cum ſuis aſſeclis vrbem iſtam ferme occupaſſet, etiam certis quibuſdam in locis, quod notorium, eloqui non erubuiſſet, ſcire videlicet ſeſe cum ſuo exercitu maiorum ſuorum viã, qua, præſertim hocce tempore, vbi amicorum manus ſibi ſuiſque non reſiſterent, faciime abſque vlla remora in ipſam etiam Bauariam penetrare poſſet: quibus ſic dictis metuendum fuiſſe ipſum pari tyrannide maiorum ſuorum veſtigia (quorũ triſtia monimenta paſſim adhuc extarent) calcaturum, &, quemadmodum etiam præſtantiſſima illa loca inter Viennam & Presburgum, omnia direptionibus & vaſtationibus crudeliſſime perditurum fuiſſe, cui rumorem (quod videlicet Dux Bauariæ viſitandus, & inde omnia pericula declinanda & excutienda eſſent) ſuperadditum fuiſſe: illud tamen ſeſe ſuo loco reliquiſſe. Quoniam vero iſtæ minæ, (quæ tamen tum temporis propter internam concordiam minime metuendæ fuiſſent) plus iuſto finem ſuum exoptatum attigiſſent, non immerito, perturbatiſſimo iſto Statu Auſtriæ, ſeſe neceſſariam defenſionem inſtituiſſe, exemplum Correſpondentium Dominorum Ordinum & legem naturalem, VIM VI REPELLERE LICET, &c. eſſe ſecutum. Sperare igitur illud, quod in propoſitione, ad impediendos copiarum militarium tranſitus, allegatum fuiſſet, non ad recens ſuum conſcriptum exercitum (qui forſitan apud Correſpondentes iſtos Dominos Ordines tranſitum neceſſum haberet) fore directum, ſeſe ſiquidem & militares ſuos Duces contra S. R. Imperii Conſtitutiones nihil ſuſcepturos, cautionem ordinariam neminem lædendi præſtituros, & tandem vnicuique Correſpõdentium exoptatiſſimæ pacis amanti Ordini ſimilia officiorum genera, quæ, vti paulo ante dictum, nemini mortalium vnquam denegata fuiſſent exhibituros.

Denique, quod ad tollendam omnis diffidentiæ ſcaturiginem, & abolenda Correſpondentium Dominorum Ordinum grauamina, apud cæteros Catholicos ordines omnem operam collocare deberet, vt videlicet arma deponerent, prætenſa manifeſta grauamina ſimpliciter, prout peteretur, tollerent, & tandem talem aſſecurationem ſiue cautionem præſtarent, cuius intra duorum menſium ſpacium definitiua ipſorum ſententia reſolutoria certo expectaretur. Id niſi fieret, correſpondentes nihil amplius expectaturos, vires ſuas aucturos, & libertatem ſuam defenſuros eſſe, omnem vero inde ſubſequuturam calamitatem primi eius motores excuſarent: Quod etiam Correſpondentes Ordines Catholicorum conſcriptionem militũ & tranſitum pro virili impedire, & ad grauamina ipſorum ſubleuanda, commodiora remedia inuenire in ſeſe recepiſſent, paratum ſeſe quidem omnia principi viro conuenientia, paterno-amica officia ipſis (ordinibus Euangelicis) præſtare, verum talem compellationem, & reſpectiue implorationem, (impediendis ſcilicet peregrinis conſcriptionibus in rebus tanti momenti, & quæ in ſua poteſtate non conſiſterent, & flectendis tam procul diſſitis Catholicis, vt arma deponerent adeo breui temporis ſpacio) ab ipſis minime, præſenti rerum

perturbatarum facie, ſperaſſe, cum illud ipſum (quemadmodum Correſpondentes Domini Ordines prudenter & facile quidem ſecum ipſi perpendere poſſent) non ſolummodo ad vniuerſos Catholicos, verum etiam Romanorum Imperatorem ipſum, S. Roma. Imperium eiuſque membra, ſuo modo & reſpectiue, ſpectare, conſiderando Catholicos pari modo, quemadmodum Correſpondentes Ordines feciſſent, multis nunc ab annis ſubleuationem onerum inſtanter diuerſis in locis petiiſſe, quocirca de vtriſque pari modo tractandum eſſe, potiſſimum vero quoniam Catholici, correſpondentium exemplum in eadem re ſequentes, à priſca ſua libertate, in aliorum gratiam, ne latum quidem vnguem diſceſſuri eſſent: Quemadmodum etiam, viceuerſa, correſpondentium ſtatus vnus, cæteros Dominos Electores & Principes ad ſuas partes non adeo facile eſſet pertracturus, vt ita per omnia ſibi adſtipularentur.

Conducibilius igitur fuiſſe ſeſe autumare, ſi Correſpondentes Ordines, cõmunem hoc in negotio vſitatam viam ingreſſi, deſideria ſua ad vniuerſos Ordines Catholicos, vel tamen ſaltim ad Reuerendiſſimum Dominum Electorem Moguntinum tamquam S. R. Imperii Archi-Cancellarium, vel denique ad Catholicorum Statuum delegatos, tum temporis Herbipoli Orientalis Franciæ congregatos, detuliſſent, præſertim cum modo iam dictus iſte conuentus Herbipolenſis non (quemadmodum Romano-Catholicis imputetur) ad opprimendam Correſpondentium libertatem Religionis, & eoſdem crudeliter perſequendos ſuſceptus eſſet, ſed quomodo verſa vice pax & concordia in S. Rom. Imperio ſarta tectaue conſeruaretur, &, ni id fieri poſſet, quomodò aduerſus inopinatas perſecutiones, turbationes & inuaſiones, neceſſaria & conceſſa defenſio in omnem euentum, & requirente id neceſſitate inſtitueretur: Facta etiam de motibus Bohemicis (ex quibus ceu fonte, omnes iſtiuſmodi periculoſæ & deplorandæ calamitates promanaſſent) mentione, Ordinibus Catholicis etiam tanto minus fuiſſe prohibitum conuentus iſtiuſmodi celebrandi, quam ordinibus Euangelicis, quicquid etiam in vtriſque propoſitum & quæſitum fuerit.

Cæteras appenſas cominationes imprimis ſibi conſiderandas obtingere, Cum Correſpondentes Ordines à Catholicis aſſecurati ſint ſuam præparationem bellicam ad naturalem & legitime conceſſam defenſionem, non autem, vti prætenderetur, ad offenſionem Correſpondentium Ordinum, modo nulla offendendi daretur occaſio, ſpectare. (*Catholicorum.*)

Si quoque eandem cautionem Euangelici Catholicis præſtarent nulla amplius belligerandi daretur occaſio: nec fas eſſe vni, vt alteri aduerſæ parti modum rationemque præſcriberet, quo ordine nimirum res ſuas in ſuis dominiis & territoriis adminiſtrare debeat & velit, modo id fieret abſque damno & detrimento alterius: iccirco ſe non adeo manifeſte ſcire, quibus fundamentis iſtæ graues factæ comminationes & periculoſæ propoſitiones niterentur. Catholicos inſuper propter tam late graſſans incendium Bohemicum, & intentatos ſibi proceſſus comminatorios, non adeo facile præparationes ſuas bellicas è manibus dimiſſuros, nec, antequam Bohemi idem feciſſent, arma poſituros, dicti iſtius haud immemores:

*Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calua.*

Hoc

Hoc tamen pro certo, comperto, atque cognito ſeſe habere, multas triſtiſſimas & nunquam ſatis deplorandas calamitates fuiſſe intermiſſas, ſi tam paternæ, fideles, atque grauiſſimæ adhortationes Sereniſſimi Ducis atque Electoris Saxoniæ Saxea adeo Bohemorum corda flectere & mouere potuiſſent.

Non immerito quoque quoſdam dubitare poſſe, an videlicet ſimiles propoſitiones & grauiſſima late ſpectantia poſtulara, a ſeſe & vniuerſis Catholicis Ordinibus requiſita, Euangelico Correſpondentium Ordinibus grata & accepta fuiſſent, nec ne: & an non potius exiſtimarent cum Catholicis Ordinibus (qui ipſis, Euangelicis, non eſſent inferiores, nec à quouis ſibi leges præſcribi paterentur: ) non tali modo, ſed multo magis tamquam cum vicinis, & membris vnius corporis, pacifico & conformi modo tractandum fuiſſe, inprimis cum categorice & rotunde ſeſe reſoluerint, ſeſe apud ſuos permanſuros, & contra violentam vim conceſſo legitimoque more defenſuros eſſe: Correſpondentes Ordines, vice verſa, illud, quod non eſſet, ſibi minime inculcari paterentur, Catholicos videlicet eo intentos eſſe vt ipſos, Euangelicos ſiue Correſpondentes, à libertate ſuæ Religionis excluderent, & eoſdem peregrino & intolerabili ſeruitutis iugo ſubiicerent: ad quæ nihilominus ipſos Euangelicos ſeſe reſoluiſſe, quod videlicet cum proprii ſanguinis profuſione, iactura vitæ, & magna vi bellica poſtulata ſua breui temporis ſpatio, recuperaturi eſſent, cum tamen Romano-Catholici legitima omni æquitati conſentanea media nunquam reſpuiſſent, multo minus Euangelico Correſpondentes Ordines propria auctoritate publico bello infeſtaſſent, ipſorum bona diripuiſſent, iiſdemque violentas manus inieciſſent. Quã uis vero copioſa iſthæc declaratio in vno dumtaxat negotio, non ſolummodo ad ſuam perſonam, verum etiam in genere ad omnes Catholicæ Religioni addictos homines, &, vti videretur, partim etiam ad quoſdam Auguſtanam Confeſſionem profitentes Ordines ſpectaret, igitur non immerito ad intereſſentes ſuos aſſeclas ablegari potuiſſent. cũ autem laudatiſſimis iſtis ſæpius nunc dictis Ordinibus Euangelicis, ad auertendum peregrini, forte Turcici, iugi, ſalus totius S. Rom. Imperii curæ cordique eſſet, etiam illos ipſos de ſe, tamquam pacifico in vniuerſo Roman. Imperio famoſiſſimo Principe, nihil aliud ſentirent, ſeſe ſemper, ſi modo id commode fieri potuiſſet, cum ipſis (Ordinibus Euangelicis) correſpondere voluiſſe: iccirco ſeſe (cui, continuatis atque propagatis adhuc iſtiuſmodi periculoſis extremitatibus, aliud medium pro tempore nondum incidiſſet) ex beniuolentiſſimo iſto Euangelico-Correſpondentium, erga ſuam perſonam, reſpectu intermittere haud potuiſſe (Catholicis tamen cæteris & communi Reipublicæ ſaluti abſque damno & detrimento priuilegiorum & immunitatum ſuarum) quin ipſis peramicam, & fideliſſimo ex corde profectam ſuam ſententiam & opinionem ſynceriſſimam declararet, clementiſſime & amiciſſime ſimul omnes & ſingulos rogans, vt à præconceptis ſuis reſolutionibus deſiſtere, omnes circumſtantias, quicquid inde ſuboriri poſſet, pro ſumma ſua prudentia & ſapientia mature, imprimis cum euentus belli fortuna, & occaſiones dubiæ, præuidere, ante ſubortũ periculoſum incendium, propter grauiſſimas cauſas, latius non propagare, ſed multo potius ipſis ſub cineribus illud extinguere ne grauarentur, conſiderantes Catholicos (cum neuter ab altero cogi vellet) æque, vt Euangelico-Correſpondentes, à iugo Turcico abhorrere, & pro libertate ſuæ Religionis, optimo ſuo

theſauro, proprii ſui ſanguinis profuſionem, vna cum iactura vitæ, nauci æſtimaturos, immo multo potius maiores vires ad legitimam ipſis conceſſam defenſionem acquiſituros, vt ita totalis ruptura, &, quod ab Euangelico-Correſpondentibus Ordinibus aliquoties prætenſum fuiſſet, peregrinum iugum Turcicum nõ immerito vtrimque eſſet metuendum. Sperare igitur ſeſe, Euangelico-Correſpondentes Ordines poſtulata, conſilia, & præconceptam ſuam ſententiam mutaturos, ſed meliorem conducibilioremque viam ingreſſuros, nec adeo feſtinanter periculoſum iſtud incendium propagaturos.

## CAPVT CXXVII.

### CORRESPONDENTIVM LEGATORVM AD RESOLVTIONEM DVCIS BAVARIÆ REPLICA.

Acceptaiſta & obſignata Sereniſſimi Ducis Bauariæ reſolutione, Correſpondentium Euangelicorum Legati ſequentibus contra eandem replicarunt: Percepiſſe nimirũ ſeſe ex data & obſignata Sereniſ. Ducis Bauariæ, Domini ſui Clementiſſimi, &c. quibus videlicet de cauſis Sereniſſima eius Celſitudo, tam oretenus q̃ peculiaribus porrectis ſcriptis reſolutionibus clementiſſime & propria auctoritate (quum poſtulata Euangelico-Correſpondentium Ordinum ad Intereſſentes ſuos, ſupra commemoratis de cauſis, tam exiguo ſibi temporis ſapcio conceſſo, deferre haud poſſet) ſignificauerit, præparationum bellicarum multas in promptu eſſe cauſas, & Romano-Catholicos, contra Euangelico-Correſpondentes Ordines multa & grauia ſane onera prætendere: inprimis autem Euangelicis minime concedi quod ipſorum ſæpe allegata grauamina per ſeſe iuſta vnicam tractationem pati non poſſent, ſed violentiæ partim ſimilia viderentur, à qua, & cæteris propoſitioni adnexis comminationibus, Romano-Catholicos merito abſtinuiſſe, in ſinceritate perſeueraſſe; & omnes extremitates in tam arduo negotio, (quod Cæſaream Maieſtatem, vniuerſum Romanum Imperium, & omnes denique Catholicos Ordines attingeret) ſummo ſtudio euitaſſe: Item quod multo magis ad vniuerſalem tractationem ſpectaretur, & ſub intentatis copiarum tranſitionibus Sereniſſima eius Celſitudo minime indigitaretur, cum pacificus Celſitudinis ſuæ animus notorius, & vlterior reſolutio, quoad fieri poſſet, intra duorum menſium ſpacium Euangelico-Correſpondentium Ordinibus eſſet expectanda.

Quamuis autem ſeſe talium particularitatum controuerſis negotiis (præſertim vero quis militis conſcriptionem inchoauerit, tam potentes adeo tranſitus promouerit, diffidentias tantas in S. Rom. Imperio cumulauerit, incendium in vicinitate ſuſcitauerit, & late ſpectante comminationes & periculoſa conſilia ſparſerit:) minime implicatos vellent, quoniam partim ad ſpecialia iſta non inſtructi eſſent, partim vero quod iſtæ circumſtantiæ adeo ſolide declaratæ eſſent, quod de iiſdem diſputare vel dubitare velle, prorſus eſſet ſuperuacaneum: toti tamen terrarum Orbi notorium fore ſeſe confidere, quatenus videlicet clementiſſimi, clementes, & amici domini ſui Principales in omnibus ferme S. Rom. Imperii comitiis, aliiſque Principum conuentibus, de toties nunc allegatis grauiſſimis

mis duriſſimiſque oneribus proponendo conqueſti fuerint, nihilominus tamen multum deſudando incaſſum laborauerint : & Æthiopem dealbauerint : quam infallibilem & ſynceram quoque Germanicam intentionem coram Deo, iuſta atque illæſa conſcientia freti, teſtati fuerint, quodque tam neceſſariam à Deo & natura ipſa conceſſam defenſionem, periculoſiſſimis hiſce tumultibus, non ad deſtructionem S. R. Imperii laudatiſſimarum Conſtitutionum, ſed multo magis ad earundem conſeruationem fuiſſe ſuſceptam, vt ita non ſolummodo ipſorum ſuæ fidei à Deo concrediti ſubditi legitime defenderentur, verum etiam omnibus imminentibus periculis in tempore obuiaretur: iccirco Cæſareæ Maieſtati, Domino ſuo clementiſſimo idonea media fuiſſe propoſita quibus non ſolummodo præſentes, verum etiam, infirma pax in Imperio ſanciretur & conſeruaretur, omnes futuræ calamitates facile tolli potuiſſent. Cum autem ſurdo hactenus facta fuiſſet fabula, Sereniſſima quoque eius Celſitudo ad factam ab ipſis propoſitionem ſeſe nondum per omnia categorice reſoluiſſet, id ſuo ſane loco relinqueretur: Pollicitam communicationem vero cum reliquis Catholicis Ordinibus ſeſe grato animo accipere, ſperantes ſpatio præfixorum duorum menſium, propter poſtulatam depoſitionem armorum, & ceſſationem conſcribendorum militum, rotundam exoptatamque reſponſionem ſubſecuturam. Ad particularia proximiora vero quod attineret, quamuis ad illa maiori ex parte reſponſum fuiſſet, & porro infallibili immotoque veritatis fundamento declarari poſſent, nil tamen ſeſe heic, in præiudicium Dominorum ſuorum principalium facturos, potiſſimũ autem cum illa aliquantulum duriora apparerent, & ipſo facto maiori informatione indigerent, ſed acceptare ea multo magis citra adprobationem, hac cautela, ad pure ſcilicet referendum, ſibi reſeruata expreſſa hacce adhortatione addita ſe nihil in Dominorum ſuorum principalium præiudicium conceſſiſſe, ſed vice verſa iura ipſorum intacta & inuiolabilia reſeruata voluiſſe: non tamen dubitare ſeſe ſereniſſimam eius Celſitudinem omnibus iſtiuſmodi periculoſis extremitatibus ſatis mature obuiaturam, & clementiſſime conſideraturam. hoc, ad promiſſam continuationem, in Sereniſſimæ eius Celſitudinis laudem atque gloriam ceſſurum, neque, pro ſumma eius dexteritate, ſe à pacis oſoribus in contrarium ſeduci conceſſuram. Interim tamen, iuxta præſcriptam inſtructionis ſuæ formulam, admonere ſeſe, Clementiſſimis, clementibus, & peramicis ſuis Dominis principalibus inconuenientia imponi velle, tanquam illi ipſi, ab initio & progreſſu conſiderationis iſtius, peculiares quaſdam intentiones (quas extremitates iſtæ ſubſecutæ eſſent) habuerint, cum legatis aliud, & quidem contrarium, quod ſalua conſcientia aſſeuerare debuiſſent, propoſitum fuiſſet, præſertim vero indelebilem literam totallegatarum, & hinc inde tranſmiſſarum epiſtolarum ſatis ſuperque teſtari, quam fideli zelo ſibi curæ cordique fuiſſe colliſionem iſtam in S. R. Imperio tam arcte inter ſe inuicem colligatorum membrorum, & nihil optatius ſibi contingere & obuenire potuiſſe, quam vt in vicinis Regnis & Prouinciis deplorandæ tot calamitates, & innumeræ innocentis ſanguinis profuſiones, per conuenientiſſimas propoſitas interpoſitiones præcauerentur, imo nihil adeo ſibi contrariũ fuiſſe quod correſpondentiam diſſolutæ Diſharmoniæ in S. R. Imperio, per immixtionem peregrinorum longe diſſitorum magnatum atque Principum, oculis ſuis intueri neceſſum habuiſſent, multo minus gratum ſibi fuiſſe, quod propaga-

cum patriæ ſpolium conniuentibus oculis approbare debuiſſent: iccirco nihil intermiſiſſe quod ad ſalutem Reipub. ſpectauerit, Deum etiam, tamquam iuſtũ iudicem, implorare vt vtriuſque partis tam externas actiones, quam internas intentiones elementiſſime diiudicare ne dedignetur. Tertio etiam exiſtimaſſe peculiares iſtas præparationes bellicas, perforationes Conſtitutionum Comitiorũ S. R. Imperii, & coactionem maiorum, in libertatis & Conſcientiæ negotiis, periculoſæ iſtius Disharmoniæ in Imperio primum fuiſſe initium. Quarto Concordantiam ſuæ propoſitionis opponerent, qua liquido conſtare & manifeſtum eſſe, cum verbales promiſſiones, & reſpectiue denegationes, anteceſſerint, meritò etiam realem aſſecurationem & reſpectiue nullam aſſecurationem deponendorum armorum, (primo quidem ab iis, qui operi manum primo iniecillent, & in reſolutione ſatis ſuperque digito quaſi demonſtrati fuiſſent) ſubſequi debere, adeo contrarias eſſe extremitates ſcopo Correſpondentium iiſdemque è diametro quaſi repugnare. Quinto, ſibi in memoriam reuocare non poſſe quod, tam in ſcriptis, quam verbalibus propoſitionibus vllius intentatæ violentiæ aduerſæ parti inferendæ facta fuerit mentio, ſed intentionem ſuam potiſſimum eo dumtaxat ſpectaſſe, quo videlicet pacto libertatem veræ ac ſaluificæ Religionis ſartam tectamque conſeruare poſſent. Illatæ violentiæ abſque data cauſa argui non poſſe, multo minus illa grauamina, quæ ad tractationem nullam admitti vellent, Imperii Conſtitutionibus & æquilibrio aduerſari. Ad refuſionem Donauerdicorum ſumptuum quod attineret, Acta Imperii & ea de cauſa inſtitutas Commiſſiones luculentius omnem rei ſeriem declararuras, de hiſce ſiquidem nihil habere ſeſe in mandatis. De compoſitionis opere autem ſub Comitiis A. C. M. DC. XIII. ex parte Euangelicorum ad præparatoria aliquot puncta ſubſecuram quidem eſſe declarationem, aſt de pollicitationibus Cæſareis partem aduerſam hactenus altum tenuiſſe ſilentium. De Priuato ſcriptore hoc ſciendum, famoſos ipſorum libellos cum Priuilegiis & approbatione ſuperiorum fuiſſe impreſſos, & quam plurima iſtiuſmodi calumniatoria ac comminatoria ſcripta ex S. R. Imperii protocollis eſſe manifeſta. Claſſicum præterea fuiſſe diuulgatum quo iſtiuſmodi extremitates roboratæ & confirmatæ fuerint. De diſtributione bonorum Eccleſiaſticorum, quæ prætenderetur, nihil horum ſcire ſeſe, & ſperare Dominos principales maioris eſſe exiſtumationis quam nugatorum iſtorum ſcriptiuncula nugatoria: Ad intentatas Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Herbipolenſi comminationes quod attineret, tranſactione eaſdem iamdiu eſſe ſepultas, & damna per ſubditorum contributionem eſſe reſarcita. Conceſſo quod milites, pro nationum quarundam inclinationibus naturalibus, aliquid contra ius & æquitatem ſecum aſportarint, ſciendum tamen, idem Correſpondentibus Dominis Ordinibus ab aduerſa parte obtigiſſe quod illi excuſarent, qui militem primo conſcripſiſſent, & ad extremitates iſtas enormes anſam occaſionemque præbuiſſent. Si vero expeditiones contra communem omnium hoſtem hæreditarium ſuſcipiendæ eſſent, tunc Eccleſiaſticam armaturam iſtam locum habere & imitandam eſſe, non autem, aliarum expeditionum cauſa in imperio admittendam. E contrario facile demonſtrari poſſe quam numeroſe Hiſpanicorum militum copiæ in Imperium introductæ fuerint, nullos vero Britannos, vel Scotos, vti ſereniſſimæ eius Celſitudini perſuaſum fuiſſet, toto iſto periculoſo tempore in Impe-

rio fuiſſe conſpectos. Si denique excurſionibus, direptionibus, aliiſque ſimilibus hoſtilibus graſſationibus in tempore idonea applicata fuiſſent remedia, deducta Gabrielis Betlehemi inuaſio quoque intermiſſa fuiſſet: cæterum, ad præcauenda maiora mala, ſereniſſima eius Celſitudo vt Catholicorum Ordinum categoricas ſubleuandorum vtrimque omnium onerum reſolutiones, quam primum potentiſſimo ſuo regi, & Sereniſſimis Dominis Electoribus, Principibus, cæteriſq; correſpondentium Ordinum Dominis principalibus ſuis ſignificet, inſtanter ſeſe ſereniſſimam eius Celſitudinem rogare & obteſtari: elementiſſime eiuſdem affectioni ſeſe humiliter commendantes.

## CAPVT CXXVIII.

### *SERENISSIMI DVCIS BAVARIAE AD CORRESPONDENTIVM ORDINVM REPLICAM BREVIS RESPONSIO.*

AD hanc correſpondentium Dominorum Ordinum replicam ſereniſsimus Dux Bauariæ ſequenti forma reſpondit: Percepiſſe ſeſe Legatorum Dominorum Correſpondentium replicam: velle igitur armorum depoſitionem, & petitam onerum ſubleuationem cæteris Catholicis Ordinibus prima quaque occaſione ſignificare, &, intra duorum menſium ſpacium, ſi modo fieri poſſet, reſolutionem ipſorum iiſdem Correſpondentibus Dominis Ordinibus peramice communicare. Ad particularitates autem exorti incendii, & præparationum bellicarum initium quod attineret ignorare ſeſe, (ſi Catholicæ Religioni addictorum hominum & propria ſua prouidentia ſubintelligeretur) an videlicet peculiares iſtæ præparationes bellicæ & Conſcriptiones militum contra S. R. Imperii Conſtitutiones, hocce paſſu Replicæ, ſuſceptæ fuerint, cum eædem nulli Ordini, in ſummis periculoſiſſimiſque anguſtiis, prohibitæ, ſed certo more modoque conceſſæ ſint, quemadmodum etiam ipſi Correſpondentium Domini Ordines magnas militum copias conſcripſerint, & idem faciundi, aliis quoque exteris principibus & Dominis conceſſerint: hoc tamen ſcire ſeſe ſuas conſcriptas copias iuxta S. R. Imperii Conſtitutiones, præſtita prius conſueta cautione, nullum S. R. Imperii Ordinem etiam in minimo læſiſſe, neque aliquid diripuiſſe, vel, quemadmodum ab altera parte factum, violenter ſibi de hoſpitio proſpexiſſe, vel miſeros ſubditos preſſiſſe. Quod vero apud cæteros Ordines Catholicos ſequentes articulos in effectum deducere debeat. I. quod à Catholicis primum arma deponi. II. vlteriores militarium copiarum conſcriptiones intermitti. III. grauamina, in quorum tractationem Euangelico-Correſpondentes Ordines non conſentire poſſent, remoueri. IV. idoneæ cautiones & aſſecurationes, non verbis, ſed ipſo opere præſtari. V. in cæteris grauaminibus comparatio inſtitui & ad ipſam realitatem perueniri & tamdem VI. quod intra duorum menſium ſpacium categorica reſolutoria reſponſio ſubſequi debeat, hac comminatione addita quod ni illa in effectum deducerentur, Correſpondentes Domini Ordines tunc neceſſitati & occaſioni ſuæ pro requirente neceſſitate proſpicere poſſent: Item cum onera ſua intolerabilia ferme videantur, in contraria ſua legitima defenſione perſeuerare velint, & denique omnes ſubſequuturas calamitates & miſerias illi defendere & excuſare

Digitized by Google

excuſare tenerentur qui ad iſtas pe;petrandas anſam occaſionemq; præbuiſſent. Hæc & ſimilia ſibi maxime peregrina videri, idque potiſſimum ea de cauſa, quod videlicet prima grauamina nullam tractationem admitti, in puncto abrogari & mitigari, iſta de cauſa cautio præſtari, & demum ea ipſa de cauſa intra duorum menſium ſpacium definitiua ſententia & categorica Catholicorum reſolutio ſubſequi debeat, ſin autem iſta minus, vel ſaltim tamen dilatorie fierent, tum omnia in propoſitione intentata effectum ſuum ſortiri debeant, inde quaſi violentam quandam coactionem apparere, & ex contextu videri quod ea in ſe recipere debeat, quæ non in ſua poteſtate ſita eſſent, & Catholici, ſi comminationibus intentatis carere velint, prima grauamina tollere, ſin minus comminationes iſtæ intentatæ ſubſequi deberent. Cum vero, vti ex Replica appareret, ea non ita intelligerentur, & nullus ordo ex vtraque parte cogi poſſet, ſed omnia ſaltim ad præcauendas iſtiuſmodi extremitates directa eſſent, Domini legati quoque Dominorum ſuorum Principalium iura ſarta, tecta illibataue reſeruantes intentionem & aſſecurationem ſuam repeterent, illud merito ſuo iam loco relinqui. Reliquorum Auguſtanæ Confeſſioni addictorum Ordinum, an in huiuſmodi poſtulata conſentirent (ſi verba ex contextu intelligerentur) præſertim cum nondum ſeſe rotunde reſoluerint, abſque vlteriore requiſitione, mentionem factam eſſe.

Quod Domini legati propter reliquas particularitates (quæ maiori ex parte excuſatæ, & reſpectiue refutatæ eſſent) maiorem informationem poſtularent, hac cautela, adhortatione & reſeruatione addita, quod illa omnia ad referendum dumtaxat acceptare vellent, ſcire ſeſe quid hac in cauſa ſibi faciundum eſſet & eorundem erga Catholicos reſolutionem & adfectionem abſque omni dubio genuinum & pacificum non alienum intellectum habituram, icirco ſeſe, quod ad ſalutem Reipub. & conſeruationem pacis & concordiæ ſpectaret, nullo vmquam tempore intermiſſurum. Ad XVI. ſpeciales, & primas quidem, adhortationes quod attineret, quum pacifica ſua intentio (quemadmodum Correſpondentium Dominorum Ordinum Legatos ex propoſitione ſua ipſos ſcire) ſolummodo ad conſeruationem propagationemque tranquillæ pacis & concordiæ directa ſit, ſeſe principio Bohemicorum motuum quidem ſaluifica & ad pacem ſpectantia media propoſuiſſe, & adhuc hodie eo inclinatum eſſe, cum autem nihil fructuoſi effecerit, contrarium quoque euentum eſſe vtrimque ſubſequutum. De immixtione peregrinorum magnatum atque Principum ſcire ſeſe non ſolum, quod ſub hiſce propoſitionibus Rex Hiſpaniæ (qui tamquam Germanico ſanguine procreatus Princeps conſanguineo ſuo Romanorum Imperatori opem & auxilium tuliſſet) ſubintelligeretur, ſed minime dubitare ſeſe etiam an ſanæ mentis homines illud factum improbaturi ſint, necne, potiſſimum vero, cum verſa vice Gabriel Betlehemus Tranſſyluaniæ Princeps hoſtiliter ſuperiorem Hungariam inuaſerit, & omnia ferme loca direptionibus, cædibus, incendiis atque rapinis deuaſtauerit, eo magis dolendum vero eſſe, quod ea ipſa de cauſa iſtiuſmodi feſta iubilæa inſtituta, & peculiaria ſcripta, ſub titulo, Regni Hungariæ Occupatio, typis diuulgata, & illa ipſa de cauſa, ſingulares & conſueti hymni, Te Deum Laudamus, &c. quaſi de re bene geſta quibuſdam in locis decantati fuerint: In quartum articulum, vnde videlicet Harmoniæ diſſolutio, & perforationes Conſtitutionum Imperii maiorum cauſa ſuam traxerint originem, ſeſe grauiſſimis de cauſis conſentire

ſentire non poſſe, & multos exiſtimare, ſi Harmonia in priſtino ſuo flore & vigore perſtitiſſet, merito etiam omnia, quemadmodum Maiorum temporibus, in ſuo ſtatu conſiſtere, & ſpecialem iſtam longe ante inchoatam armationem, præſenti ſtatui apprime applicari poſſe, exempla præterea in promptu adeſſe apud diuerſas Religiones amplectentes ordines in negotio Religionis ad maiora potiſſimum ſpectari, iiſdemue contraria ad cedendum cogerentur, quæ tamen minime huc ſpectarent. Quomodo autem hoc in articulo præſtanda aſſecuratio intelligenda eſſet, id ſuo loco ſeſe declaraturum.

Cum quinto puncto quomodo comparatum ſit, ex priori id poſſe intelligi, & cum in fine propoſitionis mentio fieret, ad tollenda grauamina, quæ tractationem nullam admitterent, multo potius idonea pacata & ſalutaria media proponenda eſſe & debere, illud, quemadmodum in prima reſolutione poſitum, eo potiſſimum adhuc intelligi: ſin vero ſiniſtrum & peregrinum quemdam intellectum ſortiri debeat, merito quoque hocce & ſexto in articulis omnia ſuo loco relinqui: numquam etiam ſeſe aliter informatum fuiſſe, quam in S. R. Imperio, priſcis à temporibus, & ab inſtitutione Iudicii Cameræ illud, iuxta prætenſiones Catholicorum, ita obſeruatum, & nullam aliam deciſionem eſſe ſubſequutam, eius rei gratia tamen hodierno tempore nouationem quandam introduci velle: lubens quoque ſeſe informationem meliorem deſiderare, quod videlicet æquilibrium & qualis conueniens Iuſtitia expectanda eſſet & an non maior & periculoſior forte labyrinthus metuendus, ſi etiam par numerus deſideratatarum confœderatarum perſonarum inſtitueretur: & iidem tamen, in præſentibus occurrentibus controuerſis articulis, præſertim in hodierno late ſpectante Religionis negotio, nullam vel comparationem vel compoſitionem inuenire poſſent: ſi enim ille caſus non præcaueretur, multæ cauſæ imperfectæ relinquerentur, Iuſtitia impediretur, & tamdem granatæ perſonæ ope auxilioque deſtituerentur: quæ impedimenta in Cæſareo Iudicio Cameræ adeo magno numero, in ſimili Religionis negotio & perſonarum occurrere, & metuendum ne in aliis quoque locis in exequendo S. Iuſtitiæ munere remora forſitan iniiceretur: multo minus iſtiuſmodi occurrentes controuerſiæ ad vniuerſos S. R. Imperii Ordines deferri poſſe, eum ad illud exequendum tempus, multæ ac diuerſimodæ incommoditates requirantur, &, licet fieret, nihilominus ad petitionem Principii impeditæ Iuſtitiæ perueniri: icciręo prætenſa grauamina mature, & ſano quidem conſilio ponderanda. In refundendis ſumptibus vrbis Donauerdæ ſeſe heic primam ſuam reſolutionem repetere, nec iuſtificationem aliarum ciuitatum S. R. Imperii deſiderare, ignorare vero quis ex Catholicorum numero in Compoſitionem quamdam pure conſenſiſſet.

Ad priuatum ſcriptorem eiuſque diuolgatæ famoſa ſcriptiuncula quod attineret, pari modo ſeſe prius ſuam factam reſolutionem, quemadmodum & Betlehemi propoſitas actiones heic repetere, & ignorare, vice verſa, quæ comminationes in Sac. Roman. Imperii protocollis inuenirentur, è contrario tamen, mox à ſancita pace Religionis, multifarias Catholicis intentatas cominationes in peculiaribus impreſſis ſcriptis reperiri, qua de re diſtinctis in comitiis querelas inſtituiſſe. Conuentum principum vero Anno Christi M. DC. VII. celebratum ſingulares & ſanguineas prorſus minas ſpiraſſe. Diſtributionem Epiſcopatuum

aliorumque bonorum Eccleſiaſticorum Dominis Legatis incognitam, & Dominorum ſuorum Principalium reputationem & exiſtumationem maioris, quam iſtiuſmodi nugatoria ſcripta, æſtumationis eſſe, admodum lubenti animo ſeſe illud percepiſſe, idque potiſſimum eo magis, quod eamdem ſpem de ipſis concepiſſet, licet iſtæ diſtributiones apud magnæ exiſtumationis viros Principes ſparſæ atque diuulgatæ fuerint Herbipolenſi quidem detentam pecuniam eſſe reſtitutam, nullam autem, magni illati damni cauſâ, compenſationem factam, & grauiſſimis de cauſis Epiſcopum illum tam mature copias conſcripſiſſe.

Dum quoque Euangelico Correſpondentium Ordinibus in tranſitionibus militaribus minime parum fuiſſet, id Catholicis, ad quos iſtiuſmodi tranſitus non pertinuiſſent, nihil emolumenti adferre, nec illata ipſis damna compenſari; iccirco fruſtra factum excuſari, quod iſtud ſingulares ad rapinas quaſi à natura inclinatæ nationes perpetraſſent: tranſitus ſiquidem iſtos intra & extra S. R. Imperii limites; iuxta eiuſdem Imperii Conſtitutiones, abſque damno alterius inſtituendos; inobedientes vel ſtipendia nulla ſequentes milites coercendos & plectendos; & in omnibus conformem quamdam tam erga Euangelicos quam Catholicos Ordines, æqualitatem obſeruandam fuiſſe. Ordines quoque Romano-Catholicos conſtanter aſſeuerare ſeſe ad iſta neceſſariam defenſionem & præparationem bellicam coactos fuiſſe, ingrato animo nolentes volentes quaſi eaſdem ſuſcepiſſe & multo lubentius intermiſiſſe, id quod in deductione ſua latius eſſet deductum. De Hiſpanicis introductis copiis, quarum ſupra facta eſſet mentio, & quod vtrimq; vnius ferme generis milites reperti fuiſſent, ſimili modo commemoratum eſſe. Bohemorum tamen, Morauorum, Sileſiorum, & Auſtriacorũ copias Cæſareum exercitum longe ſuperaſſe, nihil autem ad ſeſe pertinere, an vel Scoti, vel Britanni, fortunam ſuam periclitati, Correſpondentium Dominorum Ordinum ſtipendia ſequuti fuerint. In articulo X V I. iiſdem Dominis Ordinibus, ad præcauendas hoſtiũ excurſiones, direptiones & perſimiles hoſtiles inuaſiones, nullã ſeſe metam præfigere, & iuſtificandam Betlehemi inuaſionẽ in ſeſe nõ recipere, ſed multo magis ſuo loco relinquere. Repetere ſimul priorem ſuam reſolutionem, & quamuis ad talia alias non teneretur, apud cæteros Catholicos Ordines categoricam ipſorum reſponſionem reſolutoriam promouere, iiſdemue Correſpondentibus Dominis Ordinibus quam primum ſignificare velle, quemadmodum etiam non ſolum ipſe, verum etiam omnes Catholici Ordines ab iſtiuſmodi duris oneribus, curis, & periculoſis moleſtiis libentiſſime liberarentur. Id quod ſeſe cum denunciatione ſuæ gratiæ & fauoris Dominis legatis ad poſtulata ſua clementiſſime ſignificare voluiſſe.

## CAPVT CXXVIIII.

## *CAESAREAE MAIESTATIS AD VNIVERSOS S. R. IMPERII ORDINES EPISTOLA APOLOGETICA.*

HIſce ita peractis Cæſar vniuerſalem caſſationem Electionis, Palatini, ſcripto emiſit. Nos FERDINANDVS NOMINIS eius II. electus Romanorum Im-

rum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Wirtembergæ &c. Comes Tyrolis &c. omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Mareſcallis Prouincialibus, Capitaneis præfectis Prouincialibus, Vicedominis, Quæſtoribus, Adminiſtratoribus, Iudicibus, Prætoribus, Conſulibus, Conſiliariis, ciuibus, communitatibus, aliiſque noſtrorum & Sac. Romani Imperii, hæreditariorum noſtrorum Principatuū & Prouinciarum ſubditis & fidelibus cuiuſcunque ordinis & dignitatis amicitiam, clementiam, &c. Illuſtriſſimi, Reuerendiſſimi, amici, adfines, Electores, Principes, Generoſi, Nobiles, honeſti, & deuoti fideles. Quamuis minime dubitamus intra & extra S. R. Imperium omnibus & ſingulis eſſe notum in quem periculoſum perturbatumq; videlicet ſtatum regnum noſtrum Bohemiæ, præcipuum membrum & Electoratus S. Roman. Imperii inciderit, & quæ mala ex pernicioſiſſimo bello ſubſecuta fuerint. Vt autem certa eius rei ſcientia ad vniuerſos peruenire poſſet, & omnes ſiniſtræ præconceptæ ſuſpiciones tollantur, miſerabilis iſta & deploranda clades potiſſimum inde exorta eſt, quod nimirum; viuente etiamnum Mathia Imperatore glorioſiſſimo &c. Bohemiæ Rege, feliciſſimæ memoriæ aliquot Bohemiæ Ordines contra Cæſareæ ſuæ maieſtatis relictos vicarios & officiales Prouinciales (ſub prætextu quaſi contra Religionis Priuilegia & maieſtatis literas intolerabilia grauamina ſibi impoſita fuiſſent) inauditum ferme antea proceſſum, abrogatione videlicet, aliquot præcipuorum officialium & præfectorum Prouincialium re ipſa ſuſceperint, abſente Rege & Domino ſuo, nullo habito reſpectu, officio mouerint, Regni regalia pro lubito ſuo ſibi vendicauerint, & nouam prorſus formam regiminis per acceptos directores inſtituerint: omnia quidem ſub titulo defendendæ Religionis; quod tamen à nullo ſanæ mentis homine aſſeuerari poterit, iccirco etiam conatus iſtiuſmodi ſubditorum contra legitimum & ordinarium à Deo conſtitutum magiſtratum pro mera rebellione æſtimandi ſunt. Hæcce & ſimilia quidem ſuo loco relicta volumus, quemadmodum ſcilicet cum Apologiis Bohemicis, quæ ſub nomine vnius ordinis Regni Bohemiæ *ſub vtraq;* (qui tamen ad mutationem Regiorum gubernaculorum æque nullam conceſſam Poteſtatem habent, quam minus ordinibus ſub vna conceſſutæ eſſent.) hinc inde ſparſæ ſunt, comparatum ſit, & quam late vnius atque alterius priuata tranſgreſſio ſeſe extendat, ſiquidem ad ea, quæ ante noſtri imperii inchoationem acciderunt, non ſumus obligati, nec inſtituti noſtri eſt vt copioſius de iiſdem diſſeramus. Confidimus tamen omnes æquitatis & pacis ſtudioſiſſimos ſynceritatis Germanicæ amatores ex hactenus typis diuolgatis informationibus ſatis ſuperq; collecturos, quod, ad abrogationem allegatorum grauaminū (quatenus etiam cum illis comparatum eſſet.) iuxta præſcriptam diuini verbi & vniuerſi iuris regulam alia idonea & commodiora media inueniri non potuerint, quam quod iiſdem de cauſis vniuerſa patria in tam periculoſum extremum excidium, cum profuſione tam multi innocentis ſanguinis periclitari, & ordinario naturali Magiſtratui, ad intentionis & prætenſionis ſuæ defenſionem, quaſi neceſſariis de cauſis ad id impulſi fuerint, anſa neceſſario dari oportuiſſet: quemadmodum minime in dubium trahendum, licet in allegatis maieſtatis literis inde



Digitized by Google

exortæ differentiæ atque difficultates, per legitimam omni æquitati conſentaneam compoſitionem ab vtriuſque Religionis Ordinibus tollendi cauſæ haud ſufficientes, numquam (quemadmodum omnibus perſuadere niterentur) auditi fuerint, quod tamen tali nondum probato & deducto caſu, aliquot pacifici & beniuolentes reperiri potuerint qui Bohemorum, in prætenſo iure ſuo, patrocinium ſuſcepiſſent, & pro iiſdem interceſſiſſent, quo pacto ad extrema iſtiuſmodi numquam peruentum fuiſſet. Poſtquam autem, hiſce nunc omnibus ſepoſitis, putatitii Directores Bohemici, poſt ſanguineam factam confœderationem, deturbatione Regiorum Vicariorum, fidelibus & conſtantibus Ordinibus, per temeraria ſua attentata, timorem incutere voluiſſent, vt in malo ſuo propoſito eo melius perſeuerare: cæteros vero, quos in ſuas partes traxerint, eo melius ſibi obnoxios & fauorabiles reddere potuiſſent, ideo omnia armis & violenter ab ipſis perata fuiſſe, quibus, inimicorum iſtorum attentatorum cauſa, ſeſe omni metuendæ pœnæ eriperent & ſubtraherent, vice verſa vero chara ſibi membra, tam SVB VTRAQVE, quam SVB VNA opprimerent, & ſic poſtmodum longe ſuas ante præconceptas intentiones in effectum deducerent.

Poſtquam autem præter paternam plane noſtram fidelem adhortationem ad pœnitentiam, correctionem & agnitionem delictorum nullam animaduertere potuerimus, ſed è contrario de die in diem perceperimus, quod exortum incendium interea ad incorporatas & alias hæreditarias Prouincias quoq; transferri voluerit, hocce late ſpectante periculoſoque caſu ad contrariam quoque defenſionem nos iure accinximus: ad maiorem vero paternæ noſtræ inclinationis teſtificationem, & quod oppreſſionem miſerorum ſubditorum lubentiſſime auerſam videamus, nos ad reuocationem exoptatæ pacis & concordiæ, controuerſum iſtud negotium. S. Ro. Imperii aliquot ſynceris Electoribus & Principibus tamquam arbitris & Interpoſitoribus commiſimus, & nil amplius optatius acceptiuſque ſpectatemus, quam quod iſta abſque vlla mora cum armorum depoſitione (quod quidem propter varias oblatas & incidentes cauſas hactenus impeditum fuiſſet) effectui mandarentur. Quam parati autē ad iſtam interpoſitionem Bohemici ſubditi fuerint, & quas conditiones propoſuerint, ipſorum typis diuulgati articuli & periculoſæ conditiones ſatis ſuperque demonſtrarunt. Poſtquam vero interea, laudatiſſima ſua Cæſarea & Regia Maieſtas Matthias, eius nominis primus &c. vitam cum morte commutaſſet, & ita, reſpectu Regiæ noſtræ coronationis, & ordinum Bohemiæ incorporatarumque Prouinciarum præſtiti fidelitatis iuramenti, regnum Bohemicum, cum omnibus ad illud ſpectantibus circumſtantiis, plenarie in noſtram perſonam translatum fuerit, ad omnia vlteriora mala præcauenda paterne intenti fuimus, & abſq; vlla mora prouidimus, vt, in tanta periculoſa mutatione, præcipue vero reſpectu literarum noſtrarum Reuerſalium, intra IV. Septimanarum ſpacium, confirmationes omnium Priuilegiorum Prouincialium ſuperiori Domino Burggrauio tramitterentur, & eo potiſſimum inclinauimus, quo nimirum modo Regnum Bohemiæ, & eiuſdem vniuerſi & ſinguli ſubditi in pacificum priſtinum ſtatum rurſus collocarentur, in eo conſeruarentur, ius & iuſtitia omnibus adminiſtraretur.

Et quamuis à noſtris ſubditis nullam reſponſionem reſolutoriam recepeximus, nihilominus tamen, ad impletionem literarum noſtrarum Reuerſalium, in iiſ-

Digitized by Google

in iiſdem intentatam Priuilegiorum confirmationem in omnibus verbis, punctis & clauſulis (quemadmodum nuper defunctus Cæſar ipſis Ordinibus idem feciſſet) ſeruandam, & quidem, maioris aſſecurationis gratia, duplicem, vna cum epiſtola adhortatoria ad Equeſtris Dignitatis viros, ciues & inquilinos Regni Bohemici, Pragæ congregatos, peculiari nuncio miſimus, quam etiam præſentibus tum temporis Ordinibus rite fuiſſe exhibitam, quod nos vice verſa de iure, à præſtatione noſtri officii, ab ipſis ſimilem obſeruantiam, erga ſuum ab ipſis electum & coronatum regem nobis polliceri voluerimus. Nihilominus tamen contrarium experti ſumus. Eamdem enim confirmationem noſtram regiam non modo non acceptarunt, ſed pactas, & copiis noſtris paulo ante imperatas inducias repudiarunt: ad paternas noſtras literas (in quibus poſtulauimus, vt quidam ex ipſorum medio, ſaluo ipſis promiſſo Regio conductu, ad colloquium, quo commodius omnia iſta periculoſa occurrentia extrema tollerentur, ad nos ſeſe conferrent) nihil reſponderunt, ſed, vice verſa, omnibus, ad ſeſe ſiſtendos, ſerio iniunxerunt: plures copias conſcripſerunt: Morauiæ Ordines ad defectum ſollicitarunt: conſcriptas ad neceſſariam defenſionē equitum, peditumque copias noſtri Marchionatus Morauici in ſuas partes attraxerunt: Brinnam inopinato impetu inuaſerunt: Capitaneum Prouincialem poſt malam tractationem arreſtarunt: Olmucium Morauiæ metropolim vi occuparunt, Senatum eiuſdem Reipublicæ abrogarunt, in cathedrali templo Religionis exercitium immurarunt, perſonas Eccleſiaſticas male acceperunt, eorum bona ſibi ſumpſerunt: Ordines monaſticos, tam viros, quam virgines, ad ſoluenda & reuocanda vota ſua, irritarunt: alti generis homines, ſibi obtemperare nolentes, & vota obſeruantes, tamquam proditores & publicæ pacis hoſtes proſcripſerunt: exortum in Morauia incendium in Auſtriam tranſtulerunt: vrbem Laa in finibus dura obſidione cinxerunt: paulo poſt in conſpectum noſtrum ante Metropolim noſtram Viennam ſeſe contulerunt, in arcem noſtram Cæſaream, ex mera petulantia, abſque vlla data cauſa, tormentum diſploſerunt: ad quam intentionem autem illud ab ipſis factum fuerit, illud viris prudentibus iudicandum relinquimus: Hiſce Bohemi non contenti, ſed Francofurti, in electione Cæſarea, Electoralem ſeſſionem, vocem, & electionem quam ex Aureæ Bullæ præſcripto & inſtituto obtinemus, omnibus modis per delegatos ſuos impedire conati ſunt, & cum hæreditariis noſtris ſubditis abſque noſtra voluntate & conſenſu, confœderationem inierunt: ſine vnica legitima cauſa, contra præſtitum ſuum nobis iuramentum, priuilegia noſtri regni Bohemici, & Sac. Rom. Imperii conſtitutiones, eodem ipſo tempore, cum Cæſarea dignitas & Maieſtas in prædicto Francofurto nobis conferretur, ad aliā Bohemiæ Regis electionem acceſſere, vt iam taceamus, quid, à coronatione noſtra Cæſarea, apud aliquot Hungariæ proceres moliti fuerint, & eoſdem ab obedientia noſtra reuocauerint. Hæreditarii Chriſtiani nominis hoſtis clienti Gabrieli Bethlehemo, Tranſyluaniæ Principi, ad arcis Caſſauienſis & totius ſuperioris Hungariæ occupationem perſuaſerunt, eidemque ad id commode perpetrandum omnem opem & auxilium præſtiterunt: penes eiuſdem Betlehemi exercitum, Danubium tranſgreſſi, & iterum ante noſtrum conſpectum Viennam vſque ſeſe iterum contulerunt, vbi abſque omni dubio illud ipſum, quod antea, effectui mandaſſent, niſi à contraria noſtra facta defenſione impediti fuiſſent: Cū

vero tum temporis res ipſis minime pro voto ſuo proſpere ſucceſſiſſet, iterum hæreditarias noſtras prouincias hoſtiliter adorti, & flamma ferroque eaſdem miſere deuaſtarunt, quo facto ſacri Romani Imperii propugnaculum, cum multi innocentis ſanguinis profuſione, in extremum periculum præcipitatum fuit. In ſumma erga nos, tamquam legitimum ſuum Magiſtratum à quo ne in minimis quidem læſi fuerunt, adeo ſeſe hoſtiliter exhibuerunt, vt etiam omnibus diuinis humaniſque Iuribus contrarios exceſſus ſuos, defenſores eorumdemue adhærentes aſſeclæ, niſi denuo Cæſaream & Regiam ſuam dignitatem offendere & lædere velint, nequaquam iuſtificare poſſent. Idcirco contra Regiam noſtram coronationem & publicationem hactenus diuerſimodas calumnias ſparſerunt; imprimis vero quod literis noſtris Regiis reuerſalibus non per omnia ſatisfeciſſemus, è contrario autem Regno aduerſantia pacta in præiudicium noſtræ coronæ, iniiſſemus, & iſtiuſmodi inexcuſabiles de nobis præpoſtero modo conceptas falſas impoſitiones diuolgarunt, quas omnino, vt poſſemus, heic impugnare & refutare nimis longum foret.

Inter alias autem calumnias ad talia extrema tranſierunt, vt etiam fundamentales conſtitutiones regni, ipſorum patriæ, Caroli Quarti Bullam Auream, regis Vladislai Inſtituta, Cæſaris Ferdinandi poſtremas literas Reuerſales, Comitiorum vniuerſalium decreta de Ann. M.D.XLVII. & ad illa directos articulos (quos Ordines præſtito ſolemni iuramẽto approbando cõfirmarunt, & Octonocentenarias obſeruantias, quoniam à Primislao, primo ipſorum Duce vſq; ad noſtram perſonam nemo in hoc regno, niſi à maſcula vel materna linea ad eamdem illam regiam dignitatem procreatus, vel per regiarum filiarũ pacta connubialia (rege Rudolpho, qui per hæreditaria pacta iſtam regiam dignitatem conſequutus eſſet, & rege Georgio exceptis) ad talem regiam ſucceſſionem admiſſus fuerit, confundant & præcipitando proſternant: quemadmodum etiam ex vno Labyrintho in alterum incidentes ipſam Caroli IV. bullam auream, & incorporatam declarationem Cæſaris Friderici ſecundi priuilegii, iam primum, poſt iam elapſos ducentos ſeptuaginta duos annos, in dubium vocant, & tali laudatiſſimo Imperatori & regi Bohemiæ (quem tamen omnes eius ſucceſſores adeo commendent, quod præ omnibus aliis Regibus glorioſiſſimus iſte Imperator; &c. Bohemiæ regnum tamquam pater & fundator, adeo euexerit, & ad tantas dignitates ſuſtulerit per typis diuulgata ſcripta imputare conantur, quod ille loco declarationis alicuius, in emolumentum vtilitatemque ſuorum ſucceſſorum & hæredum falſaſſet, & contra ſui decorem, aureæ bullæ & ſacri Romani Imperii Conſtitutiones feciſſet: cum tamen commemoratum iſtud priuilegium conſenſu & præſcientia ſereniſſimorum dominorum Electorum Imperii, Ordinumque Bohemiæ non ſolummodo approbatum fuerit, & Aureã Bullam Norimbergæ ſancitam præceſſerit, ſed etiam, penes alia, expreſſe in eo reſeruatũ ſit, adeo vt de temeritate & audacia iſta, in quam rebelles iſti inobedientes ſubditi incidiſſent, ſatis ſeſe mirari nequeat. Quamuis vero minime ſperaſſemus, rebelles iſtiuſmodi motus pacificos animos probaturos eſſe, præſertim vero locum inuenturos apud iſtiuſmodi ſacri Romani Imperii principem, qui etiam Dei & eiuſdem ſacri Romani Imperii gratia, ſuis ſubditis imperaret, quorum perſimiles iſtiuſmodi hoſtiles conatus, procul omni dubio illibenter expectarentur: multo

minus

minus cogitaſſemus, quemdam in nondum cognito negotio, noſtris & domus noſtræ iuriſdictionibus in hoc noſtro regno ſeſe intruſurum & nauci iſtam æſtimandam electionem approbaturum, multo minus accepturum fuiſſe, nihilominus tamen in noſtris rebellibus ſubditis, præter omnem omnium ſpem & expectationem, immo contra fideliſſimas sereniſſimorum aliquot Electorum & ſacri Romani Imperii Principum factas ad, & dehortationes, nihil hoſtilium iſtiuſmodi conatuum deſideratum eſt, adeo vt probe inde coniectandum ſit (quod ſane permulti diu iam ante ſenſerint, & talia indicia de ſe dederint) quod tales innouationes in noſtro regno Bohemiæ metuendæ & à Coryphæis ſeditioſorum ſuorum rebellium iam dudum animaduerſæ fuerint. Quemadmodum nunc (vt de inhabilitate eligendorum vnius partis Ordinum, & de nullitate totius modernæ electionis nulla fieret mentio) abſque vlla deductione putatitii ipſorum iuris, ſine ſaluatione, abſolutione, & dimiſſione Ordinum nobis præſtiti iuramenti (quæ omnia & ſingula quoque ad rebelles noſtros ſubditos ſpectant) alterius partis ſubſequuta noſtri hæreditarii Regni inuaſio, noſtrorum ſubditorum in fidem alienam receptio, & finalis deſtitutio omnibus iuribus & Sac. Rom. Imperii Conſtitutionibus, imprimis vero ſolenni iuramento ſancitæ & confirmatæ paci prouinciali (in præiudicium omnium Regum & Principum cum ſcandaloſo exemplo, quod etiam Turci atque Tartari minime approbaturi eſſent,) aduerſentur, ſed apud Omnipotentem Deum; ſupremum omnium Regum atque Monarcharum Iudicem, modernum atque futurum mundum, imprimis vero Sac. Romanū Imperium, à quo Electoralem iſtam dignitatem, & Archipincernæ officium tanquam feudum poſſideri, illius Sereniſſimos Dominos, Electores, Principes atq; Ordines (inter quos ipſe Elector Palatinus nos pro legitimo, acceptato & coronato Rege Bohemiæ agnouit) reſpectu Regiæ iſtius dignitatis ad electionem Romanorum Regis nos admiſiſſe, ſed mox ab exorto iſto incendio Bohemico ſeſe tanquam arbitros periculoſo iſti negotio amice componendo interpoſuiſſe, ſed & imposterum, poſt in nos collatam ordinariam & legitimam ſucceſſionem continuaſſe. Immo apud nuperam iſtam electionem & coronationem, ad maiorem inſtituendam controuerſarum rerum amicam compoſitionem; à ſingulo Electorali Collegio approbata & concluſa ſcripta denunciatoria ſcribi & ſubſignari curauimus, quæ etiam potiſſimum ea de cauſa defendenda nobis ſunt quod in minimo etiam, abſque data cauſa, vllam à nobis intentatam offenſionem in memoriam nobis reuocare non poſſimus, ſed multo potius vnicę, concordiæ, ad conſeruationem amplificationemque pacis, & amicæ vicinitatis, operam dedimus; illud excuſandum iis commendamus, qui ad omnia iſta enormia anſam, occaſionem & conſilia ſua contulerunt, & qui ſeſe abſque neceſſaria inſtructione, & meliori cognitione Iuris, ad id ſeſe ſeduci paſſi fuerunt; qui etiam procul omni dubio pœnam diuinam quam per temeritatem & iniuſtitiam iſtam in humeros ſuos deriuarunt, minime declinare poterunt. Vt autem noſtrum de nullitate iſtius nouæ electionis Bohemicæ ſilentium nemini obſtaculum & ſcandalum forſitan præbere queat, ſed multo magis noſtra tanquam legitime electi & coronati Regis Bohemiæ, paterna intentio & affectio omnibus innoteſcat: iccirco omnia, quæ contra perſonam & domum noſtram hoſtiliter de facto ſuſcepta & molita ſunt, quæque adhuc hodie temerario prorſus modo continuantur; cumprimis contra

contra nos præpoſtero modo ſuſceptam nullam electionem, coronationem, & prætenſam detentionem & occupationem noſtri regni incorporatarumque prouinciarum optima Iuris forma aunullamus, & ex Cæſarea & regia poteſtate tollimus, tamquã omni Iuri contraria, & nulla: nobis è contra, & noſtræ laudatiſſimæ domui, omnia in Iure conceſſa media, cauſſata arma, omnes pœnas & mulctas, ob delicta iſta in vniuerſali Iure feudali, ſacri Romani Imperii & regni Bohemiæ conſtitutionibus tranſgreſſoribus iſtis intentatas, per expreſſum reſeruantes. Teſtamur ideo coram Deo & vniuerſo mundo, quod, quemadmodum hactenus nobis cordi curæque ſemper fuit, quo videlicet pacto pax & tranquillitas in regnis & Prouinciis noſtris ſartæ, tectæque conſeruarentur, & miſeri noſtræ fidei à Deo concrediti ſubditi ab extremo excidio tuti præſtarentur, ita viciſſim omnia nobis per rebellionem iſtam ablata recuperaturos, auctoritatem maieſtatemque noſtram Cæſaream iis in locis conſeruaturos, & tandem in eodem iſto propoſito noſtro, nullo autem alio, perſeueraturos. E contra ſummo nos tangimur cordolio, quæ nimirum hactenus (ex inſtinctu quorumdam aduerſariorum, ſub prætextu Religionis, rebellionem ſuam velantium) calamitates, cum corporum bonorumque iactura inæſtimabili, miſeris noſtris ſubditis, ab aduerſæ partis copiis militaribus illatæ fuerint: teſtamur ob id ſimiliter coram omnipotente Deo & vniuerſo mundo, nos ob tot tantaſque innocentis ſanguinis profuſiones, paupertates & extremam iſtam perniciem quæ calamitoſum iſtud bellum hactenus peperit, & forſitan, ni arma in tempore deponantur, maiora pericula procreaturum eſſet, & quo nobis noſtriſque hæreditariis regnis, Prouinciis, & ſubditis potiora damna inferuntur innocentiſſimos fore: In conſcientia ſiquidem noſtra nos probe, coram Deo mundoque, contentos animaduertimus, quod ad omnes iſtas extremitates nullam anſam occaſionemque dederimus, ſed literis noſtris reuerſalibus plenarie ſatisfecerimus: immo ſi quis ſaltim aliquid à nobis forſitan in defectum deſiderauerit, adhuc conclinamus, quod nullus ordo, in rebus prophanam, & Religionis pacem ſpectantibus, contra eiuſdem Priuilegia & Maieſtatis literas à nobis onerari vel grauari debeat. Teſtamur hiſce præterea quod, (ſi qua noſter exercitus, contra iura belli, conſtitutiones, & articulatas literas, direptionibus, incendiis ac cædibus innocentibus perſonis, vna cum violatione fœminarum & virginum, non pepercerit) iſti & perſimiles exceſſus, contra noſtram intentionem, immo contra expreſſa noſtra mandata accidiſſent: quocirca alto animo enormitates iſtas perpendimus, hac Cæſarea noſtra proteſtatione addita, ſi à minimo quoque querela ad nos delata fuiſſet, vel adhuc deferretur, nos exceſſus iſtos in ipſis etiam belli ducibus, ſi impunitos iſtos conniuentibus oculis introſpexiſſent, adhuc hodie ſeuera animaduerſione, in aliorum terrorem, vindicaturos eſſe. E contra obligati ſumus, (quod quidem nemo nobis iure vitio vertere poterit) noſtra regna & Prouincias, omniaque ad ipſas pertinentia, ſaluo iure defendere, in iiſdem excitationem rebellionum, pro virili extinguere, oppreſſos noſtros ſubditos (qui per violentam vim bellicam à nobis alienati, priſtinam conſuetam obedientiam nobis præſtare non poſſunt, ſed alieno Domino obedire coguntur) in priſtinam ſuam libertatem reſtituere, vi ablata conceſſis & legitimis mediis recuperare, & denique S. R. Imperii, noſtrorum Regnorum, & laudatiſſimæ domus noſtræ Priuilegia, libertates, & immunitates ad extre-

ad extremam vſque ſanguinis guttam defendere. Quibus omnibus, poſt diuinum auxilium, confidimus & certo in tam iuſta cauſa nobis pollicemur, omnes Monarchas, Reges, Principes, Magiſtratus ( quibus propter ſcandaloſum exemplū, ſi eiuſmodi ſubditorum perduelliones impunitæ relinquerentur, res merito cordi curæque eſſe debeat ) potiſſimum autem ſereniſſimos Dominos Electores, Principes atque Ordines ( in quorum præiudicium ceſſit nulla iſta Bohemica electio & coronatio ) nobis omnem adſiſtentiam, opem auxiliumque præſtituros, qua de re etiam ipſos peramice & clementer rogatos volumus. Quibus omnibus & ſingulis, vice verſa, Cæſaream noſtram gratiam promittimus, expreſſa hacce declaratione addita, nos, iuxta exemplum laudatiſſimi Domini Ferdinandi, cuius nomen gerimus, optata pax & tranquillitas iterum introduceretur, vice verſa vero in Sac. Roman. Imperio omnes enormes diffidentiæ vtrinque tollerentur. Quod requirente id ſumma neceſſitate, per patentes haſce noſtras literas Cæſareas omnibus ſignificare voluimus, ſingulis, vobis amicitiam, paterno-amicam voluntatem, & gratiam clementiamque noſtram Cæſaream deferentes. Dabantur in vrbe noſtra Vienna 29. Ianuarii A. C. M. DC. XX. Regnorum noſtrorum, Romani primo, Hungarici ſecundo, & Bohemici tertio annis.

## CAPVT CXXX.

# RESPONSIO ROMANAE ECCLESIAE CATHOLICÆ PROCERVM AD SCRIPTVM à proteſtantibus 21. Decemb. 1619. Duci Bauariæ, Maximiliano oblatum.

IN ſuperioribus inter reliqua commemorauimus, quatenus nimirum Romano-Catholici Electorales & Principales S. Rom. Imperii Ordines, ob poſtulata Euangelicorum Norimbergæ congregatorum Ordinum (qui Delegatos ſuos Monachium ad Sereniſſimum Bauariæ Principem Maximilianum remiſerant) conuentum Herbipoli, ad tollenda diuerſimoda in S. R. Imperio occurrentia grauamina, M. Martio Anni huius, ſupra Milleſimum ſexcenteſimum, Vigeſimi celebrauerint, & inter ſe inuicem, quo pacto nimirum firma & conſtans in Imperio concordia ſtabiliri poſſit, deliberauerint. Ad teſtandam igitur pacificam ſuam intentionem & inclinationem, prædicti Ordines Catholici ſequentem epiſtolam reſolutoriam Herbipoli, ſub Dato V. Martii, ad Ordines Euangelicos tramiſerunt.

Quid correſpondentes Norinbergæ congregati Ordines Euangelici, per Delegatos ſuos, Monachii, XXI. Decemb. ſuperioris Anni M. DC. XIX. à Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principe Maximiliano poſtulauerint, &, ob nondum in S. R. Imperio ſublata diuerſimoda grauamina, cum graui quidem adnexa cōminatione propoſuerint, id Bauariæ Principem, vt promiſſis ſuis ſatisfaceret, cæteris Electoribus & Principibus per literarum copiam ſignificaſſe. Eo autem potiſſimum Catholicorum conſcriptas militum copias, ( vt ſyncere antehac Illuſtriſſimus Princeps Bauariæ mentē ſuā Correſpōdentibus Dominis Ordinibus explicaue-



Digitized by Google

plicauerit, & eandem aſſecutationem ab iiſdem petierit) ſpectaſſe, quod nimirum hacce ſua confœderatione, ad ſui defenſionem, nullius hominis vero offenſionem ſuſcepta, omnibus à Correſpondentibus prolatis & propoſitis grauaminibus (quæ in ſuperiori noſtra Continuatione Hiſtorica Paſcali ſingillatim ſuo loco perſtrinximus) idonea & ſalubria remedia applicare ſtuduerint, & vnice eo cumprimis adlaborauerint, qua nimirum ratione firma pax ipſo facto conſtitui, & dulciſſima patria, omiſſis prætenſionibus priuatum emolumentum ſpectantibus, ab imminenti interitu vindicari potuerit.

Et primo quidem ad petitam contrariam aſſecurationem Inluſtriſſimi Bauariæ principis, ex vna, & correſpondentium Dominorum Ordinum, altera parte, quod attineret, eſſe iſtam non ſolummodo omni laude dignam, ſed etiam priſcæ ac germanæ fidei atque integritati omnino conuenientem, & extremo, periculoſiſſimoque hocce noſtro ſeculo admodum neceſſariam, præſertim cum omnibus ferme in locis miles conſcribatur, & extra limites Conſtitutionum Imperii quandoque euagetur. Quemadmodum autem Correſpondentes Ordines in ſyncera data fide Inluſtriſſimi Bauariæ Ducis tuto meritoque adquieſcere potuiſſe, ita viciſſim Catholicos Ordinibus Euangelicis minime diffidiſſe, niſi grauiſſimis impoſitionibus ſtatim ab initio grauati fuerint. Ad cauſas autem hinc inde prætenſas quod ſpectaret, neſcire Catholicos, paucis ſaltim exceptis, quo nimirum allegata compoſitio potiſſimum directa, vel qualis videlicet à ſacratiſsim. Cæſarea Maieſtate felicis. memoriæ, onerum ſubleuatio promiſſa fuerit. Eos autem illius rei præ cæteris aliquo modo certiores reuocare ſibi in memoriam, Cæſarem iſtam confuſionem Bohemicam, qua negotia Imperii & vniuerſales Ordinum Conuentus impediti fuerint, neutiquam approbaſſe, ſed ſerio ad iſtius ſublationem fuiſſe intentum, quæ etiam procul omni dubio ſubſequuta fuiſſet, ni iniqua Parca, nulli parcens mortalium, laudatiſſimo iſti Cæſari fila præcidiſſet: nihilominus tamen minime eſſe dubirandum hodiernum Imperatorem glorioſiſſimum, tamquam pacificum ſupremum caput, per delegatos ſuos, ad Norimbergenſem Correſpondentium Dominorum Ordinum Conuentum, de pace & ſtabilienda in S. R. Imperio concordia ſerio egiſſe. In impedienda autem modo iam dicta pace Romano-Catholicos culpa carere, qui in omnibus ferme Imperii conuentibus ſubleuationem ſuorum grauaminum ab Ordinibus petierint, procraſtinationem vero & ſacræ Iuſtitiæ ſubtractionem iocundiſſimæ pacis ergo hucuſque æquo ac patienti animo pertulerint: Igitur neutiquam quoq; eoſdem poſſe argui quod, quamuis potuerint, nec idonea media iiſdem tum temporis defuerint, ad realem iſtam executionem contra ſocios Ordines intenti fuerint, multo minus rem effectui mandauerint.

2. Ad contrariam quoq; ipſorum (Catholicorũ) ſuſceptam defenſionẽ quod attineret, in æternũ ipſis imputari haud poſſe, ipſos bellũ inteſtinum omnium primo inchoaſſe, & ita Correſpondentibus Ordinibus, ad contraria ſuſcepta arma, anſam occaſionemq; præbuiſſe, vti idipſum ex deductione & refutatione Inluſtriſſimi Bauariæ Ducis liquido conſtaret, & quaſi ad oculũ demonſtraretur. Diuerſa vero parte toti ferme terrarũ Orbi manifeſtum eſſe, contrariam partem, ſtatim à motuum Bohemicorum initio copias conſcripſiſſe, eaſdem aliquandiu penes ſeſe detinuiſſe, & motus iſtos in S. R. Imperio quaſi primũ inchoaſſe, vbi è contrario

Catho-

Catholici potiſſimũ eo ſpectaſſent, quomodo, iuxta Ro. Imperii Conſtitutiones, omnis violenta vis præcaueri, vice verſa vero cuilibet ſuum relinqui potuiſſet. In ſpecie vero, Rhenanũ & Veſtphalicum tractum potiſſimum quod ſpectatet, Sereniſſ. Electorem Colonienſem, antequam ſeſe Francofurtum ad electionẽ Cæſaream recepiſſet, &, in iſtis motibus bellicis, Archiepiſc. Epiſcopatus, & populos ſuos ad tempus relliquiſſet, ad ipſorum legitimam iure naturali cuiuis conceſſam d:fenſionem, & euitandas alias hoſtiles excurſiones, copias militum, & equitũ aliquot alas conſcripſiſſe, & eaſdẽ, abſq; vllius alterius Ordinis læſione, in diuerſa ſuarum ditionum loca hinc inde diſtribuiſſe. Diuerſa vero parte Ordines Correſpondentes, longe ante, peregrinum militem è Belgio, inſalutato Sereniſſimo Colonienſi Septemuiro, in ſuperiorem Germaniam duxiſſe, qui Archiepiſc. Colonienſem, Epiſcopatus Monaſterienſem & Padebornenſem, Moguntiam, Wormatiam, Spiram, Herbipolim, Aichſtadium, Cathedrale Capitulum Auguſtanum, Ratisbonam, Eluangum, Leuchtenbergam, aliquot Monaſteria in Sueuia, & omnes ferme paſſim locorum habitantes ſubditos Catholicos, loco in Imperii Conſtitutionibus debitæ remunerationis & ſolutionis, miſerũ in modũ direptionibus & intentatis incendiis hoſtiliter inuaſiſſet, adeo vt peiora à publico hoſte metuere nõ potuiſſent. De inmani in Archiepiſcopatu Moguntino perpetrato latrocinio, verba nulla amplius nunc faciemus, præſertim cum res ipſa loquatur, & mœſtæ coniuges, triſteſq; orphani maritorum, parentumq; occiſorum fata adhuc lamentabiliter deplorent. An igitur Sereniſſimus Archiepiſcopus Colonienſis ad miſerorum ſuorum ſubditorum defenſionem non iure aliquot copias conſcripſerit, cuiuis ſanæ mentis homini liberum id relinquimus. Pari licentia Epiſcopus Bambergenſis & Herbipolenſis etiam arma arripuit, qui, niſi ad id fuiſſet à Franconiæ Ordinibus alterius partis laceſſitus, & quaſi coactus, lubens militem ſuum rurſum dimiſiſſet, quod tamen hoſte adeo vicino, & turbulento rerum omnium ſtatu in Imperio, facere non potuit, nec etiam licuit. Ad conſcribendum vero iuſtum exercitum quur Sereniſſimus Dux Bauariæ impulſus fuerit, ex Celſitudinis ſuæ Reſolutione id videre eſſe. Liquido etiam conſtare vniuerſis & ſingulis recte ſentientibus, vtra pars nimirum ad ſumenda arma primum impulſa fuerit.

Ordines Correſpondentes porro ſynceræ Illuſtriſſimi Ducis Bauariæ Reſolutioni eo magis fidere potuiſſe, quum iiſdem à Catholicis nullum periculum metuendum, multo minus damnum aliquod illatum fuerit. Eoſdem ſiquidem, Catholicos, multo libentius exoptatam pacem amplexuros fuiſſe, ni, ob grauiſſimas ſibi intentatas minas, diuerſimodas hoſtiles irruptiones, & alia metuenda grauiora pericula, ſuæ etiam cauſæ proſpicere coacti fuiſſent: Si enim à pace abhorruiſſent, & motibus ſtuduiſſent, ſciuiſſe ipſos, quid parti læſæ, Cæſareæ nimirũ Maieſtati, tanquam ſupremo capiti, iuxta S.R. Imperii Conſtitutiones expectandũ fuiſſet, cum in Receſſibus Ordinum Imperii de Annis M.D.XXV. XXVI. XXIX. & M.D.XXX. expreſſe ſit videre, quid nimirum in caſibus, vbi ſubditi contra legitimum ſuum Magiſtratum arma ſumerent, & rebellionem inſtituerent, faciundum eſſet, quod videl. nullus Princeps alterius Principis hoſti & auxiliaribus opẽ & auxilium ferre, multo minus alterius ſubditos, Relligionis vel aliarum cauſarũ gratia, in tutelam & patrocinium ſuum accipere debeat. Item patere ex digreſſu Ordinum Imperii modo dicti ANNI M.D. XXX. quod Cæſar & reliqui



Digitized by Google

Imperii Ordines inter ſe inuicem arctiſſime obligati ſint, omnia ſua regna, populos ac Prouincias in vnum contribuere, immo bonorum omnium, cum profuſione proprii ſanguinis, iacturam facere: quemadmodum etiam Anno M. D. XL. in iiſdem Conſtitutionibus Imperialibus probe cautum ſit, quomodo erga Cæſaream Maieſtatem rebelles, & eorundem aſſeclæ Cæſarem debellare iuuantes, puniti debeant. quæ tamen omnia, abſque culpabili repræhenſione vllius partis, iam à Catholicorum parte in medio relinqui. Et quanquam ipſis, Catholicis, ad arripienda arma, occaſio data fuerit, nihilominus tamen vſum armorum tam diu declinaſſe, quo vſque videlicet eos neceſſitas ad eorundem arreptionem compulerit.

Certò igitur Ordines Correſpondentes de Catholicis omnia bona ſibi pollicerentur, tutoque ipſis confiderent, ſibi in vniuerſo hocce mundi theatro nihil gratius acceptiuſque poſſe accidere, quam vt late longeque in Romano Imperio, eiuſdemue vicinis incorporatiſue Prouinciis graſſans incendium rurſum extingui, Ordinum diffidentia iterum ad vigorem priſtinum reduci; & tandem S. R. Imperium non dumtaxat primo ſuo nitori reſtitui, verum etiam ab omni ruina & interitu ſartum tectumue conſeruari queat: coram Deo inſuper ſeſe vere quoque teſtari poſſe, turbulentiſſimos iſtos in Romano Imperio exortos motus ſibi maxumopere diſplicere, & propterea ad ea excogitanda media ſerio eſſe intentos, quibus iſtiuſmodi inconuenientiis mature obuiã iri poſſit, quã in re nullis laboribus, ſumptibus, nedum propriæ ſuæ vitæ ſeſe parſuros eſſe. Sin vero, contra omnium ſpem & expectationem, ſæpius nunc dicti Domini Correſpondentes Ordines hacce eum Catholicorum beniuola affectione, amica reſolutione, & indubia aſſecurarione non acquieturi ſint, ſed vice verſa, iuxta ipſorum intentatas cõminationes, contra laudabiles S. R. Imperii Conſtitutiones & bonos mores, manifeſta & violenta vi bellica, eoſdem Catholicos ad arma quaſi prouocare velint, illud ſeſe Deo potiſſimum & tempori commendare neceſſum habere, &, licet inuito animo, ad à natura ipſa omnique iure conceſſam defenſionem intentos eſſe, ſolemniter tamen iuxta proteſtari ſeſe, ſi forſitan maiores & periculoſiores motus in S. R Imperio exoriri debeant, ſeſe coram Deo & mundo excuſatos eſſe velle: econtra vero illi, qui (ſpretis poſtpoſitiſque S. R Imperii Conſtitutionibus) propria auctoritate tantam intemperiem excitaſſent, vinculum ſacræ ac prophanæ pacis, abſque omni data cauſa, perrupiſſent, tantãmque coram grata poſteritate inexcuſabilem rerum omnium confuſionem ac deſolationem, ad perpetuam laudabilis nationis Germanicæ ignominiam, in Imperio promouiſſent, temerarium illud ſuum factum excuſare teneantur.

## CAPVT CXXXI.

## INLVSTRISSIMI COLLEGII SEPTEMVIRORVM EPISTOLA DEHORTATORIA AD FRIDERIcum Comitem Palatinum vt Coronæ Bohemicæ nuper ſuſceptæ iterum renunciet ex conuentu Mulhuſiano in Martio 1620. data.

PAri modo Conuentus Electorum & Principum Mulhuſinus, de quo ſuo loco in præcedenti Continuatione noſtra hiſtorica diximus, circa hoc tempus finẽ ſuum

ſuum ſortitus eſt, in quo inibi præſentes Electores & Principes, Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis, Saxo, Maximilianus Dux Bauariæ, & Lodoicus Haſſiæ Landgrauius ad Electorem Palatinum ſequentis ferme argumenti epiſtolam, ad teſtandam paternam ac fidelem ſuam affectionem, 21. Martii Calendarii Gregoriani miſerunt. Celare nimirum ſerenitatem eius ſeſe nolle, Romanorum Imperatorem, Hungariæ ac Bohemiæ Regem, Dominum ſuum clementiſſimum, Edictalem quandam Caſſationem & Annullationem nouæ nuperæ Electionis & coronationis Regio-Bohemicæ ad ſeſe tramiſiſſe, clementiſſima adnexa petitione vt, ad omnium notitiam, ea publice adfigeretur.

Cum iccirco alias, diuerſorum hinc inde in Romano Imperio exortorum motuum cauſa, congregati fuerint, intermittere ſeſe non potuiſſe, quin ſimul ſcriptum illud annullatorium neceſſario, Cæſareæ Maieſtatis nomine, perpenderent, minime dubitantes Ser. ſuam probe ſibi reuocaturam in memoriam quid videlicet Ser. Suæ, ex ſyncera, non vero particulari conſideratione, ad communem Reipublicæ ac Illuſtriſſimæ domus eius ſalutem, ſignificari curauerint.

Quod autem Celſit. eius, ſpreta iſtac ſua tam fideli dehortatione, contra omnem ſpem & expectationem tam multorum fidorum Patriotarum, electionẽ & coronationem ab Ordinibus ſibi delatam acceptaſſet, & appræhenſionem armorum proprio ſuo exemplo comprobaſſet, illud iam ſuo loco merito relinqui. Quamuis vero ſperaſſent, Celſit. ſuam, prout abunde promiſiſſet, magis ad conſeruationem huius tam vetuſti ad S. R. Imperium pertinentis Electoratus, quam ad aliud quidpiam, ſpectaſſe, nec adhuc exiſtimare, vt, Ser. ſuæ culpa, illud, & conſequenter vniuerſum Romanum Imperium, in certum exitium, ruinam & deſolationem præcipitati debeat, nihilominus quum cumprimis Electoribus, tum etiam aliis fidelibus S. R. Imperii Principibus ſerio incumbat, vt omni confuſioni & exitiali malo S. R. Imperii mature obuiam eatur: Seſe vero oculotenus quaſi videre, & rem ipſam loqui, pernicioſiſſimum iſtum tumultum, per Neo-electionem iſtam in Regno Bohemiæ non modo non ſedatum, ſed multo magis altiores radices egiſſe, & longe lateque ſeſe in Hungaria, adeoque in ipſo Romano Imperio diffudiſſe, adeo, vt, ſi Celſ. ſua coronationem iſtam porro approbare dignetur, nil certius expectandum, quam ruina vniuerſi Regni Bohemici, inteſtinum bellum S. R. Imperii, & indubia Coronæ Hungaricæ, quæ tam multo Chriſtiano ſanguine conſtitiſſet, à communi Chriſtiani nominis hoſte Turcico inuaſio, & metuenda S. R. Imperii exitioſa deſolatio. Cum igitur arduum iſtud negotium vniuerſum Imperium, Cæſarem, & duos Electoralis Collegii Septemuiros concerneret, eo magis ſibi adlaborandum eſſe, vt, ratione officii, & præſtiti ſui iuramenti, Ser ſuæ rem aliquanto diligentius perpendendam ob oculos proponerent, ſimulque eandem peramice rogarent, vt haud grauatim cogitet, in extrema iſta electione Bohemica nullam ſedem vacuam, ſed cum publicato & coronato Rege, cui Ordines fidelitatis iuramentum præſtiterint, ſubordinatam fuiſſe, cui non ſolummodo dicti Ordines, verum etiam omnes Electores, & exteri potentiſſimi Reges atque Principes ante, & poſt Cæſaris Matthiæ obitum pientiſſ. memoriæ, ad Regium titulum honoremque gratulati fuerint, verum etiam qui, ceu membrum Septemuiralis Collegii, ad Electionem Imperatoriam Francofurtum

tum verſus vocatus, pro Septemuiro habitus, & ad Electorale Colloquium, votum & electionem admiſſus fuerit.

An autem Ordinibus Bohemicis fas fuerit regem Ferdinandum, quem etiam durante adhuc bello, pro Domino & rege ſuo agnouiſſent, propria auctoritate, abſque cauſæ cognitione, de facto, nouo plane, & huc vſque non audito exemplo, adeo ignominioſe reiicere, & an iſtiuſmodi reiectio in feudo Imperii ſuperiorem recognoſcente, inſcio feudatario & Electorali Collegio, cui hoc modo peregrinæ & inhabiles perſonæ obtrudi potuiſſent, iure conſiſtere poſſit, & an Ser. ſua, ſi ſimile exemplum à ſuis ſubditis experiri cogatur, talem rebellionem æquo animo latura ſit, id vero ſibi liberum relinqui, imprimis autem cum, ſemel admiſſa iſta licentia, periculoſiſſimæ mundi, alias ad libertatem proni, confuſiones, & perſimiles Magiſtratuum ignominioſæ remotiones metuendæ. Dein Ser. ſua ſibi quoque in memoriam reuocare debuiſſet, quod aliquoties, auxilio cæterorum Dominorum Electorum, aliorumque Imperii Principum, controuerſiam iſtam Bohemicam inter regem Ferdinandum & Bohemiæ Ordines exortam amice componere in ſe receperit, quæ etiam ratione Septemuiralis dignitatis & vocationis, teneatur Cæſari, tanquam Septemuirali Collegæ, in hiſce caſibus auxilium ferre, & eo omnino reſpicere quo pacto videlicet, iuxta laudabiles S. Rom. Imperii Conſtitutiones, quilibet, imprimis vero ſummum Caput & membra Imperii, in decenti ſuo reſpectu, dignitate & libertate, vna cum populis & ditionibus ſuis, tranquille atque pacifice tueri ac foueri queant. Perpendere quoque Ser. ſua deberet, ſi inauditum iſtum Bohemorum proceſſum reiectionis & electionis (quem coram Deo & Mundo nunquam excuſare poſſent) diutius confirmando tolerare, & ita, hac ratione, S. R. Imperium, vna cum vicinis regnis & Prouinciis, potiſſimum autem Coronam Bohemicam in lanienam & vlteriorem mactationem præcipitare vellet, illud apud gratam poſteritatem Celſit. ſuam in omne æuum non excuſaturam, ſed ſibi, vice verſa, domuique ſuæ Illuſtriſſimæ, grauiſſima pericula accerſituram: facile enim coniectare poſſe, ipſam quoque experientiam teſtatam eſſe, & Edictale ſcriptum re ipſa ſatis ſuperque comprobaſſe, Cæſarem & laudatiſſimam domum Auſtriacam (cuius potentia Serenitati ſuæ nota ſit,) hoc tam vetuſtum à Maioribus ſuis poſſeſſum regnum Bohemiæ in quo Cæſarea ſua Maieſt hæreditariam ſucceſſionem prætenderet, numquam ex manibus dimiſſuram, ſed multo potius, ope atque auxilio Auſtriacorum, aliorumque Gentilium & amicorum, extrema quæque tentaturam, ſuum omnino manifeſta vi & violentia recuperaturam, & denique ſibi reſiſtentes, vel in hocce ſuo propoſito ſeſe impedientes, pro coniuratis hoſtibus habiturã & æſtimaturam.

Quamuis etiam minime dubitetur, aduerſam partem magna vi copiarum militarium, & potenti aſſiſtentia corroboratam, ac certo quaſi ſibi perſuadere, iuxta turbulenta hæcce tempora, & vigore tantæ confœderationis, eam iuſtæ parti præualituram, ſcire tamen econtra debere, hæcce omnia fallibilia eſſe fundamenta in iuſta Dei voluntate, non autem hominum diſpoſitione, conſiſtentia, tempora namque & ſubditorum animos eſſe mutabiles & ſingulis momentis mutabilitati ſubiectos, idcirco eo minus in iis confidendum. Vice verſa Romanorum Imperatoris reſpectum atque auctoritatem apud multos, & merito quidem, in magna eſſe exiſtimatione, minimeq; dubitandum, (ſi fidelibus ſuis Imperii

Ordini-

Ordinibus perturbatum ſuum pro tempore ſtatum explicaturus, eorumdemue opem atq; auxilium contra rebelles ſuos imploraturus eſſet) ipſum derelictum iri. Immo multos potentiſſimos Proceres, qui hactenus tragœdiæ huius ſpectatores dumtaxat fuiſſent, periculoſæ conſequentiæ ergo, oculos demum aperturos, & Cæſareæ ſuæ Maieſtati, tamquam in cauſa & periculo communi, omnibus viribus auxiliũ laturos. Quocunq; igitur res tamdẽ caſura eſſet, nihilominus tamen interea multos populos & prouincias peſſumdari, multum Chriſtiani ſanguinis innocenter effundi, &, quomodo metuendum, S. R. Imperium, quod cum ſumma mundi totius gloria tot ſecula floruerit, Turcis & exteris nationibus in prædam rapi, & ita priſcam Germanorum libertatem in ipſa iocundiſſima ipſorum Patria in miſerabilem ſeruitutem transmutari poſſe.

Quale emolumentum vero Celſit. ſuam in particulari ſperare, & quam ſyncere ii, qui ad tantam intemperiem pernicioſa conſilia ſuggerant, erga Ser. & Illuſtriſſimam domum ſuam affecti eſſent, id forſitan euentum, ſed ſero admodum, ſuo tempore edocturum: immo verendum Ser. ſuam finem tragici huius belli viuendo non adſecuturam, & idcirco intolerabilia onera iunioribus ſuis hæredibus poſt ſe relicturam. Quocirca Serenitatem ſuam peramice iterum rogare, velle nimirum, tamquam Chriſtianum ex Germano ſanguine procreatum Electorem, hæc omnia probe diligenterq; perpendere, adq; maiora & grauiora pericula nullam amplius anſam dare, ſed multo potius omnia ſua conſilia eo dirigere, vt ab Ordinibus arrepta arma rurſum deponantur, nullæ magis copiæ conſcribantur, Ordinibus Imperii cum pernicioſis militum tranſitionibus parcatur, Cæſareæ Maieſtati iuſte impetrata Corona Bohemica reſtituatur, & ita hoc modo omnia in priſtinum pacatum ſtatum, & Deo acceptam pacem, pro vnanimi omnium piorum Chriſtianorum voto, reducantur, vt tamdem innocentes humani ſanguinis effuſiones præcaueri, e contra vero ipſo facto demonſtrari poſſet, ſibi ſalutem Patriæ & conſeruationem S. R. Imperii curæ cordique fuiſſe, & tamdem bonum publicũ aliis priuatis conſiderationibus prætuliſſe. Hoc per ſe eſſe opus laudabile, æquitati & diuinæ legi conſentaneum, quod Serenitati eius non ſolummodo glorioſum, verum etiam multis modis frugiferum vtileque profuturum eſſet. Id quod Serenitatem eius, cui per omnia bene cupiant, ſeſe celare noluiſſe.

## CAPVT CXXXII.

## EPISTOLA DEHORTATORIA EX CONVENTV MVLHVSIANO, AD MEMBRA ET Principes vnionis eodem tempore data.

HAc ad Sereniſs. Electorem Palatinum data epiſtola dehortatoria, Electores & Principes in Conuentu Mulhuſino exſatiari non voluere, ſed potius ad reducendam exoptatiſſimam pacem, &, ni fideliſſimis ſuis monitis præſtetur obedientia, denunciandam certiſſimam non ſolum regni Bohemiæ, verũ etiam totius S. R. Imperii, ſub dato Mulhuſii 21 Martii, Bohemiæ & Hungariæ Ordines hoc potiſſimum argumento literis à propoſito ſuo dehortari conati ſunt.

Quamuis, aiebant, minime dubitent, Ordines nunc reipſa expertos eſſe, quam

quam

quam funeſtum tragicumque bellum, & exinde ſubſequutum miſerabile um, ob illegitimam prohibitam vncti & coronati ſui regis reiectionem, ritiam alieni ſubrogationem, in ſuam ipſorum propriam patriam introdu &hac potiſſimum de cauſa moueri, atque, ni grauiora damna ſibi iſta pe ſua creari malint, eo res ſuas dirigere debeant, quo omnia rurſum in pr ſuum ſtatum redigi, & Cæſareæ Maieſtatis, regis ſui reiecti irritatum an terum placare queant, cumprimis vero id eo magis, quum, hiſtoria teſte feſto teſtatum atque compertum ſit, quam parum iis feliciter ceſſerit, & fectũ diuinæ gratiæ, proſpero ſucceſſu omnino caruerint, qui ſeſe, cõtra D ceptum & præſtitum naturali ſuo Domino iuramentum, Magiſtratui ſu mo obpoſuerint, nihilominus tamen ipſos, (Ordines) præter omnium hominum & fidelium Patriotarum ſpem atque expectationem, in hunc v em ne minimum quidem pœnitentiæ indicium de ſe prodidiſſe. Ex quibu bus colligere & videre ſit, ipſos priſtinas ſuas reſolutiones impoſterum, ctenus, ſatis pertinaciter & præpoſtere defenſuros, omnia extrema, etia certa pernicie & infallibili interitu patriæ ſuæ, tentaturos, & ita vna c multos pios & innocentes Chriſtianos, quos vera rei cognitio lateat, & aures ſiniſtris perſuaſionibus indies oppleantur, in certum exitium præc ros. Quum vero tam arduum negotium ampliſſimum regnum & inſign ctoratum S. R. Imperii attingat, in quo neque ipſis, nec alii cuiquam, premo Imperii capite, & laudatiſſimo Electorali Collegio, decernere v nere liceat, ex quo, vti metuendum, non ſolum vetuſtiſſimum illud reg inſignis Septemuiratus cum irreparabili damno S. Roman. Imperii corru etiam Imperium ipſum cum ſumma ruina & deſolatione collabi poſſi ce iccirco ipſis incumbere, vt funeſtum illud malum mature anteuertatur.

Quocirca abſque vlteriori mora ipſos rogatos & admonitos vell d nimirum errorem ſuum agnoſcere, omnes iſtas, & quæ forſitan multo pl ſequuturæ eſſent, inconuenientias melius perpendere, & tandem Cæſ. ieſtati, ſuo à Deo optumo præpoſito capiti, (quod promiſſis ſuis regis in teris ſuis Reuerſalibus abunde ſatisfeciſſet.) non amplius reſiſtere, ſed multo magis, vti ratione præſtiti iuramenti teneantur, illi ſeſe humilimo cum obſequio ſubiicere, & ita à ſe ipſis atque S. R. Imperio omnia metuenda mala auertere velint: quemadmodum etiam ſeſe hunc potiſſimum in finem amicum, Dominum filium ſuum Electorem Palatinum, ad idem faciundum, vti ex adiuncta literarum copia videre ſit, amice admonuerint, & ipſi, vt res eo feliciorem euentum ſortiatur, omnia ſua officia obtulerint, firmiter ſperantes ipſos ſua conſilia, ad recuperationem optatæ Deoque acceptæ pacis, & auerſionem innocentis ſanguinis effuſionis impoſterum directuros. Sin autem, præter ſpem, fideliſſimæ iſtæ ſuæ ac paternæ prorſus adhortationes locum apud ipſos nullum inuenturæ, ſed priora conſilia præualitura eſſent, ipſi denique priuata ſua emolumenta publicæ ſaluti & tranquillitati forſitan anteponere vellent: Scire ipſos debere, bene erga Cæſaream Maieſtatem affectionatos Ordines Imperii, quum iſta res ipſos reſpectiue æque tangat, rem otioſis & conniuentibus oculis non amplius intuituros, ſed ad poſtulationem Cæſar. Maieſtatis, iſtiuſmodi remedia applicaturos, quibus ampliſſimum iſtud regnum & Electoratus, vna cum incorporatis Prouinciis, à to-

talī

tali ruina conſeruari, Romanum Imperium vero ab omni futuro periculo liberari queat.

Parimodo Sereniſſimi & Illuſtriſſimi Electores, & reliqui S. R. Imperii Principes ex eodem Mulhuſio, ſub dato ſuperiori, ad CorreſpondentesDominos Ordines, hoc tempore Halæ Sueuorum congregatos, ſequentis Epiſtolæ formulam ablegari curarunt.

Penes amica officia, ſcriptitant, ipſis & ſibi, prohdolor, plus iuſto conſtare, quo vſque nimirum Bohemicam intemperiem ſerpſiſſe, quod ſub ea non ſolummodo incorporatæ Prouinciæ, verum etiam regnum Hungariæ, quod hactenus vnicum totius Chriſtianitatis propugnaculũ fuerit, Chriſtiani nominis hoſtis infenſiſſimi, immo ipſum S.R. Imperium compræhendantur, adeo vt ni Deus Ter Optimus Maximus peculiaribus mediis ſeſe medium interponere dignetur, nihil aliud ſperandum ſit, quam vltima deſolatio prædicti regni Bohemici incorporatarumq; Prouinciarum, amiſſio Coronæ Hungaricæ, & miſera S. R. Imperii euerſio. Licet autem ſeſe minime dubitare, ipſos, tam [illegible] m illuſtria S.R. Imperii membra, hoſce tumultus minime [illegible]os, ſed, & quidem non immerito, tam innumeras cædes [illegible] deploraturos, [illegible] quicquam attemптaturos, quod forſitan Bohemos in pertinac[illegible] confirm[illegible]e, & Cæſareæ Maieſtati, Hungariæ ac Bohemiæ regi, ad recuperanda [illegible] a Deo clementiſſime concessa regna atq; Prouincias (quibus notorie atq; [illegible] cognitione de facto, in præiudicium aliorum regum & Principum, priuat[illegible] ſit) obſtaculo eſſe poſſet, præſertim cum Cæſar, tamquam ſumm[illegible] caput Imperii, iuxta eiuſdem Conſtitutiones, in hiſce & ſimilibus anguſtus nequaquam auxilio deſtitui, ſed omnibus modis adiuuari debeat, quo magis ſubditorum erga legitimos ſuos Magiſtratus rebelliones compeſcerentur: Sin vero, vice verſa, Bohemorum pernicioſa attentata foueri amplius debeant, non ſolummodo de vetuſtiſſimo iſto Bohemiæ regno, verum etiam de Corona Hungarica, immo de ipſo S. R. Imperio ſummam periclitationem, & intolerabile Turcorum ſeruitutis iugum fore metuendum. Quæ omnia, ſi modo ſalutari atque pacifica conſ[illegible] locum habere, & econtra priuatæ conſiderationes ſe[illegible] & ce[illegible] poſſent, diuina aſſiſtente gratia, præcaueri queant. Eandem in[illegible], communis Patriæ emolumenti, & publicæ pacis recuperandæ gratia, [illegible] iisdem ad amicum ſuum [illegible]ſimum, & Dominum [illegible] Electorem Palatinum, quemadmodum etiam ad vniuerſos regni Bohemiæ incorporatarumq; Prouinciarum Ordines ſcriptitaſſe, & ex ſingulari beniuolentia eoſdem adhortatos eſſe, eo potiſſimum fine, vt contra Cæſaream Maieſt. aſſumpta arma iterum deponantur, Maieſtati ſuæ a Deo clementiſſime concesſa Regna atq; Prouinciæ reſtituantur & d[illegible] optatiſſima pax vtrobique [illegible] conſtituatur, vti copioſioribus ex inſerta ſuarum literarum copia videre ſit. Clementiſſime igitur ſeſe rogare ipſos, vt huic [illegible] ſerio negotio clementiſſimo ſuo patrocinio adeſſe, & tam Electorem [illegible], quam etiam ipſos Bohemiæ Ordines, eo inclinare [illegible], vt [illegible] illud præcaueatur, quod forſitan pernicioſæ deſolationi in S. R. Imperio, [illegible] ſubditorum rebellioni erga legitimos ſuos Magiſtratus, denique [illegible] horribili Turcorum iugo, anſam occaſionemque præbere queat.

## CAPVT CXXXIII.

### *EPISTOLA DEHORTATORIA AD ORDINEM E-QVESTREM IMPERII EX CONVENTV MVLHVſina exarata.*

NE autem Sereniſſimi Domini Electores, aliique S. R. Imperii [illegible] Mulhuſino congregati Principes, nihil, ob [illegible] Bohemicos [illegible] tum relinquerent, ſequenti formula ad S. R. Imperii Ordinem E[illegible] petrarunt.

Neutiquã dubitare ſeſe (Electores &c.) ipſos (Equites Imperii [illegible] edoctos, quã tragicum bellũ, ob Bohemorum reiecti [illegible] & [illegible] & ſubſtitutione alieni, rebellione, exortum ſit, & [illegible] dira[illegible]tæ, quotue, eadem de cauſſa, innocentes cædes commiſſæ fuerint [illegible] minus dubitare, ipſos non ſolummodo rebellioni iſti Bohemicæ non participaturos, ſed etiam probe conſideraturos pericula, quæ ipſi [illegible] ind[illegible] non enim eſſe neſcios feuda ipſis à Cæſare & vniuerſo Romano I[illegible] eoque magis obligatos eſſe omne ſuum obſequium Cæſareæ [illegible] M[illegible] Ordinibus Imperii deferre, econtra vero ab omni ſeditioſo [illegible] nihilominus tamen cum probe ſibi perſpectum atq; cognitum eſſe, [illegible] Ordines in id ſerio incumbere quo plures, præſertim e Nobilitate S[illegible] ad ſuas partes pertraherent, quãplurimos autem [illegible] emolumenta [illegible] ſalutem Reipublicæ reſpicere, & ita plus inobedientes [illegible], quam Cæſaream Maieſtatem, ſuum à Deo præpoſitum caput [illegible] circo magna pericula, in quæ facile ob defectionem [illegible] los ponerent, & tandem pœnas, in Conſtitutionibus [illegible] areæ M. pertinaciter reſiſterent, vel [illegible] terminatas probe conſiderarent, nec ſeſe vnquam a C[illegible] illos Bohemos diuelli patiantur. Id quod [illegible] clementiſſime ſignificare, ſimulq; ipſos rogare voluiſſe, vt cæteris quoque Nobilibus, Gentilibus ſuis, ſerio inculcarent, quam arcte nimirum Cæſari, & S. R. Imperio obligati eſſent, ideo[illegible] ad ſe reſpicere & caute agere debere, ne forſitan, criminis læſæ Maieſt. rei facti, omnium ſuorum ab Imperio Romano conſequutorum priuilegiorum iacturam facere cogantur.

## CAPVT CXXXIV.

### *EORVMDEM DOMINORVM ELECTORVM ET PRINCIPVM, EX CONVENTV MVLHVSINO, Ad Ordines Regni Hungariæ epiſtola.*

Sub dato XI. Mart. A. C. M DC XX.

S. & Clementiam noſtram &c. Reuerendi, Generoſi, Nobiliſſimi, Strenui, Ampliſſimi & Prudentiſſimi, perdilecti fideles:

Qua-

Quamuis in regno Bohemiæ per eiuſdem Ordines factam reiectionem ſui à Deo Ter Optimo Maximo [illegible] capitis, & electionem alterius Regis, ſubſequuta innocentiſſimi ſanguinis profuſio, & in hodiernam horam vſque adhuc durans permultarum in [illegible] Prouinciarum deuaſtatio atque deſolatio omnibus & ſingulis adeo nota cognitaque fiet, vt non immerito omnia regna & Prouinciæ [illegible] in ſpeculo ſeipſas intueri, & exinde diſcere debeant, quod præſtitura iuramenta [illegible], & non contra legitimum ſuum Magiſtratum inſurgendum ſit: [illegible] etiam, [illegible] confidimus, vos Bohemicis iſtis motibus atque confuſionibus [illegible] operam veſtram addicturos, neque rebellioni iſti, in ſummum [illegible] damnum atque perniciem, ſubſcripturos, ſed multo potius Romano-Cæſareæ, & Hungariæ Bohemiæque Maieſtati, tamquam regi & Domino veſtro, [illegible] ſubmiſſuros, eiuſdemque regna & Prouincias, ceu fideles obſequenteſque Ordines atque ſubditos decet, vna cum ipſo, ſartas tectaſq; conſeruaturos [illegible].

Verum enimuero [illegible] in Hungaria res non ita pridem ſummum quidem imminens periculum intentauerint & [illegible] iſtis Conſiliariis, priuatum ſuum commodum emolumentumque publicæ ſaluti atque tranquillitati præferentibus, [illegible] laudatiſſimumq; hoc regnum [illegible] modum etiam [illegible] regnum, eidemque incorporatæ Prouinciæ, facillime in totalē deſolationem incidere, & eiuſdem Ordines inextinguibilem obiectionem exinde in ſeſe deriuare poſſent, quod nimirum [illegible] impulſu [illegible] illud totius Chriſtianitatis propugnaculum, ad cuius conſeruationem S. Rom. Imperium tam infinitos ſumptus, vna cum multa ſanguinis profuſione, impendiſſet, hæreditario Chriſtiani nominis hoſti tradidiſſent, & eo ipſo modo commemorato hoſti aditum in Imperium aperuiſſent, quo melius tandem diu ante præmeditatam ſuam tyrannidem atque crudelitatem ipſo facto exequeretur, Chriſtianam fidem opprimeret, & omnia Turcico ſuo iugo ſubiiceret: id quod vobis neutiquam confidimus, neque etiam vouemus.

Quamobrem intermittere nec potuimus nec voluimus, (præſertim quod à fide digniſſimis cognouerimus, Cæſaream S. M. decreuiſſe, [illegible] breui in regno ſuo Hungariæ publica Comitia Prouincialia celebrarentur, & minime [illegible] dubitemus in iiſdem non paucos dumtaxat homines reperturos eſſe, qui, ſub vario prætextu quæſitoque colore, commemorati iſtius regni Ordines Bohemicæ iſti intemperiei immiſcere, & a debito Cæſareæ S. M. obſequio abalienare poſſent) quin præoccupando [illegible] hancce noſtram intentionem & admonitionem vobis omnibus & ſingulis fideliſſime communicaremus. Ne igitur, per irrequieta, minus pacifica, nimis calida, atque præcipitata conſilia, laudatiſſimum hocce regnum, in ſummum S. R. Imperii præiudicium, damnum [illegible]q; extremam calamitatem præcipitetur, ſed in ſuo ſtatu, pace atq; quiete, pene [illegible] ta ſua priuilegia, conſeruetur, & metuendæ innocentiſſimi ſanguinis profuſiones præcaueantur. Itaq; intermittere noluim⁹, quin ex clementiſſima beneuolentiſſimaq; intentione vobis ſignificaremus, & ſimul vos omneis & ſingulos [illegible], vt, inſtantibus iſtis in Comitiis, regni ſalutem proſperitatemque probe perpendere, nihil, quod iam, vel in futurum, ad illius periculum, incommodum [illegible] vel obiectionem ſpectare videatur, approbare vel concludere, ſed iuxta laudatiſſimorum


moru m

morum veſtrorum Maiorum exemplum, reſpectum Cæſareæ M. Regis atq; Domini Veſtri à Deo Ter Opt. Max. præpoſiti conſeruare velitis, neque ab eo per vllum hominem, quiſquis etiam ille ſiet, per vllam diſſimilem quamdam informationem, vos abalienari patiamini. Per hoc abſque omni dubio laudati [illegible] vetuſtiſſimique iſtius regni, omniumque eidem incorporatorum Ordinum [illegible] ſubditorum incrementum, ſalus, atque proſperitas promouebuntur, oculis [illegible] ſi obuerſantes innocentiſſimi ſanguinis profuſiones Prouinciarumque deuaſtationes præcauebuntur, & grata pax optuma rerum conſtanter conſeruabitur quæ omnia vobis immortalem gloriam, vtilitatem commoditatemque paritura ſunt. Nos vero vobis omnibus & ſingulis clementiam beniuolentiamq; noſtram denuo pollicemur. Quæ dabantur Mulhuſii X. & XX. Martij A. C. M. D C. XX.

Electora: & Principalis Conuentus Mulhuſinus

## CAPVT CXXXV.

### *EORVMDEM DOMINORVM &c. EX EODEM CONVENTV AD REGNI BOHEMIAE: IN SIMILI AD SILEſiæ, Morauiæ, Supe: Inferiorisq; Luſatiæ Ordines Epiſtola.*

Sub dato XI & XXI. Mart. A. C. M. D C XX

S. N. P. Generoſi, perdilecti fideles: Quamuis minime dubitemus, vobis ſatis ſuperque cognitum manifeſtumque eſſe, quam difficile ſanguinolentumq; bellum ex ab Ordinibus in Bohemia proprio motu prohibito [illegible] modo attentata reiectione legitimi ſui à Deo Ter Opt. Max. præpoſiti, acceptati, coronati [illegible]ctique Regis & putatitia electione alterius exortum, [illegible] miſerabili prorſus modo iſtæ prouinciæ deſolatæ, atque inſuper multum ſanguinis innocentiſſime profuſum fuerit: ea propter propria auctoritate veſtra eo minus aliquid attentabitis, quo iſtius intemperiei vos participes reddere, ac vobis veſtriſque ſubditis ſimile vel maius onus imponere poſſitis, conſiderantes, vos ſummis eximiiſque feudis, dominiis, Priuilegiis, atque libertatibus à Rom. Cæſ. M. & Imperio donatos, & exinde eo magis in conſtanti illius deuotione permanſuros eſſe.

Nihilominus tamen, quum nos neutiquam lateat, multis in locis potiſſimum, ſummiſque viribus, eo laboratum fuiſſe, quo non ſolummodo adhuc plures Ordines, imprimis vero etiam S. Rom. Imperii Comites huic Bohemicæ rebellioni immiſcerentur: vndique quoque homines reperiantur, qui plus ad proprium ſuum commodum emolumentumque, quam Reipub. ſalutem proſperitatemque reſpiciant: res etiam hactenus quibuſdam in locis eo inclinauerint, quaſi hoc ipſo in ſeditioſo negotio plus ſubditorum inobedientiæ, quam Cæſareæ M. noſtro à Deo Ter Opt. Max. præpoſito ſummo Magiſtratui, tributum fuerit, ex quibus omnibus illis ipſis, ſeditioſo iſti negotio ſeſe temere implicantibus, facillime magna pericula & incommoditates ſuboriri poſſent, conſiderando S. Rom. Imperii Conſtitutiones ſatis ſuperque demonſtrare quomodo erga illos, Cæſareæ S. M. ſeſe exponentes, vel eiuſdem aduerſariorum opem auxiliumque implorantes,

tes, procedatur: iccirco neutiquam prætermittere potuimus, quin vobis clementiſſime ſignificaremus, & ſimul vos obteſtaremur, vt videlicet hæc omnia probe perpendatis, iuramentum veſtrum Cæſareæ S. M. & S. Rom. Imperio præſtitum conſideretis, voſmet ipſos veſtroſque ſubditos reſpiciatis, atque tandem eo ipſo in negotio adeo caute & prudenter agatis, vt in pace & quiete amplius durare poſſitis, atque per vos S. Rom. Imperio nullum maius præiudicium creetur. Id quod vos clementiſſime celare noluimus. Dabantur Mülhuſii XI. & XXI. Mart. A. C. M. D C. XX.

Electora: & Principalis Conuentus Mülhuſinus.

## CAPVT CXXXVI.

DVrante adhuc Electorum Principumque Conuentu Mülhuſino, Mauritius Haſſiæ Landgrauius ad Sereniſs: Dominum Electorem Saxoniæ per delegatum ſuum ſequentem propoſitionem, Congregationem iſtam concernentem, & quid ſub ea conſiderandum eſſet, fieri curauit.

## DOMINI MAVRITII HASSIÆ LANDGRAVII &c. AD. ET EXHORTATIO, AD SERENISS. Dominum Electorem Saxoniæ, per Theodorũ à Verder, intimum Mauritii Conſiliarium, & Mareſcallum Aulicum, in Conuentu Mülhuſino facta.

SERENISSIME, INLVSTRISSIME, POTENTISSIMEQVE Elector &c. Domine Clemẽtiſſime: Inluſtriſſimus Celſiſſimusq; Princeps ac Dominus, dn. Mauritius, Haſſiæ Lãdgrauius, &c. clementiſ. mihi iniunxit, huc vt me conferrẽ, ac, poſt inſinuationem huius epiſtolli mandati, & clementiſſime conceſſum acceſſum, Sereniſs. V. Cel. peramicam ſalutem, accepta grataque officia, corporis animæque proſperitatem impertirem, quodque Inluſtriſſima ipſius Cel. relationem de Sereniſſimæ V. Cel. proſpero ſtatu, feliciqueque in hæc loca aduentu cum deſiderio expectarit; & ſumma cum lætitia perceperit. Porro Sereniſs. V. Cel. latere nequit, quo pacto videlicet Inluſtriſſi. ipſius Cel. periculoſis difficillimiſque hiſce temporibus, ac confuſo omnium rerum ſtatu in S. R. Imperio; hactenus admodum ſollicita fuerit, atque eius rei gratia ſeſe ad Reuerendiſſimum Dominum Electorem Moguntinum Iſenacum verſus contulerit, vt inibi cum Reuerendiſſ. ipſius Cel. bona ex Correſpondentia & vicinitate fideliter communicaret, eamdemque eo commoueret, vt nimirum omnia ſua conſilia, imprimis in iſto imminenti Electorum Principumque Conuentu, eo dirigere velit, vt tandem per fidam interpoſitionem exoptata pax & Concordia in S. Rom. Imperio iterum inſtaurari, & vice verſa deploranda diffidentia tolli poſſet.

Quum itaque ipſius Cel. inter alia etiam cognouerit, Sereniſs. V. Cel. in celeberrimo iſto Sereniſſimorum Inluſtriſſimorumque Dominorum Electorum

& Principum Conuentu in perſona propria comparuiſſe, & facile apud ſe perpendere potuerit, quod in eadem iſta tam inſigni congregatione talis alicuius ſubiecti & materiæ tractatio ſuſcepta fiet, in qua totalis S. Rom. Imperii ruina (quam tamen Deus Ter Opt. Max. clementiſſime auerruncato) conſiſtat: idcirco exoptaſſe [illegible] Cel. ipſius, vt de tam arduo grauiſſimoque negotio cum Sereniſſ. V. Cel. perſonaliter, & peculiariter, & quidẽ magis ſimpliciter [illegible] atque conferre [illegible] ſſet. Verum quum ipſius Cel. metuat, peculiarem [illegible] Conuentum, ob rei grauitatem ægre fieri poſſe: ea propter ſeruum [illegible] perſonam huc ablegare, & Sereniſſimæ V. Cel. cordis ſui fidelitatem, [illegible] beneuolentiſſimam ſuam adfectionem per me aperire voluit: idque non cum [illegible], quaſi [illegible] fortaſſe dubium in Sereniſſ. V. Cel. tamquam prudentiſſimi, [illegible] tiſſimi, & heroici Principis, intentionem collocet, vel eamdem conf[illegible] netur, ſed quum Cel. ſua, ratione hæreditariæ fraternitatis, ſeſe obligatam ſentiat, vt comminatum ab aduerſa parte periculum non dumtaxat Sere[illegible] Cel. detegeret, verum etiam pro virili, & quantum quidem poſſet, pr[illegible] tum etiam quod pernicies & ſimul incrementum Euangelici negotii [illegible] ſetur: idcirco mihi ſummo ſtudio clementiſſime mandauit, vt Sere[illegible] Cel. nomine ipſius Cel. per Dei honorem, & gratæ poſteritatis, [illegible] prouinciarumque ſuarum, immo temporalis æternæque ſalutis [illegible] forſitan cum papicolis & calidis ipſorum Conſiliis, meras cædes, bella [illegible] lanienas ſpirantibus, familiaritatem quamdam contrahat, aliſque ſeſe im[illegible]ceat, nec eo ſeſe ſeduci patiatur, vt à Deo Ter Opt. Max. lateri ſuo, a[illegible] defenſionem, & veræ Chriſtianæ relligionis conſeruationem, ac cinctum gladium, contra fideles veritatis diuinæ confeſſores, & propriæ ſuæ relligionis cultores ſtringere, eumdemque cum illorum ſanguine contaminare conetur: idque ſequentibus de cauſſis.

I. Sin enim Sereniſſ. V. Cel. (quod tamen Deus Ter Opt. Max. clementiſſime auertere dignetur) ſeſe cum Papiſticæ relligionis cultoribus, ſub quocunque etiam prætextu id fieri poſſet, coniungere debeat, tum eo ipſo ad ruinam S. ædificii Euangelicæ Eccleſiæ magna daretur anſa & occaſio, atque ab omnibus Euangelicis Ordinibus procul omni dubio eo interpretaretur, quaſi quod Sereniſſ. V. Cel. ad modo commem[illegible]atam iſtam Eccleſiæ ruinam an[illegible] dediſſet.

II. Per iſtam ſegregationem quoque cæteris Euangelicis Ordinibus irrecuperabile damnum atque detrimentum inferretur, quod neque coram Deo, neque omnibus Euangelicis hominibus in genere excuſari poſſet.

III. Sed Sereniſſ. Veſtra Cel. iſtam ab Euangelicæ relligionis cultoribus perpeſſam calamitatem conſequenter ſibi ipſi ſuiſque imponeret. Sin enim Papicolæ, cum extirpatione Euangelicorum Ordinum, rem vſque ad Sereniſſ. Veſtra Cel. & vnum adhuc alterumque Ordinem deduxiſſent, tum intentionem ſuam de exequendo Concilio Tridentino, eo vſque promouiſſent, vt facile cum cæteris pro ſuo lubitu agerent: Nam etiamſi, viuente [illegible] Sereniſſ. V. Cel. inter perſonas Euangelicas diſcretionem ſeruare vel diſpen[illegible]re poſſent, nihilominus tamen gratæ ipſius poſteritati, populis atque Prouinciis ſuis [illegible] idonee caueretur, ſiquidem toti ferme terrarum Orbi cognitum manifeſt[illegible]que [illegible]

pontificios nemini Euan[illegible] qualis qualiſue iſte ſiet, & [illegible] etiam nomine [illegible] appe[illegible] [illegible] euidentiſsima iſtiuſmo[illegible] procul o[illegible] donec cum paucis adhuc re[illegible] intentionem ſuam [illegible] & eo[illegible] radicitus quoque extirpaſſent.

IV P[illegible]que Sereniſs. V. Cel. conſideret, ſi forſitan ad oppreſſionem noui, ele[illegible] coron[illegible] Regis Bohemiæ, eiuſque recte credentium ſubdit[illegible] opem auxilium[illegible] ad[illegible] p[illegible]tura eſſet, quod tum Sereniſs. Veſtræ Cel. populi & p[illegible] transitus, præſertim ab iis, qui Cæſareæ M. auxilio venturi [illegible] grauarentur: Certo enim certius, ſi res eo deueniat, tum ad[illegible]tus, ex altera Bohemica) [illegible], adeo interclusos fore, vt commemoratæ iſtæ Cæſareæ M. in auxilium [illegible] militares copiæ neceſſario Sereniſs. Veſtræ Cel. prouincias tranſire neceſſum habeant.

Si quoque, [illegible] pars aduerſa etiam in minimo ſecuritatem quamdam ſentiret, tunc [illegible] quam ad Ser. Veſtr. in Cel. ſuum refugium ſumptura eſſet [illegible] III ſubſequentibus de cauſſis.

I Quum Sereniſs. Veſtræ Cel. Prouincia iſtiuſmodi inuaſionibus & irruptionibus [illegible] v[illegible] ſint.

II. Cum vniuerſum negotium religionem concernat, Ser. Veſtra Cel. etiam [illegible] con[illegible] addi[illegible], & nihilominus, ſcopo [illegible] poſito, forſitan [illegible] : [illegible] ocul[illegible] dubio exacerbata[illegible] alibi, vindictam [illegible] de hoſte ſumptura eſſet.

III P[illegible] pars ad[illegible] ex[illegible] eſſet quaſi Sereniſs. Veſtræ Cel. ſolutio magis, quam aliud quid[illegible] ſibi curæ cordique ſiet. Sin vero Con[illegible] initium fieri [illegible] in Bauaria, colum tractantes, nem[illegible] alium, quam Sereniſs. V. Cel. metuere neceſſum habebunt.

Nunc autem ipſa natura teſtatur quod bellicis ſub neceſſitatibus vbi plus metuatur, ibi plerumque & maior fortiorque inſtituatur oppoſitio.

VI. Et hac ratione maior pars, & vera belli moles ad Sereniſs. V. Celſit. limites, vel omnino in propriam Sereniſs. V. Celſit. prouinciam transferri & deriuari poſſet.

IIIX Inluſtriſſimam quoque ipſius Celſ. adhuc pro ſummo æſtumare periculo, quod exinde inextinguibile prorſus odium inter duas Electorales Domos, Saxoniam & Palatinatum, [illegible], & Palatinus forſitan autumare poſſet, quaſi exaltatio & regia dignitas [illegible] ex æmulatione inuideretur, cui tamen neutiquam inhiaſſet, multo minus, iuxta peculiares publicatas declarationes, ſcriptoque compræhenſas [illegible] deductiones, iſtam dignitatem artibus fraudibuſque inhiaſſet, ſed pro puro D[illegible] illu[illegible] agnoſcere neceſſum habuiſſet, quem in ſinum [illegible] permotam [illegible], vt coronam iſtam acceptaſſet, & oppreſſæ [illegible] in[illegible] quantum [illegible] fieri poſſet, omnibus modis ſuccurreret: idcirco [illegible] Sereniſs. ipſius Cel. magis applauſum, quam diſſenſum, ſuccurſum quam [illegible] quemadmodum etiam Sereniſs. V. Cel. ſin electio in ſua [illegible] Electori Palatino certo confidere potuiſſet, commemoratum [illegible] a parte Sereniſs. V. Cel. inſignis aliqua victoria ſperand[illegible], ſed multo potius ad perpetuationem & perniciosum quam[illegible] prorogatam iri.

Quem-

Quemadmodum etiam, pro IIX. perpetuo durans diuiſio laudatiſſimi E-lectoralis Collegii, & exinde mera ſuſpenſio & mutatio, cum perpetua diſſidentia, atq; totali deniq; ruina atque euerſione S. R. Imperii & innumerabiles ſtiuſmodi inconuenientiæ metuendæ eſſent.

Quo melius autem iſti incendio obuiaretur, operæ pretium fore Inluſtriſſ. ſuam Celſ. autumare, ſi Sereniſs. V. Cel. impoſterum quoque, vti & hactenus, in terminis pacificis laudabiliter permaneret, & pontificiorum aliorumque callidis Conſiliis ſeſe minime immiſceret, ſed, vice verſa, ratione conſcientiæ, & à Deo Ter Opt. Max. Clementiſſime conceſſæ ſummæ prudentiæ, auctoritatis, atque exiſtumationis, eadem, eane peius & angue, euitaret, & omnia ſalutaria media in medium proponeret. Eo ipſo enim non dumtaxat Sereniſs V. Cel. ſuiſq; conſtans ſecuritas, verum etiam Euangelico negotio exoptatum refrigerium & ſalubrior reſpiratio dabitur, & eo ipſo illud per Sereniſs Veſtræ Cel. promotionem iterum laudabiliter ſtabiletur, priſtino ſuo nitori reſtitueretur, & omneis deniquè hactenus in Statu publico exortæ difficulrates tam in rebus Iuſtitiam, quam prophanam pacem concernentibus, iterum tollerentur, atque, vice [illegible], omnia in pacatum tranquillumque ſtatum iterum redigerentur.

Quamuis autem ab aduerſa parte prætenderetur, magnam iſtam intemperiem, rerumque omnium confuſionem, non ad relligionis quoddam bellum ſpectare, minime tamen illud veritati videtur conſentaneum: Omnibus & ſingulis ſiquidem manifeſtum eſt atque cognitum, omneis iſtos periculoſos motus ob veritatis perſequutionem eſſe exortos, & quod iidem fauore illorum, vni vel alteri relligioni addictorum, conſeruentur, & tamdem, ſi manifeſta vi, ferro & armis finiri debeant, vincentem tamdem partem alteram procul omni dubio ad ſuæ relligionis cultum adacturam eſſe. Ob id vero Sereniſs. Veſtra Celſ. non ſecus quam alii etiam Euangelici Correſpondentes atque Vniti Principes & Ordines in crimen læſæ Maieſtatis minime incurret: nullum enim horum modo commemoratis Confœderatis in ipſa rei veritate obiici poterit, quemadmodum illud ipſum hactenus deducta Conſilia, facta, & declarationes contra Cæſaream S. M. Papicolarum Ligam, & Sereniſſimæ Veſtræ Cel. ipſæ fideliſſimæ Communicationes, litteræ & propoſitiones ſatis ſuperque teſtantur

Ad imperrandam vero ſupra commemoratam pacificationem, & totalem compoſitionem omnium iſtarum difficultatum hoc eſt, tam abortiui intellectus inter Ordines vnius vel alterius relligionis, quam etiam Bohemici eiuſdemq; Intereſſentium negotii, & media & mediatores nequaquam defuturi ſunt, quemadmodum etiam mediorum à Cæſareæ M. delegatis ipſis facta mentio, mediatores vero tam in: quam extra S. R. Imperii limites ſeſe facilime oſtenſuri [illegible] ſent, modo tempeſtiue, & antequam animi ex continuatione facti eo vehementius exacerbentur, rei ſuccurratur, & eo potiſſumum adlaboretur, quo melius omnia ad exoptatum finem reducantur, quemadmodum etiam in ſpecie a duobus laudatiſſimis Regibus, Occidentalis Franciæ, & magnæ Britanniæ videlicet, eius rei luculentiſſimum præbent teſtimonium. cumprimis autem modo commemoratus Galliarum Rex per duas peculiareis litteras non dumtaxat per Ordinarios, verum etiam extraordinarios ſuos delegatos Inluſtriſſimæ ipſius Cel. interpoſitionem ad pacificam tractationem aliquam detulit, id quod extractus iſtarum litterarum

Reueren-

Reuerendiſſimo Electori Moguntino communicati ſatis ſuperque teſtantur. Sin igitur extremum per diuinam gratiam adhuc reſiduum medium forſitan negligi debeat, tunc ſane Sereniſs. V. Cel. facilime & prudentiſſime colligere poterit, quid videl. exinde oriri poſſit, & quam difficilime ii, quibus de iſtiuſmodi mediis conſtitit, illud excuſare poterint.

Et hæc ſunt quæ Inluſtriſſima ipſius Cel. impulſu conſcientiæ coram Deo Ter Opt. Maxumo, ratione negorii Euangelici & fraternitatis hæreditariæ, qua cum Sereniſs. laudatiſſimaque domo Auſtriaca ferme conglutinata eſt, Sereniſs. V. Cel. latere minime voluit: peramice rogans ne videlicet hancce erga dilectiſſimam patriam ex fideli corde directam adhortationem forſitan in malam partem interpretari, ſed multo potius eamdem ſibi gratam acceptamque eſſe patiatur, num videlicet bona pacificatio & amica interpoſitio adhuc locum reperire poſſet, vice nunc ſecunda peramice rogans, vt Inluſtriſſimæ Celſ. ſuæ reſpondere minime grauetur. Id quod Sereniſs. V. Celſ. Inluſtriſs. ipſius Celſ. (cui alias peramicis officiis obſtricta obligataque eſt) omnibus modis recompenſare minime deſiſtet.

## CAPVT CXXXVII.

### *SERENISS. DOMINI ELECTORIS SAXONIAE AD COMMEMORATAM DOMNI LANDGRAVII EPIſtolam Reſponſio.*

Sub dato V. Martt. A. C. M. D C. XX.

INLVSTRISS. Princeps, adfinis atque Compater ſuauiſſime, Dil. V. intimum conſiliarium & Mareſcallum aulicum, Theodoricum à Verder, in perſona propria ſolum audiuimus, cuius ipſi demandatam propoſitionem in Electorali & Principali Conuentu Mülhuſino ſatis ſuperque intelleximus.

Quemadmodum igitur, ob peramicam factam ſalutationem, Dil. V. peramicas gratias agimus, eidemue omnia noſtra officia omnemque temporalem atque æternam ſalutem deferimus, ita viciſſim Dil. V. commemoratam illam ſuam nobis in dicto Electorali & Principali Conuentu Mülhuſino factam propoſitionem procul omni dubio ex fideli corde profectam eſſe neutiquam dubitamus: eamdem tamen intempeſtiuam minimeque neceſſariam eſſe arbitramur, quum non cum iſtiuſmodi hominibus heic Mulhuſii conuenerimus, qui pernicioſa iſtiuſmodi conſilia, quemadmodum dilectioni V. videtur, in medium proponant, ſed quod cum Electoralibus noſtris Collegis, & iſtiuſmodi ſane Proceribus, qui vna nobiſcum totius S. R. Imperii ſalutem, proſperitatem, atque incrementum ſedulo perpendant, & nihil aliud in votis habeant, quam vt conſtans pax, quies, atque concordia, bonaque Correſpondentia iterum introduci, ſtabiliri, atque conſeruari poſſent, idque non motu proprio, ſed ratione difficilimi Electoralis officii, ſingularis inſtitutæ Septemuiralis Coniunctionis, & ea ipſa de cauſſa præſtiti iuramenti deliberare atque conſultare dereuerimus, quo pacto videlicet magnus in Bohemiæ regno eidemue incorporatis Prouinciis exortus, atque ipſi S. Rom. Imperio immixtus motus iterum ſedari, late hinc inde ſerpens

incendium extingui, S. Cæſ. Maieſt. ſummus reſpectus & auctoritas conſ... ri, & omneis ſiniſtræ in ſummum præiudicium vergentes opiniones à nobi... ctoribus auerti, & præcaueri poſſint, ne adeo periculoſiſſimo iſti negotio ... regrinæ nationes ſeſe immiſceant.

Nos quoque hactenus noſtra quidem ex parte, iſtiuſmodi in medium poſuimus conſilia, quæ magis ad pacem & quietem, quam maiorem aliqua... rum confuſionem, directa fuerunt, cuius rei etiam ipſi noſtri hoſtes nobis ... lentum teſtimonium præbere neceſſum habent: iccirco iſtiuſmodi ferme co... natoriis ad: & exhortationibus minime opus fuiſſet, quoniam in noſtro E... rali regimine hactenus tantum quidem didicimus, quod, etiam abſque a... aſpera & minas ſpirante exhortatione, bene ſciamus, quomodo, turbulent... turbatoque hocce potiſſimum tempore, noſtro Electorali muneri atque ... ctioni ſatisfacere queamus: hoc tamen iam ſuo loco relinquimus, omnia quieto ſtatui imputamus, & non minus illud ipſum præſtabimus, quod corã Deo Opt. Max, Romano-Cæſarea M. ordinario noſtro ſummo Magiſtratu, & o... bus fidelibus S. R. Imperii Ordinibus excuſare poterimus. Suo etiam loco D... V. apud alios, vrgente neceſſitate, ſedulo inſtabit, vt nimirum omnia ſua co... & actiones eo dirigant, quo pacto S. R. Imperium vna cum ſuis membris co... uari, ſummi capitis auctoritas atque exiſtumatio illibata tueri, & quilibet apud ſua, ratione Regiæ M. in Occidentali Francia ad Dilect. V. ſub dato X. Ianuarii huius anni, exaratarum litterarum, impoſterum vti & hactenus quoque prote-gi atque defendi queat. Hoc modo pax & concordia facilime reducentur, econ-tra vero omnis confuſio atque intemperies ſperanda eſt: à quibus omnibus licet noſtra quidem ex parte maxumopere abhorreamus, nihilominus tamẽ, tamquam fidelis S. Rom. Imperii Elector, Septemuirali noſtro officio minime defuturi ſu-mus. Quod Dilect. V. &c. Dabantur Mülhuſii V. die Martij A. C. M. D C. XX.

Dei Gratia Ioan-Georgius Dux
Saxoniæ &c. Elector.

## CAPVT CXXXVIII.

INterea Elector Palatinus, veritus Mülhuſinum Conuentum Bohemicorum motuum cauſſa inſtitutum, ad Sereniſſimum Inluſtriſſimumque Ducem Bauariæ ſequentem epiſtolam, Coronæ Bohemicæ acceptationem concernentem, ablegari curauit.

### *ELECTORIS PALATINI AD SERENISS. BAVAriæ Ducem Epiſtola.*

Sub dato XIV. & XXIV. Mart. A. C. M. D C. XX.

NOs Fridericus Dei Gratia Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni & Elector, Dux Bauariæ, Marchio Morauiæ, Dux Sileſiæ & Lucemburgi, Marchio Supe: Inferioriſque Luſatiæ &c. Sereniſs. Principi, conſanguineo noſtro, Domino Maximiliano, Comiti Palatino ad Rhenum, Duci in Supe: & In-

Digitized by Google

pe: & Inferiori Bauaria &c. S.N.P. & peramica officia &c. Illuſtriſſime Princeps, Conſanguinee Suauiſſime, Dilect. V. ſatis ſuperque procul omni dubio cognitum, atque adeo vniuerſo ferme terrarum Orbi cognitum manifeſtumque eſt, qualis antidhac in regno noſtro Bohemiæ periculoſus motus, & ſubſequutum in hodiernum vſque diem adhuc durans cruentum bellum, Prouinciarumque horrenda deſolatio atq; deuaſtatio extiterit. Procul omni dubio etiam Dilect. V. ex noſtris ad ipſam datis litteris, & typis publicatis manifeſtis ſufficientiſſimiſq; informationibus notorium erit, quibus nimirum neceſſariis ineuitabilibuſque de cauſſis, nos coronam iſtam (Bohemicam) harumque prouinciarum adminiſtrationem acceptauerimus, quas etiamnum hodie, poſt præſtitum nobis ſolemne conſuetumque homagium, diuina adſiſtente gratia poſſidemus: omneis quoque, candide atque ſyncere iudicantes, atque adeo ipſa grata poſteritas nobis luculentiſſimum perhibebit teſtimonium, nos, etiam ante adeptam iſtam Regiam dignitatem, omnia noſtra conſilia & actiones eo potiſſumum direxiſſe, atque hactenus nihil amplius in votis habuiſſe, quam vt ſanguinolentum illud bellum euitaretur, & prouinciæ in priorem ſuum pacatum tranquillumque ſtatum iterum redigerentur: & tamdem pro virili præcaueretur, ne videlicet iſtæ; & conſequenter vicini S. R Imperii Ordines, introductione peregrini Germaniæ infeſti tyrannicique exercitus, vti hactenus apud aduerſam partem magno, proh dolor, cordolio factum, in maiora damna atque pericula præcipitarentur. Quod autem, ex aduerſa parte, prouinciæ eum iſtiuſmodi militaribus copiis repletæ, atq; per earumdem barbaricas hoſtilitates, crudeliſſimas lanienas, latrocinia atque direptiones extreme periclitatæ fuerint, id cottidiana teſtatur experientia. Iccirco ex illis ſimilibuſque extremitatibus tamdem neceſſario ſubſequutum, quod noſtri regni fideliſſimi Prouinciales Ordines & incorporatæ Prouinciæ, ratione ſalutaris alicuius confœderationis non minus multis modis grauiſſime preſſorum & ferme oppreſſorum regnorum & Prouinciarum, ad propriam ſuam conſeruationem & ſecuritatem, atque vt adhuc diutius quoque, vna cum ſuis hactenus tam care recuperatis priuilegiis, relligionem prophanamque pacem concernentibus, Maieſtatis litteris, atque libertatibus, ſartæ, quietæ tectæque cōſeruarentur, vicinam adſiſtentiam, coniunctionem, & auxilia impetrare neceſſum habuerint, quæ etiam nupere elapſo anno Princeps Tranſyluaniæ, Gabriel Betlehemus, ipſo facto præſtitit. Euentus etiam tum temporis, quemadmodum etiam in hodiernum vſque diem, luculenter ſatis teſtatus eſt, illum, dumtaxat commemoratorum regnorum prouinciarumque ſalutem atque proſperitatem, non vero particularem quamdam vtilitatem vel exaltationem quæſiuiſſe, multo minus Turcorum Imperatori, ad ſubiugandas Chriſtianas prouincias, viam præparaſſe, ſed multo potius omnia ſua conſilia & actiones eo direxiſſe, vt omnē Chriſtianas prouincias occupandi, vel inuadendi occaſionē eidem Turcorū Imperatori præcideret: in armorum depoſitionem ſiquidem & pactas cum Cæſarea S. M. inducias non ſolummodo lubentiſſime conſenſum ſuum præbuit, ſed ſimul eo potiſſumum ſpectauit, quo pacto nimirum iſtæ & impetrari & ſimul cum omnibus confœderatis prouinciis conſeruari poſſent: quamuis ex aduerſa parte diuerſimodæ hoſtiles inuaſiones, attentata, & conatus minime prætermiſſi fuerint. Pari modo noſmet ipſi quoque, ad confirmationem noſtræ ad pacem quietemq; ſpectantis



Digitized by Google

ctantis intentionis, inducias iſtas adprobauimus, & dumtaxat aduerſæ partis declaratio ſiue reſolutio etiamnum ho lie expectatur.

Quum itaque Dilect. V. pacificum, quietum, tranquillumque animum hactenus ſatis ſuperque cognouerimus, atque in futurum quoque de eodem minime deſperemus: iccirco ex ſingulari erga Dilect. V. confidentia & beniuola adfectione intermittere non potuimus nec voluimus, quin eamdem peramice & officioſe rogaremus, vt apud Cæſaream S M ſedulo eo adlaboret, quo pacto videlicet hactenus erga prouincias haſce exercitatus rigor mitigetur, inuaſiones ex Polonia & ab aliis nationibus inſtitutæ intermittantur, tot innocentiſſimi ſanguinis horrendæ crudeliſſimæque profuſiones præcaueantur, atque conſequenter S. R. Imperium à metuendo barbaricorum populorum periculo liberari, & eo ipſo S. R. Imperii Conſtitutiones atque Cæſareæ Capitulationes decenti modo obſeruentur: cumprimis autem neutiquam concedatur, vt cum ante commemorato Tranſyluaniæ Principe, Gabriele Betlehemo, factæ induciæ nullo modo labefactentur, ſed ſancte inuiolabiliterq; conſeruentur, atq; deniq; omneis iſtæ Prouinciæ priſtino ſuo nitori, atque quieti reſtituantur, nec in vlteriorem deſperationem præcipitentur Sin vero, præter omnem ſpem & expectationem, ſupra indigitatæ fideliſſimæ admonitioni nullus locus relſinquatur, ſed vice verſa hoſtilitates eo magis magiſque continuari debeant, tum coram Deo Ter Opt Max. proteſtamur, noſque excuſamus, quod nos, cum noſtris confœderatis, legitimis conceſſiſque defenſionis mediis contra illegitimam violentiam pro virili vti tuerique neceſſum habeamus. Confidimus itaque Dilect. V. nullas forſitan ſiniſtras cogitationes concepturam nec ad iſtiuſmodi conſilia inclinaturam, quæ hoc per ſe difficile negotium adhuc difficilius redditura, vel in S. R. Imperio maiora rixarum diſcordiarumque ſemina paritura fient, ſed multo potius bona, honeſta, ſecura & acceptabilia media in medium propoſituram. Quemadmodum etiam Dilect. V. eo ipſo apud gratam poſteritatem immortalē laudem atq; gloriam ſibi comparabit, & de Republica optume merebitur, atque adeo toti regno viciniſque prouinciis ingentem vtilitatem commoditatemque procreabit, ita viciſſim & nos in particulari fideli adfectione, amore, atque bona voluntate illud ipſum Dilect. V. recompenſabimus, & in omnibus oblatis occaſionibus in ſyncera Germanaque Correſpondentia, & propagatione modo dicti Germanici candoris conſtanter perſeuerabimus, eumdemque & impoſterum quoque omnibus modis propagaturi ſumus, erga Dilect. quoque veſtram noſmet ad vlteriorem communicationem hiſce offerimus, & in vtrimque facta pollicitatione conſtanter adquieſcimus. Dabantur in arce noſtra Regia Pragæ XIV vel XXIV. Martii A. C. M. DC. XX.

Dilect. V.

fideliſs. ſemper conſanguineus,

FREDERICVS.

CAPVT

## CAPVT CXL.

### SERENISS. DVCIS BAVARIAE AD ELECTORIS PALATINI EPISTOLAM LITTERAE RESPONſoriæ

Sub dato Monachii X. Aprilis A. C. M. D C. XX.

CONSANGVINEI AMANDISSIME DILECT. VESTRÆ litteræ, ſub dato XIIII. & XXIV. Martii, nobis bene ac decenter traditæ ſunt, in quibus Bohemicæ intemperiei originẽ & progreſſum, quodq; ineuitabilibus ex cauſis coronam Bohemicam acceptauerit, & omnia ſua conſilia & actiones eo potiſſimum direxerit, quo pacto nimirum motus illi iterum componi, Prouinciæ atque adeo vniuerſum S R. Imperium ab omni vlteriori periculo, introductione peregrini tyrannici exercitus, præcaueri, & regnorum hæreditariarumque Prouinciarum confœderationes, ad relligionis prophanæque pacis, Maieſtatis litterarum, Priuilegiorum, libertatum, vicinæ adſiſtentiæ, coniunctionis atq; auxilii conſeruationem, vlterius propagari poſſent: Item quod Tranſyluaniæ Princeps non ſuam, vel Chriſtiani nominis hoſtis exaltationem, ſed regnorum Prouinciarumque ſalutem proſperitatemque promouendam, & Turcorum Imperatori omnem idoneam occaſionem amputandam præcidendamue quæſierit, inducias cum in finem inierit illaſque pro omnibus confœderatis prouinciis ſollicitauerit: vice verſa vero aduerſam partem ab hoſtilibus inuaſionibus minime deſtitiſſe & c. Item quod Dilectio veſtra eaſdem illas inducias adprobauerit, noſtrum pacificum animum hactenus probe cognouerit, eumdemque & impoſterum quoque in nullum dubium trahat, noſque ſimul peramice roget, vt apud Cæſaream S. M., vti illud bene poſſemus, omnia noſtra conſilia & actiones eo potiſſimum dirigeremus, quo melius hactenus vſurpatus rigor mitigari, inuaſiones ex Polonia aliarumque peregrinarum nationum intermitti, & innocentiſſimi ſanguinis crudeliſſimæ profuſiones, atque adeo totius S. R. Imperii pericula præcaueri, Cæſareæ Capitulationes probe obſeruari, pactæ cum Gabriele Betlehemo induciæ non labefactari, prouinciæ per ſublationem omnis bonæ ſpei ad bona pacificaque media non amplius in deſperationem redigi poſſent: quodque itidem, niſi continuatæ hactenus hoſtilitates prætermittantur, legitime conceſſis defenſionis mediis vti, ſed multo potius ſpetare velit, nos nullas ſiniſtras cogitationes concepturos, neque vlla conſilia, quæ maiorem forſitan difficultatem parere poſſent, in medium propoſituros, ſed iſtiuſmodi ſalutaria pacifica media arrepturos, quæ Deo grata, ac Reipublicæ vtilia forent, vlteriori peramica mentione facta, Dilect. V. in particulari illudipſum nobis recompenſaturam, vſitatam hactenus Correſpondentiam continuaturam, vlteriorem coniunctionem propagaturam, & in vtrimque facta pollicitatione impoſterum quoque perſeueraturam eſſe.

Ad hæc Dilect. V. peramice celare nolumus, quod, mox ab exorto incendio Bohemico, perturbatum ſane illum ſtatum Coronæ Bohemicæ (quodque illud incendium latius ſerpere, & tam regna quam alias quoque hæreditarias prouincias, atque adeo vniuerſum Rom. Imperium in ſummum periculum atque ex-



Digitized by Google

tremam diſſolutionem præcipitare poſſet, & quo hæreditario Chriſtiani nominis hoſti contra totam Chriſtianitatem exoptata commoditas in manus quaſi traderetur, quam tamen hactenus eum omnibus ſuis viribus obtinere minime potuiſſet) iam dudum prævideriinus, illumque ſollicito perturbatoque admodum animo quaſi in ſpeculo quodam viderimus: quocirca in vno vel altero, cumprimis ſeditioſis Bohemiæ Ordinibus, poſtquam quoſdam è ſuo medio ad nos ablegaſſent, & compræhenſo ſcripto perturbatum iſtum regni Bohemici ſtatum nobis ſignificaſſent, omnimodis commotoriis demonſtrationibus perſuadere conati ſumus, vt nimirum ab vlterioribus iſtiuſmodi hoſtilitatibus contra ſummum Magiſtratum, qui omni tempore Maieſtatis litteratum, Priuilegiorum atque libertatum conſeruationem ſit pollicitus, abſtinerent, & arrepta arma iterum deponerent: tum temporis quoque nil aliud colligere potuimus, præſertim quum illi ipſi Ordines primum, antequam Inuictiſſimus Romanorum Imperator Matthias militareis copias conſcripſiſſet, vel eaſdem in Bohemiam introduxiſſet, Cæſareæ M. relictos Vicarios & Conſiliarios armata manu hoſtiliter obruerint, partim deduxerint, quoſdam, abſque vllo in Bohemia vſitato, & ſub graui pœna prohibito proceſſu, inauditos etiam (quod tamen apud Ethnicos, naturæ inſtinctum ductumque ſequentes, alias inauditum) ex Regia Pragenſi arce in ſubiectam foſſam præcipitauerint, regiam arcem ciuitatemque occupauerint, imperium ad ſe attraxerint, Conuentus Prouinciales indixerint. Directoria aliaſque præparationes bellicas inſtituerint, ordinarium ſuum à Deo illis datum, declaratum, vnctumque regem, cui tamen debitum, conſuetumque iuramentum ſolemniter præſtiterunt, regni ſui reali poſſeſſione de facto priuauerint &, ad ſua defendenda, ipſi anſam occaſionemque præbuerint: hac fideli ipſis porro data admonitione, vt nimirum ab hoſtilibus ſuis attentatis impoſterum abſtinere, Cæſareæ interpoſitæ promiſſæque bonitati atque clementiæ locum relinquere, in facto compromiſſo adquieſcere, omnia imminentia mala ab regno & Prouinciis auertere, & ordinatio legitimoque ſuo capiti & regi ad ineuitabilem quamdam defenſionem contrariam nullam anſam vel occaſionem dare debeant: indubia ſpe freti ſi Bohemiæ Ordines hiſce & ſimilibus fideliſſimis admonitionibus & demonſtrationibus morem geſſiſſent & obtemperaſſent, vel tamen ad minimum, iuxta beniuolentiſſimam clementiſſimamque Sereniſsimi Domini Electoris Saxoniæ inſtructionem, ad armorum ſuſpenſionem ſeſe veluti Cæſarea S. M. ipſa accomodaſſent, & non per inconceſſas, apud Germanos inuſitatas, perſuaſiones, quaſi nulli amplius Cæſareo vel regio verbo credendum eſſet, (cum tamen illi ipſi aliique magni principes & Proceres nullam meliorem aſſecurationem præſtare potuiſſent) ad maiores perículoſioreſque innouationes, atque eximias, ab ipſo hæreditario Chriſtiani nominis hoſte dependentes, Confœderationes & tractationes ſeſe ſeduci paſſi fuiſſent, tum procul omni dubio omnes iſti ſeditioſi motus in pacificum ſtatum iterum redacti, omnes hoſtilitates, & omnia exinde exorta mala atque enormitates euitatæ fuiſſent: id quod motuum iſtorum auctores, coryphæi, atque incentores apud Deum atque gratam poſteritatem excuſare tenebuntur: nos quidem noſtro officio, bono ſalutarique dando conſilio, numquam defuimus.

Ad cauſas iſtas, quas Dilect. Veſtra ob acceptationem Bohemicæ Coronæ præten-

prætendit, quod attinet, quemadmodum eaſdem ſuo iam loco rellinquimus, ita Dilect. V peramice & facile quidem ſibi reuocabit in memoriam, quid nimirum ad Dilect. V. petitionem ex ſyncero, fideli apertoque animo, tamquam recte ad fectus amicus atq; conſanguineus, cui tam Dilect. V. proſperitas, incrementum, & progreſſus quam aduerſi caſus, damna atque detrimenta curæ cordique ſunt, Dilect. V. vice nunc ſecunda ſuaſerimus, & fideliſſime ſimul Dilect. V. admonuerimus, qua videlicet de cauſa oblatam coronam Bohemicam nō acceptare, atq; hoc modo ſeipſam in periculoſiſſimum labyrinthum præcipitare debuerit: ſiquidem inter alias cauſſas bene cogitandum fuit, quam minus nempe Cæſarea S. M. Matthias feliciſſimæ recordationis conceſſiſſet vt propria ſua regna atque Prouincias minime defendiſſet, atque protexiſſet, ita hodierna quoq; Cæſarea S. M. (tamquam pari modo ordinarius, vnctus, declaratus, coronatuſque Rex Bohemiæ, tam ob expectatā Succeſſionem, quam totius regni occupationem, cui etiam ipſius Directionis Præcipui conſuetum iuramentum ſolemniter præſtiterunt, eumdemque pro Rege, Succeſſore, atque Domino ſuo & agnouerunt & habuerunt) non intermittet per bonam lenitatis viam, vel, niſi illud procederet, per conceſſa defenſionis media, ſeſe tueri, nec facile concedet, quod Cæſarea S M. à propriis ſuis ſubditis propria auctoritate, & manifeſta violentia, de ſuo deturbari, & ſibi impoſitā coronā alteri rellinquere neceſſum habeat: ſiquidem & noſmetipſi, & Dilect. V. minime conceſſura eſſet, ſin nobis in noſtris Principatibus ſimile eiuſmodi à noſtris ſubditis obuenire debeat: quām beniuolentiſſimam etiam noſttam intentionem, ad: & exhortationem, tamquam à fideliſſimo ſuo conſanguineo profectam, Dilect V. in meliorem partem interpretata eſt, exinde etiam nos nullum dubium concepimus, ſed certum indicium habuimus, ſi videlicet Bohemiæ Ordines cum Cæſarea S M. tractationem quamdam iniiſſent, eamdem tum, iuxta diuerſimodas peculiares ſuas factas pollicitationes, ipſis Bohemiæ Ordinibus ſupra commemoratas ipſorum Maieſtatis litteras, aliaque regni priuilegia, de quibus in præſentem horam vſque etiamnum grauiter dimicant, iam ante confirmaſſe, & tamdem ipſi quoq; Ordines de concepta ſuſpicione, quod nimirum modo iam dicta Priuilegiorum confirmatio aliis de caſſis dilata fuiſſet, paululum remiſiſſent ſeipſoſque aliquo modo liberaſſent: quemadmodum etiam pari modo eorumdem Bohemiæ Ordinum, ad cauſſæ ſuæ ſtabiliendæ iuſtificationem, prætenſio, apud ſyncere iudicantes (ambas partes audientes, & qui ab altera parte ſeſe præoccupari neutiquam patiuntur) ad hactenus deductum proceſſum minime ſufficiens eſſe videtur, multo minus Chriſtianis Principibus, Electoribus atque Principibus, Romano-Catholicam relligionem neutiquam amplectentibus, nullo modo conducibilis ſiue vtilis, ſed multo potius binis regnis & incorporatis prouinciis, cumprimis autem S Rom. Imperio, viciniſque regionibus, atque adeo Dilectioni V. ipſi, multis modis pernicioſa atque periculoſa depræhenſa eſt, quòd Gabriel Betlehemus, Tranſyluaniæ Princeps cum inſperata ſua irruptione iſti negotio ſeſe immiſcuit, quum is, vti ipſius ad portam Ottomannicam teſtantur litteræ, ſeſe Turcorum Imperatoris Vaſallum profiteatur, ab ipſo dependeat, & auxilium Turcicum in manibus quaſi habere debeat, vel ad minus tamen, (quemadmodum ipſius ad nos exaratæ teſtantur litteræ) impreſſionem iſtam cum Turcorum Imperatoris præſcitu, atque voluntate ſuſceperit,

ſit, & quod eius conditio ita exigat: adeo vt, dependentia, Correſpondentia, & auxiliareis Turcicæ Copiæ ipſis Turcis occaſionem contra Chriſtianos minime adimat, multo minus hæc regna & prouincias, pro Chriſtiani nominis hæreditarii hoſtis more, ad ſuam intentionem, quo S. R. Imperium modo commemorato Chriſtiani nominis hæreditario hoſti tributarium faceret, via ſiet eritq; proxima. Quibus de cauſſis, communis Chriſtianitatis nomine, intermittere nec poſſumus nec volumus, quin Dilect. V. tamquã laudabilem, Chriſtianum, Germanumq;, grauiſſimum Electorem, & præcipuam columnam S. Ro. Imperii, quæ illud præ aliis non immerito ab iſtiuſmodi ſubiectione & intolerabili iugo Turcico liberare atque vindicare prompta parataq; eſt, peramice ſummoque ſtudio rogaremus, vt iſtiuſmodi adſiſtentiam, quæ plerumque ambas partes extirpare ſolet, non dumtaxat ſua ex parte omnino poſthabeat, verum etiam alios, qui Dilect. V. forſitan ab eo detinere conantur, (idipſum quod & nos, ex iure cognationis atque amicitiæ propediem facturi ſumus) cumprimis vero abſq; vlla mora Cæſaream S. M. obnixe roget, vt omnem rigorem clementiſſime mitigare, viam gratiæ ante omnia, iuxta omnem æquitatem, præferat, & illud, quod plerumque ex bello oriri ſolet, ſua ex parte omnino prætermittat, pactas cum Gabriele Betlehemo inducias non labefactari patiatur, indubia ſpe freti, quum deuaſtatio tam egregiarum eximiarumque prouinciarum neminem alium, quam Cæſaream S. M. tangat, Dilect. V. ratione innatæ ſuæ pacificæ qualitatis, ad iſtiuſmodi extrema nullo modo anſam occaſionemque daturam, ſed multo potius idonea, honeſta, ſecura atque pacifica media, quorum Dil. V. ipſa mentionem facit, grata acceptaque ſibi eſſe paſſuram. Neceſſarium tamen prima vice fore arbitramur, vt Dilectio V. ſeſe erga Cæſaream S. M. ipſo facto ita exhibeat, vt eadem ſua Cæſ. M. exinde colligere neceſſum habeat, Dilect. V. ad nullum alium finem, quam ad maiores interea vires adquirendas, ſuamque Cæſ. Maieſtatem eo magis eneruandam, tendere: Sin vero, præter omnium ſpem & expectationem, Cæſarea S. M. omnem ſuam præparationem bellicam, quam incredibilibus ſumptibus, labore, atque moleſtia è longinquo oſtendit, ex prouinciis in alia loca ducere, ſuamque perſonam omni apparatu deſtituere, omnia variis in locis contra Cæſaream S. M. hoſtili prorſus modo ad: & commiſſa confirmare, & nihilominus ſuo priuari debeat, veremur ſane Cæſaream S. M non eo flectendam, ſed vice verſa omnia ſua conſilia & actiones eo directuram eſſe, quod videlicet principium cum iis fieri debeat, qui cum præcipitatione è feneſtris & violenta occupatione motus iſtos inchoaſſent: conſiderando quod naturali rationi, omni æquitati, vulgaribus iuribus, atque S. R. Imperii Conſtitutionibus conſentaneum ſiet, nullum inauditum abſque ordinario proceſſu Iudiciario ſuo priuari, vel, ante reſtitutionem, tractationem quamdam inire, aut oppignorata manu comparere debeat.

Id ſi fiat, omnino tum confidimus Cæſaream S. M. coram omnibus ſynceris, candidiſq;, tam exteris, quam inquilinis, S. R. Imperii Electoribus, Principibus, aliiſque Magnatibus & Proceribus, obiectorum ſibi punctorum cauſſa ſatis ſuperque reſponſuram, eorumdemque cognitionem admiſſuram, an iureiurando obſtricti Ordines & ſubditi, an vero Cæſarea S. M. vel eiuſdem Dominus Anteceſſor, conſanguineus & parens laudatiſſimæ recordationis, tamquam ordinarium, do-

um, declaratum, coronatum, agnitumque caput, in exceſſu, vel in defectu peccauerit, iſtiuſmodi proceſſum, depoſitionem & degradationem promeritum fuerit, & an alia electio ad manus ſumi debuerit.

Pari modo Dilect. V. liberum relinquimus, quũ ſua ſponte ad ſupra commemorata grata acceptaque pacifica media, vna nobiſcum in bona Correſpondentia hac in re vlterius communicare velit, vt hac ratione magis ad ſpecialiora eatur, & nobis ſimiliter iſtiuſmodi pacifica media fideliter communicentur, ad quæ omnia ſane noſtra conſilia & actiones conformabimus. Sin vero, præter omnium ſpem & expectationem, res, vti & hactenus, amplius differri, extremitates iſtiuſmodi continuari, peregrini atque adeo omnino ij, qui cum hæreditario Chriſtiani nominis hoſte agant, eiuſdemque præſcitu & voluntate tractare neceſſum habent, ſeſe negotio iſti immixturi ſient, vice verſa vero Romano Cæſarea S. M. perſequi debeat, tunc eamdem, ratione noſtri officii præſtitique iuramenti, omnibus modis tueri atque protegere neceſſum haberemus. Similiter ſi in S. Rom. Imperio, vti hactenus factum, magni exercitus ex vno in alterum Circulum per Catholicorum Ordinum ditiones cum eorumdem ſumma pernicie, abſque vllo Superiorum Conſenſu tranſire, econtra autem Cæſareæ S. M. militareis copiæ in Vnitorum territoriis detineri debeant, quemadmodum Marchionem Badenſem, vti quidem non abſq; ſingulari admiratione percepimus, ex Orientalis Franciæ circulo per Epiſcopatum Spirenſem, & Domus Auſtriacæ prouincialia principalia territoria, abſque cautione & ſolutione præſtita, cum ſummo detrimento ſubditorum, cum ſuæ fidei concreditis copiis militaribus, munitione, aliaque præparatione bellica, in Alſatiam proceſſiſſe, inibi publicam viam Cæſaream occupaſſe, in peregrinis territoriis, vtpote Friburgi, Briſſaci, & Ettenheymiæ, inſtitutam contrariam defenſionem loco mouiſſe, illis præſidiariis viuendi agendiq; præcepta præſcripſiſſe, atque adeo etiã ad Auſtriacas portas vſq; direptionibus, aliiſq; hoſtilibus incurſionibus omnia loca infeſta reddidiſſe, idq; ex Vniouis, cuius Dilectio veſtra caput, mandato factum fuiſſe, non ſecus, quaſi commemoratus ille Badenſis Marchio, & Vniti confœderatique Principes toti Germaniæ imperare, & leges præſcribere annitantur.

Iccirco, ſi illa imposterum quoque continuari debeant, omnes tum candide iudicantes, & Dilect. V. ipſamet prudenter colligere poterit, hæc & ſimilia hoſtilia attentata nullam, ad pacem, quietem atque concordiam, viam præmonſtrare, ſed expreſſe nobis cæteriſque Romano-Catholicis, qui contra omnia promiſſa, tam indigne tractantur & perſequuntur, arma ad contrariam defenſionem in manus quaſi tradere: immo quum metuendum ſiet, exortum in Bohemia incorporatiſque Prouinciis incendium omnino in S. Rom. Imperium derıuari, atque adeo omnis cum Dilect. V. bona Correſpondentia & amicitia multis modis labefactari poſſet: iccirco coram Deo Ter Opt Max. ac vniuerſo mundo ſolemniter proteſtamur, quod, ſin forſitan alias reſolutiones concipere neceſſum habuerimus, non omnia difficiliora reddituri, neque ad grauiores forſitan innouationes anſam occaſionemque daturi, multo minus fideliſſimam noſtram intentionem & adfectionem violaturi, ſed multo potius nos noſtroſque aduerſus violentiam, hoſtilia attentata defenſuri, & imminens toti S. R. Imperio eiuſdemque membris periculum auerſuri ſimus: quemadmodum etiam abſque vllo dubio



Digitized by Google

Cæſarea S. M. eiuſque laudatiſs. domus, cui leges præſcribere nobis minime eſt licitum, veluti etiam cæteri Catholici, intemperiem confuſionemque iſtam ex animo deteſtantes, minime intermiſſuri: ſed non ſecus, quemadmodum veſtra Dilect. ipſa, vna cum confœderatis ſuis amicis conceſſa defenſionis media arrepturi ſunt.

Denique Dilect. V. iterata nunc vice peramice rogamus, oramus, atq; obteſtamur, vt, perpenſis omnibus Circumſtantiis, eo ſedulo cogitet quo pacto videlicet extremæ iſti, prohdolor, confuſæ rerum faciei, & totali ferme reſolutioni ſupra dictorum regnorum atque Prouinciarum totius S Rom. Imperii in continenti idonea remedia adhiberi, & ad minus in eo ſtatu, qui à maioribus noſtris ad nos tralatus fuit, in conſtanti pace, bona fidelique Correſpondentia, contra omneis pacis publicæ hoſtes, conſeruari poſſent Hiſce Dilectioni V. cum gratis, fideliſſimis, puris animeque fucatis officiis, quemadmodum & hactenus, ita impoſterum etiā obligati permanemus. Monachii X. April. A. C. M DC. XX.

## CAPVT CXLI.

SVpra diximus Sereniſſimos Electores, aliosque S. R. Imperii Principes, in conuentu Mulhuſino congregatos, Sereniſſimo Regi & Electori Bohemiæ reſtitutionē Coronæ Bohemicæ demandaſſe: verum cum ipſorum monita locum hactenus neutiquam inueniſſent: Cæſar, ſub finem Aprilis, aliquot monitoriales literas in S. R. Imperii ciuitatibus adfigi curauit, quarum tenorem ad Sereniſſimum Dominum Electorem heic ſubiicimus.

## *MANDATVM I. CAESAREVM.*

NOs Ferdinandus II. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ ac Sclauoniæ Rex &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, & Wurtembergæ, Comes Tyrolis. Notum facimus Sereniſſimo atque Inluſtriſſimo Frederico Principi Palatino Electori &c. Nos vti omnibus innotuit, Anno ſuperiori ſupra Milleſimum, Sexcenteſimum, Decimonono XXVIII. Auguſti, die D. Auguſtino ſacro, in noſtra & S. R. Imperii ciuitate Mœno-francfurto, ex diuina prouidentia mediantibus S. Imperii Electoribus (penes quos etiam ipſe Elector Palatinus per Delegatos ſuos comparuit, & conſueto ſolemnique præmiſſo iuramento omnia Aureæ Bullæ requiſita re ipſa impleuit) per legitimam ipſorum electionem in Regem ac futurum Imperatorem Romanorum, ordinario, ac legitimo modo electos, & IX. ſubſequuto die Septembris conſuetis ac decentibus ſolemnitatibus coronatos eſſe. Quanquam vero nil aliud ſperaſſemus, quam Septemuirum illum Palatinum, vna cum ſuo electo, ac coronato Romanorum Imperatore, S. Rom. Imperii capite, non ſecus, quam alii noſtri fideles ac obſequioſi Electores, & S. R. Imperii columnæ fundamentales, omnia ſua conſilia & actiones, ex debito officio, direxiſſe, vt in S. R. Imperio, iucundiſſima noſtra Nationis Germanicæ patria, eiuſdem incorporatis Electoratibus, Principatibus, & Prouinciis exoptata pax, tranquillitas & firma concordia ſtabiliri, propagari & conſeruari, e contra vero A C. M. DC. XVIII.

Digitized by Google

DC. XVIII. viuente adhuc Cæſare Matthia feliciſſimæ memoriæ, in Regno hæreditario noſtro Bohemiæ incorporatiſque Prouinciis exorta rebellio iterum ſedari poſſet, & in qua pacanda nos, poſt fatalem obitum Domini cognati & parentis noſtri, Cæſaris Matthiæ, tamquam electus atque coronatus Romanorum Imperator, Rex & Elector Bohemiæ, omnem noſtram operam & ſtudium impendimus, nihilominus tamen inuito prorſus animo percepimus, aliquot rebelles Bohemiæ Ordines, eorundemue aſſeclas, & incorporatas Prouincias, eo ipſo tempore quo in prædicto Francofurto Cæſarea noſtra Electio & Coronatio ſolenniter peracta fuit, contra datam nobis, tamquam legitimo ipſorum electo, vncto, atque coronato Regi, fidem, dictum Palatinum Septemuirum in Regem ſuum elegiſſe. In quam iniquam, illegitimam, atque inconformem electionem Elector ille non modo conſenſit, verum etiam in regnum illud ſe contulit, & à rebellibus iſtis, contra leges Aureæ Bullæ, Cæſarea & Regia Priuilegia, declarationes, & Vniuerſalis prouincialis conuentus decreta, coronationem acceptauit, atque hoc pacto nobis dictum Regnum, incorporataſque Prouincias, quantum in ſe & illis rebellibus fuit, vi & armis contra publicam fidem occupare conatus eſt, quemadmodum etiam poſt inefficacem iſtam nullius valoris electionem atque coronationem, à ſubditis noſtris homagium ſibi præſtari paſſus eſt: præterea in iſto Regno incorporatiſque Prouinciis (quæ nobis, tamquam electo atque coronato Regi Bohemiæ, iure diuino ac humano debentur) eiuſmodi negotia perficiunda ad ſe pertraxit, quæ tamen, iure ſucceſſionis & Coronationis noſtræ Regiæ, vnice ad nos ſpectauere, quemadmodum etiam periculoſis præparationibus bellicis, & hoſtilibus aliis intentatis noſtram Maieſtatem offendere, & ita in pertinaci ſuo propoſito hucuſque perſeuerare minime erubuit. Quamuis vero commemorati iſti enormes exceſſus ſæpe nunc dicti Electoris Palatini ſatis ſuperque nobis anſam occaſionemque præbeant, vt contra ipſum, in hac tam manifeſta rebellione (qua nobis noſtra Regna & hæreditariæ prouinciæ vna cum Electoratu re ipſa ad hunc vſque diem, contra omne ius & æquitatem detinentur (reali declaratione & executione) quam tamen nobis iuxta Conſtitutiones Imperii, omnino reſeruatam volumus) ſtricto iure procederemus: nihilominus tamen commeritas, in Imperii Conſtitutionibus eiuſmodi tranſgreſſoribus intentatas pœnas, aliquandiu adhuc differre, & iteratis nunc vicibus eumdem Electorem Palatinum à propoſito ſuo auocare libuit. Mandamus igitur, & ſerio, ex Romana Cæſarea poteſtate & plenitudine, iniungimus ſæpe dicto Palatino Septemuiro, vt, ſub pœna intentatæ realis declarationis & executionis, nobis noſtrum Regnum Bohemiæ incorporataſque Prouincias, à Dato ad inſtantem futurumque diem primum Iunii, certo & re ipſa reſtituat & recedat. Id quod ipſum, iuxta æquitatem debitamque obedientiam, abſque vlla mora facturum confidimus. Sin minus, poſt effluxum tamdem præfixum terminum, declarationem, & in Conſtitutionibus Imperii mandatam executionem non longius procraſtinaturi ſumus. Quamuis etiam ſeueram noſtram hancce de: & adhortationem incluſis literis ad Palatinum perferre curauerimus, nihilominus tamen, vt hæc noſtra Cæſarea æquiſſima reſolutio omnibus & ſingulis fiat manifeſtior, eandem literis patentibus hinc inde adfigi curaui-

mus. Dabantur in noſtra ciuitate Vienna 30. Aprilis A.C.M.DC.XX. Regnorum noſtrorum Romani Anno I. Hungarici II. & Bohemici III.

## CAPVT CXLII.

PAri modo Cæſarea ſua Maieſtas ſequentem epiſtolam monitorialem ad S.R. Imperii Principes atque Ordines ablegari curauit, cuius hæc ſequentia ferme fuere verba formalia.

## MANDATVM II. CAESAREVM.

NOs Ferdinandus II. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. notum facimus omnibus & ſingulis, noſtris, & S. R. Imperii Principibus, Ordinibus & membris, cuiuſcunque nominis, dignitatis & exiſtimationis, qui A.C. M. DC. XVIII. in noſtro Regno Bohemiæ incorporatiſque Prouinciis exortæ rebellioni, & paullo poſt A. C. M. DC.XIX. ſubſequutæ nullius valoris coronationi Electoris Palatini ſeſe adſociarant, quorum omnium nomina nos heic in ſpecie, Nemine Excluſo, commemorata & recenſita volumus, Nos, tamquam Romanorum Imperatorem, patentes illas literas (quas dilectiſſimus noſter cognatus & parens Cæſar Matthias, piæ memoriæ, ſub Dato vltimo Iunii A. C. M. DC. XVIII. vndique in S. Romano Imperio diuolgari & adfigi curauit) ſub dato XV. Ianuarii renouari curaſſe, ſingulisque ſerio iniunxiſſe, quod nemo, cuiuſcunque etiam ſtatus atque dignitatis ille eſſet, in ſuis Principatibus, Comitatibus, Ditionibus atque Ciuitatibus pro Regni noſtri Bohemici rebellibus præparationes bellicas, diribitoria arma, aliaſque munitiones bellicas, copiarum militarium tranſitus permittere, ſed multo magis iiſdem omnibus, tam publice adfixis interdictis, quam reali executione obuiam ire debeat, idq; ſub pœna in Conſtitutionibus & Receſſibus S. R Imperii tranſgreſſoribus deſtinata, & in literis noſtris patentibus hinc inde copioſioribus indicata atque renouata: nihilominus tamen è contrario, non abſque ſingulari moleſtia, indies magis, magiſque, comperimus, prædictas illas omni æquitati conſentaneas patentes literas à permultis S.R.Imp. Ordinibus floccipendi, multis in locis Bohemorum iniuſtã cauſſam, contra nos Romanorum Imperatorem, Summum Imperii caput, & ſimul Ordinarium Succeſſorem electum coronatumque Bohemiæ Regem, inprimis vero illegitimam coronationem Electoris Palatini fouere, & partim ſumminiſtratione grandis pecuniæ, partim vero aliis ſubſidiis bellicis iuuare, e contra autem noſtris, ad recuperanda noſtra, conſcriptis copiis aditum per S. R. Imperium intercludere. Quamuis vero in tanta omnium rerum confuſione, & manifeſta rebellione, vbi noſtro feudo & S. R. Imperii præcipua proprietate, contra diuina, humana, & omnium gentium iura, hoſtili & manifeſta vi in hodiernum vſq; diem adhuc priuamur, amplam materiam cauſſamque haberemus, vt contra Conſtitutionum Imperii trangreſſores, reali noſtra declaratione & executione procederemus, quemadmodum illud ſæpe citatis Imperii Conſtitutionibus, paci publicæ, & illius declarationi de Annis LIX.LXIV. contra illos, qui Cæſareæ Maieſtatis hoſtibus opem auxiliumque ferrent, omni æquitati eſſet conſentaneum, procede-

Digitized by Google

procederemus, nihilominus tamen innatam noſtram lenitatem atque miſericordiam ſeueritati & rigori Legum Conſtitutionumq; Imperialium adhuc aliquantulum anteferre voluimus. Mandamus igitur vniuerſis & ſingulis, quod vnusquiſq;, ſub graui in Conſtitutionibus intentata pœna (quam tamen, ni tempeſtiue huic Edicto noſtro obtemperetur, nobis, vt iuſtam, merito reſeruamus, nec eamdem tum amplius differre volumus) iſtis noſtris rebellibus, potiſſimum vero eorumdem capiti Electori Palatino, nullam opem, quocunque id modo fieri poteſt, ferat, ipſorum conſortia fugiat, ſed e contra Nos pro ſummo S. R. Imperii capite, electo atque coronato Bohemorum Rege, incorporatarumque Prouinciarum Domino legitimo colat, ſubditiſq; demum noſtris ad vlteriorem inobedientiam nullam cauſam occaſionemque magis præbeat. Id quemque ex æquitate facturum, ac obſequioſo ſuo officio minime defuturum confidimus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna XXX. Aprilis A. C. M. DC. XX. Regnorum noſtrorum, Romani Anno I. Hungarici II. & Bohemici III.

## CAPVT CXLIII.

## *MANDATVM III. CAESAREVM.*

EIuſdem argumenti & tenoris Epiſtola ad: & dehortatoria S. R. Imperii ciuitates quoque ſui officii à Cæſarea Maieſtate ſunt admonitæ; quum autem illa, niſi mutatis mutandis, à priori modo commemorata epiſtola monitoria nihil differat, ſed in iiſdem formalibus, ne latum quidem vnguem à priori recedat, labore iſto, cum Crambe bis cocta mors ſit, heic ſuperſedebimus, & ad Sereniſſimi Domini Electoris Palatini epiſtolam Apologeticam properabimus, qui, loco reſponſionis ad Electorum Principumq; Imperii in conuentu Mulhuſino congregatorum ad ſe exaratas monitoriales literas ſequentibus ferme ſeſe iterum purgauit.

Aduolaſſe videlicet, à curſore Mœno-francfurtenſi, ſuperioribus diebus epiſtolam, Regio tamen ſuo titulo (quem tamen aliquot Reges atque Principes in: & extra S. Roman. Imperii limites vtriuſque Religionis cultores ſibi adtribuerent) carentem & ſimul fidis ſuis Ordinibus Bohemiæ, Sileſiæ & Luſatiæ inſcriptam, quam nihilominus, iure tamen ſaluo, reſeraſſe & pellegiſſe, etiam annullationem, deſolationem & totalem interitum ſui regni qui ex iſtis, quos prætendant motibus, cum totali S. R. Imperii ruina ſubſequuturus eſſet, ex illa ad ſe perlata epiſtola probe cognouiſſe. Hanc equidem ipſorum curam atque admonitionem iam ſuo loco relinquere, ſcire etiam ſe ad vtilitatem emolumentumque S. Rom. Imperii procurandum obligatum eſſe, quem, nec alium ſcopum hactenus retinuiſſe, & vnice in id adlaboraſſe ſerio, quo ſcilicet pacto metuenda pericula à iocundiſſima patria auerti, e contra vero priſtino ſuo nitori atque ſplendori illa reſtitui poſſet, cuius rei teſtimonium à grata poſteritate certo ſibi polliceri. Quamuis vero ſeſe ad haſce ipſorum monitoriales literas citius reſoluere voluiſſe, ſi præcipuum fundamentum allegatæ Caſſationis probe ponderatum fuiſſet, & quod nemo arbiter & ſimul iudex eſſe poſſit nec debeat, nec vmquam cogitaſſe aliquot dumtaxat Electores, aliosque S. R. Imperii Principes tam arduum negotium.

gotium in humeros ſuos deriuaturos, ſeque inauditum condemnaturos, ſed multo potius probe conſideraturos fuiſſe, etiam alios Electores Imperii & Principes quibus ſalus Reipublicæ, ac reſpectus erga ſummum caput Imperii non minus, quam ipſis cordi curæque fuiſſet hocce præiudicio ſibi nequaquam moleſtiam ſtruxiſſe, ſed potius ex ſufficienti data occaſione exiſtimaſſe, ipſos ad ſalutaria remedia, quibus imminens periculum commode præcaueri & auerti potuiſſet, fuiſſe intentos; Quo etiam ſe ipſum adhuc hodie inclinare, modo & altera quoque pars ad idem faciundum teneretur. Quod autem ad reſtitutionem bene ac decenter impetratæ ſuæ coronæ admoneretur, id grauiſſime ſibi accidere, & factu eſſe perquam difficile, conſiderando Rudolfum II. Imperatorem glorioſiſſimum, feliciſſimæ & laudatiſſimæ memoriæ, duas ſimul coronas (quas tamen vltra XXX. annos magna gloria & venerando decore geſtitaſſet. Cæſareæ Maieſtatis ſuæ Domino fratri tradere coactum, vt iam taceat hodiernum Roman. Imperatorem ad realem Coronæ Bohemicæ poſſeſſionem nunquã perueniſſe. Cum vero iſthæc ipſorum propoſitio non ſolummodo ad ſe, ſuam dignitatem, honorem, atque reputationem in particulari, verum etiam ad præcipuos Magnates atque Ordines Romano-Catholicam Religionem amplectentes in & extra Imperiũ pertineat, neceſſario arduum hoc negotium ipſis communicare coactum idque in generali conuentu iſto Prouinciali fidelibus ſuis Ordinibus & præſentibus tum temporis Legationibus, data occaſione, ſignificaſſe. Iccirco ipſis plenariam ſuam reſolutionem quam primum aperire neutiquam intermiſſurum, ex qua manifeſtiſſime videre poſſe, ſe neutiquam Turcorum Imperatori ad infeſtandum S. R. Imperium, eiuſque propugnaculum Hungariæ Regnum, anſam occaſionemque dediſſe, verum multo potius ſuis hucvſque deductis conſiliis & actionibus in regio ſuo regimine illud ipſum præſtitiſſe, quod à ſe, ſaluo iuris ac honoris titulo, poſtulari & potuiſſet atque debuiſſet. Interea vero, ad principalis cauſſæ declarationem vſque, bene ſperare ſeſe ipſos, ſine hactenus data, impoſterumque danda cauſſa, nihil contra ſuam perſonam regiam molituros, ſed potius præſentem ſtatum inconcuſſum relicturos, ſe enim rem iſtam, auxiliante diuina gratia, in loco competenti, quo iuxta proprietatem & qualitatem ſuam proprie pertineat, ita deductum, vt, contra præconceptas contrarias imaginationes, arduum iſtud negotium non in maiores periculoſioreſque difficultates præcipitari queat: alias ſeſe, ad Regni ſui legitimam conſeruationem, ope ſuarum confœderatarum Prouinciarum, vocationi ſuæ per omnia ſatisfacturum & euentum Deo Ter Opt. Max. commiſſurum eſſe.

## CAPVT CXLIV.

## *MANDATVM IV. CAESAREVM AD OFFICIALES Bellicos.*

NOS FERDINANDVS II. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, in Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia Sclauonia &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Würtembergæ, Comes Tyrolis &c. Notum facimus, tenore præſentium iſtarum litterarum, omnibus noſtris & S. R. Imperii

perii

perii Principibus, Ordinibus & membris, cuiuſcunque etiam dignitatis & Status
iſti ſient, qui proxime elapſo M. D C. IIXX. anno in noſtro regno Bohemiæ ex-
orræ, & poſtmodum in alias quoque eiuſdem regni incorporatas Prouincias dif-
fuſæ rebellionis, ad illamque ſubſequutæ nullius valoris electionis & coronatio-
nis ſeſe participes reddiderunt, cumprimis autem omnibus belli Ducibus, equi-
tum tribunis, capitaneis, ſigniferis, Officialibus, tam equitibus quam peditibus,
publicum hocce noſtrum mandatum lecturis vel audituris: Quamuis nos, tam-
quam regnans Romanorum Imperator, illa ipſa inhibitorialia & auocatoria
mandata quæ amandiſſimus & ſuauiſſimus quomdam noſter Dominus conſan-
guineus & parens, feliciſſimæ recordationis, in paullo ante commemorata re-
bellione & ſeditione Bohemica, Sub dato XXVII. Octob. nupeti M. D C. IIXX.
anni, diuolgari curauit, in noſtro nomine proximo die XV. Ianuarii renouare, in
S. R. Imperio publicare, &, vi in illis compræhenſæ grauiſſimæ pœnæ, omni-
bus belli Ducibus, officialibus, & gregariis militibus ſeuere mandari curauimus,
ne videlicet Bohemicis iſtis rebellibus, eorumdem capitibus, Coryphæis, anteſi-
gnanis, atque aſſeclis vllam adſiſtentiam, opem & auxilium præſtarent, ſed ab
iſtiuſmodi clandeſtinis prohibitiſque Conuenticulis omnino abſtinerent, quem-
admodum illud ipſum paullo ante commemorata Inhibitorialia & auocatoria
mandata aliquanto latius & copioſius teſtantur: nihilominus tamen ſingulari
cum moleſtia ægre percipere neceſſum habemus, quod iſta noſtra mandata ali-
quot S. R. Imperii Principes, Ordines & membra floccipenderint, ſed contra nos,
tamquam regnantem Romanorum Imperatorem, & eiuſdem S. Roman. Impe-
rii ſummum caput, atque ſimul ordinarie ſuccedentem coronatumque Bohemiæ
regem & Electorem, pro iſtius regni inobedientibus ſubditis, cumprimis vero
pro Electore Palatino, illegitimo modo ab iſtis noſtris rebellibus in regem ſu-
um electo, operam ſuam addixerint, tam in: quam extra S. R. Imperii limites
non contemnendum copiarum militarium numerum conſcripſerint, & contra
S. R. Imperii Conſtitutiones hoſtilibus attentatis ſuis diuerſimode peccauerint.
Licet vero modo commemorata ab inobſequioſis noſtris ſubditis ſuſcepta hoſti-
lia attentata, in toto S. R Imperio atq; adeo vniuerſo mundo notoria rebellio-
ne, qua nobis noſtra regna & hæreditariæ Prouinciæ, tamquam noſtra feuda &
S. R. Imperii bona propria, contra omnia diuina humanaque iura, violento ho-
ſtilique modo ſubtrahuntur, ita comparara ſient, vt nos ratione noſtrarum & S.
R. Imperii Conſtitutionum, pœnalia media quamprimum arripere poſſimus:
nihilominus tamen pro innata noſtra bonitate, lenitate, atque clementia, rigo-
ri atque vehementi ſtricto Iuri anteferre voluimus.

Quocirca mandamus adhuc, & quidem Semel Pro Semper ſerio præcipi-
mus omnibus & ſingulis, tam in genere, quam in Specie, cumprimis autem om-
nibus iſtis commemoratis belli Ducibus, equitum tribunis, ſigniferis, Officialib9,
tam equitum quam peditum militibus, cuiuſcunq; etiam nominis, Ordinis, atq;
dignitatis iſti ſient, qui iam ante Bohemicæ rebellionis Coryphæis atque Ante-
ſignanis operam ſuam addixerunt, & porro quoq; forſitan iiſdem addicturi ſunt,
potiſſimum vero nobis atq; S. R. Imperio addictis, ſub graui pœna proſcriptio-
nis, & iactura omnium ſuorum priuilegiorum, clementiæ, Iurium, Iuriſdictio-
num,

Digitized by Google

num, feudorum, bonorumque propriorum, immo omnibus iis, qui ad nos vel S. Rom. Imperium minime pertinere videbuntur, ſub amiſſione corporis & vitæ, ſerio iniungimus vt belli Duces conſcriptas equitum, peditumque militareis copias, mox ab inſinuatione noſtri huius mandati Cæſarei, abſque vlla mora dimittant, ipſi belli Duces, Capitanei, ſigniferi &c. ab vlterioribus iſtiuſmodi militum lectionibus & conſcriptionibus omnino deſiſtant: quemadmodum etiam à nobis tamquam Romanorum Imperatore & ſummo Capite, à præſtito ſeditioſis noſtris rebellibus inualido militari ſacramento denuo iterum abſoluuntur: idq; ſub euitatione realis declarationis & executionis grauiſſimarum iſtarum in noſtris & S. Rom. Imperii, Conſtitutionibus intentatarum pœnarum. Dabantur in noſtra ciuitate Vienna 3 . M. Aprilis A. C. M. DC. XX. Regnorum noſtrorum Romani I. Hungarici II. & Bohemici III. Annis.

## CAPVT CXLV.

### *SENATVS ARGENTINENSIS AD ELECTORVM PRINCIPVMQVE IN CONVENTV MVLhuſino Litteras Epiſtola Reſponſoria.*

Sub dato 22. April. A. C. M. DC. XX.

SEnatum Reipubl Argentinenſis perſpexiſſe ex literis ipſorum non ignorare eos, quantopere conentur aliqui, Status & Ciuitates Imperii varias ad cauſam Bohemicam pertrahere, multique paſſim reperiantur, qui priuatum ſuum commodum publico præferentes, ſubditorum contumaciæ adſtipulari potius quam auctoritatem Maieſtatemque tueri Cæſaream videantur: Ex eo autem ſibi ſuiſq; ingens exiſtere periculum poſſe. Ex conſtitutionibus enim Imperii ſatis conſtare, quid illis fieri debeat, qui Cæſari vel ipſi ſe opponant, vel aduerſarios eius quacunque ratione iuuent & promoueant, addita admonitione, vt omnia iſta, & quantopere Cæſariæ Maieſtati totique Imperio obligati ſint expendentes; participes ſe turbarum iſtarum non faciant, nec committant vt malis iſtis vel ipſi vel ciues ſui inuoluantur, imprimis vero commerciorum ſuorum rationem diligentiſſimam habeant, & Rempublicam ita adminiſtrent, vt pacem retinere & acquiſitis bene priuilegiis frui tranquille poſſint, nec malum aliquod Imperio imprudentia ſua accerſant. Hanc quidem literarum iſtarum ſummam fuiſſe. Non poſſe autem quin ad eas reſpondentes ipſis ſignificent, non ſolum defunctum Matthiam ſed modernum etiam Imperatorem Ferdinandum, hanc in ſententiam locutos ſecum fuiſſe, de beneuolo ſuo & pacifico animo dubitandum minime eſſe, nec fidem illis, qui contrarium adſerant, & religionis negotium in Bohemia agi dictitent, vllo modo adhibendam, negari enim non poſſe, multos in Bohemia Auguſtanæ Confeſſioni addictos proceres & alios coactos ad turbas iſtas fuiſſe, notum etiam eſſe, recuperatis à Cæſario milite locis tantam religioni, quanta Catholicis ab aduerſa parte, illatam iniuriam nunquam fuiſſe. Cum igitur reſpondiſſent, gratum ſibi admodum eſſe, quod negotium iſtud Electorali Collegio componendum Maieſtas Cæſaria permiſerit, nihilque in votis magis habere quam vt honeſta ratione componi quam feliciſſime poſſit, ciuitatibus equidem

quidem pleriſque eiuſmodi videri, quod extra Imperii terminos conſtitutum, ſeſe non concernat, eamque cauſam eſſe, quod multi in Imperio Status immiſcere ſe ei hactenus recuſarint. In eorum numero ſe quoque eſſe, participes enim eius nondum factos, neque enim præiudicare ea in re ſuperioribus voluiſſe, & in vrbe ſua Imperii finitima ab exterorum incurſionibus defendenda, his potiſſimum periculoſis temporibus occupatos ſatis ſuperque fuiſſe. In reliquis Cæſareæ Maieſtati, ſupremo Imperii capiti & Domino ſuo clementiſſimo ad quælibet ſubiectionis & obedientiæ officia promptos paratoſque ſemper fore. Cæſarem reſponſo iſti ſuo acquieuiſſe, nec quod ipſi quidem animaduertere vlla ratione potuerint, ſuſpicionibus de ciuitate ſua ſiniſtris locum vllum in animo ſuo reliquiſſe. Illud equidem affirmare veriſſime poſſe, ab ipſo ſtatim turbarum Bohemicarum initio & Cæſari & Regni iſtius incorporatarumque prouinciarum Ordinibus admodum condoluiſſe, nihilque ſibi exoptatum magis accidere potuiſſe, quam ſi ſcintillæ ignis iſtius tam clare iam ardentis, in ipſis cineribus oppreſſæ atque ita incommodis inde conſecutis & perniciem toti Germaniæ minantibus modus aliquis ſtatutus fuiſſet, non enim parum detrimenti ad ſe, qui ſumptus in præſidiis, ob milites iſtos, qui facti in vicinia fuerint, copioſos tranſitus, facere non exiguos coacti fuerint, inde iam redundaſſe; Quemadmodum autem dilecti & honorati Maiores ſui, qui libera voluntate ad Imperium acceſſerint, libertatem iſtam ſuam ad ſe propagarint, eiuſque ratione habita nulli hactenus Cæſari Regiue iuramento obſtricti fuerint, nihilominus tamen & fidem ipſis ſeruarint, clauē iſtam Imperii ad Rhenum, contra ingentem exterorum militum vim non raro conſeruarint, incommoda & pericula varia à vicinis ſæpe regionibus ſumptu maximo propulſarint, & ad bellum contra Turcas gerendum milliones inſuper aliquot, (quod reſcriptis & teſtimoniis Imperatorum probari poſſit) expenderint, nec non Auſtriacæ etiam domui officia alia gratiſſima promptiſſimaque in vindicando ab infeſtationibus Rheni flumine, præſtiterint: Sic confidere omnino, quod permiſſam ſibi diuinitus Rempub ſuam ita adminiſtrarint hactenus, vt nec ciuibus ſuis circa liberum commerciorum curſum, nec ſibi circa libertatis & priuilegiorum à multis Imperatoribus Regibuſque confirmatorum vſum, periculi quicquam metuendum ſit. Illis enim vel impediendis vel abrogandis cauſam nec Cæſari nec cuiquam alii actionibus ſuis datam ſcire, & nec Bohemicis, ſuperiores multo magis Ordines, quam liberas & Imperiales ciuitates concernentibus rebus immiſcere ſeſe impoſterum, nec periculum Imperio vllum creare velle, ſed Cæſari potius tanquam capiti, & Electoribus, Principibus, Statibuſque reliquis, tanquam Imperii membris vniuerſis & ſingulis debita ſubiectionis & beneuolentiæ officia exhibere reipſa magis quam verbis prædicare paratos eſſe. Fidem igitur contrariis relationibus vti nullam habeant, ſed in hac ſua veriſſima declaratione firmiter acquieſcant, deuote rogare. Cæterum cum notum ſit ipſis magis, quam vt declaratione vlla indigeat, tantam eſſe in Imperio diffidentiam & diſſenſionem, vt inferiores Ordines, qui pace omnium maxime indigent, proſpicere ſibi de conuenienti auxilio neceſſe omnino habeant, quo officia præſtare Cæſari totique Imperio debita & grata, ſuamque conſeruare libertatem & immunitatem poſſint, hæcque eorum ceſſare cura nequeat, donec pace in Imperio conſtituta, diſſenſio omnis, honeſta ratione, inter religionis vtriuſque ſoci-

Ggg os tolla-

os tollatur, & Ordinibus tam ſuperioribus quam inferioribus, de quiete publica ex legum & conſtitutionum præſcripto caueatur; At vero Electores pro componendis, quæ gliſcere omnibus in locis videantur, turbis conuentum Mulhuſii, vti profiteantur ipſimet, inſtituerint, ſpem bonam equidem concipere, futurum omnino, vt de ſalutaribus compoſitionis huiuſmodi mediis, & fontem ſcaturiginemque, ex qua malum omne in Sac. Rom. Imperio hactenus promanarit, cum perpetua nominis ſui apud poſteritatem gloria obturent.

## CAPVT CXLVI.

### *SERENISSIMI DVCIS BAVARIAE AD ELECTOREM PALATINVM ALTERAE MONITORIALES LITTERÆ.*

Sub dato 5. Maii A. C. M.DC.XX.

DE Sereniſſimi Inluſtriſſimique Bauariæ Ducis fideliſſima ad Electorem Palatinum facta ad: & exhortatione paullo ante diximus. Ne autem modo commemorata ipſius Sereniſſima Celſitudo nihil intentatum rellinqueret, icirco ad teſtandam paternam ſuam erga inclytum nouum Bohemiæ Regem & Palatinum Septemuirum affectionem, aliam epiſtolam admonitoriam, ſub dato 5. Maii, ablegari curauit, in qua, penes alia Inluſtriſſimam familiam Bauaricam cōcernentia, ſalutaria ſua propoſita media, ad conſeruandum priſtinum vigorem atque nitorem S. R. Imperii, Cæſareæ ſuæ Maieſtatis Regnorum hæreditariorū atque incorporatarum Prouinciarum repetiit, &, antequam eædem intolerabili ſeruitutis Turcicæ iugo ſubiiciantur, eundem Sereniſſimum Dominum Electorem Palatinum, ad ſaniora capeſſenda conſilia, adhortatus eſt. Verum cum, citra omnem ſpem & expectationem, in ſæpe nunc citatis Regnis atque Prouinciis, aiebat Bauarus, periculoſiſſimæ præparationes bellicæ, & multæ innocentis ſanguinis effuſiones omnis Iuſtitiæ & æquitatis metas tranſiiſſent, &, vti metuendū eſſet, Turcorum Imperator, Chriſtiani nominis hoſtis crudeliſſimus, præclariſſima iſta Regna atque Prouincias abſque vllo certamine occupare, & hac occaſione inuictiſſimos hucuſque Germanos facillime ſibi ſubiugare poſſet, etiam in mora ſummum eſſet periculum, multos S. R. Imperii Ordines turbulentum ſtatum Coronæ Bohemicæ florentiſſimarumque incorporatarum Prouinciarum dolere. Icirco in nupero conuentu Mulhuſino, quo etiam Sereniſſima ſua Celſitudo Oratores ſuos ablegaſſet, Electores, alioſque S. R. Imperii Principes perniciosiſſimos iſtos motus Bohemicos probe perpendiſſe, & nullum ſalubrius remedium inueniſſe, quam vt corona Bohemica illi reſtitueretur, qui paulo ante iure ſucceſſionis eam legitimo electionis, vnctionis & coronationis modo impetraſſet. Icirco Sereniſs. ſuam Celſ. rebelles Bohemiæ Ordines à pertinaci ſuo propoſito reuocare, ſe cum Cæſ. Maieſt. reconciliare, & tandem, propter pacem, & bonum publicum, priuatæ ſuæ prætenſioni renunciare debere, quo melius Bohemiæ, Hungariæ, incorporatarumq; Prouinciarum Ordines ſua iura, literas Maieſtatis, & Priuilegia, quorum gratia ſeſe iam in tantum labyrinthum præcipitaſſent, impetrare, & tot animarum Chriſtianarum millia ab interitu & miſerrimo ſeruitutis iugo vindicare atq; liberare poſſent.

Sin-

Sin vero, citra omnem expectationem, Sereniſs. ſuam Celſ ex hucuſq; cõtinuatis extremitatibus, & pernicioſis conſiliis, coronam Bohemicam, incorporataſq; Prouincias, ſub ſcuto Bethlehemi, Principis Tranſyluaniæ, Turcorum Imperatoris Vaſalli, amplius tueri ac defendere malle, & hoc pacto S. Ro Imperiũ & ſeipſum Turcorum iugo ſubiicere velle atq;, reiectis ſalutaribus & fidelibus adhortationibus, & interceſſionibus tot, tantorumq; Electorũ, aliorumq; S.R. Imp. Ordinum, bona ac ſalutaria conſilia repudiare, reuocare ſibi tum in memoriã debere, quam ſtrenue videl. Chriſtianiſſimus heros, Serenitatis eius gentilis, feliciſſimæ recordationis, Philippus Palatinus, Viennam Auſtriacorum a ſum̃a Turcorum violentia, & im̃ani impetu, non ita pridem maſcule ac heroice liberaſſet, & hoc pacto apud omnes totius terrarum Orbis gentes immortale nomen, Conſeruatoris, Defenſoris & Patriæ Patris ſibi impetraſſet, vbi, vice verſa, Sereniſſima ſua Celſitudo apud omnem poſteritatem ſe ob id odioſam redderet, quod viuente adhuc priore Rege Bohemiæ, omnia Bohemorum contra naturalem legitimumque ſuum hactenus ſuſcepta hoſtilia facinora, approbaret, & non dumtaxat hæreditarias ſuas Prouincias, verum etiam ipſiſſimum S.R. Imperium manifeſto exitio exponeret, atq; ſæpe nunc citato totius Chriſtiani nominis hoſti ad certam eiuſdẽ Imperii perniciem quaſi fores reſeraret, ſeq; tamdem, quemadmodum Tranſyluaniæ, Moldauiæ, ac Valachiæ ab Ottomannica Porta dependentes Principes, miſerabili ac intolerabili Turcorum ſeruituti ſubiiceret. Sperare igitur ſeſe, Sereniſs. ſuam Celſ. fideliſſimis ac paternis prorſus admonitionibus tot S.R. Imperii Ordinum obtemperaturam, extremam ruinam Imperii, Regnorum iſtorum atq; incorporatarum Prouinciarum probe conſideraturam, piis & ſalutaribus monitis locũ daturam, & deniq;, pro exigente rerum præſentium ſtatu turbulento, immortale nomen Defenſoris Patriæ contra immaniſſimum Turcam, & progreſſus eius, cõſequuturam. Si vero, iuxta grauiſſimas ab aduerſa parte intentatas comminationes, S. Cæſ. Maieſt. atq; adeo vniuerſum Rom. Imp. per Betlehemi Tranſyluaniæ Principis adſociationem maiori periculo exponi, & res vicinorum Regnorum, S. Cæſ. Maieſt. & iocundiſſimæ patriæ per ſe ſat turbulentæ, ad extremam deſperationem redigi deberent, adeo vt vna cum Electoribus, Principibus aliiſq; S.R Imperii Ordinibus à Cæſare in auxilium vocetur, aperte tum ſe teſtari, quod petitioni iſti Cæſareæ, iuxta obedientiam Cæſareæ ſuæ Maieſtati debitam, ſatisfacere & velit & debeat, minime deſperans Sereniſs. ſuam Celſ. tot tantaſq; fideliſſimas piorum Chriſtianorumq; Principum interceſsiones æqui bonique conſulturam.

## CAPVT CXLVII.

## ORDINVM BOHEMIAE AD ELECTORES ET PRINCIPES IN CONVENTV MVLHVSINO RESPONSIO.

AD Electorum Principumque Mülhuſii congregatorum, quæ datæ fuerant 15. Maii, ſecutum fuit paulo poſt etiam Regni Bohemiæ Ordinũ reſponſum in hanc ſententiam perſcriptum. Ex literis ipſorum ad legitime electum, coronatum, vnctum, regnantem & iuratum Regem ſuum, ſeque & incorporatas Regni prouincias Mulhuſio datis, non ſine dolore cognouiſſe, quam varias, poſthabitis omnibus publicis deductionibus, literis & apologiis ſuis, de diuino naturaliq; iure

permiſſa ſibi defenſione, ſuſcepto item religionis & libertatis ſuæ patrocinio & facta noui Regis electione atque coronatione cogitationes conceperint, & quid adhibitis etiam comminationibus à Rege ſuo ſeque omnibus expetierint. Ad literas iſtas reſpondere iam pridem voluiſſe, ſi ſe ſolos concernere & non ad incorporatas quoque prouincias pertinere vidiſſent. Arduum autem negotium iſtud, in quo non patriæ ſolum ſalus & libertas, ſed ipſa quoque religio, conſcientia & æterna beatitudo ſua vertatur, deliberandum ſibi ſolis ſumere nequaquam voluiſſe, ſed quemadmodum bellum iſtud, ex quo ſecuta abdicatio iſta & noui Regis electio ſit, vnanimi omnium prouinciarum voto & ſententia ſuſceptum olim fuit, ita reſponſum etiam ad literas iſtas vnanimi omnium prouinciarum conſenſu perficiendum omnino ſtatuiſſe. Legatos igitur Sileſiæ & ſuperioris inferiorisq; Luſatiæ, (ad Morauiæ enim prouinciam datas nullas fuiſſe) in comitiis ibi congregatos, literas iſtas, ſuperioribus ſuis exhibendas accepiſſe, & reſponſum quamprimum procuraturos promiſiſſe. Eo accepto, literas miſſuros eiuſmodi promittere, vt illis omnem ſiniſtre de ſe ſuſpicandi cogitandiq; ue occaſionem ſublatum iri quam optime ſperent. Interim affirmare ipſis veriſſime poſſe, & Regem ſuum ſereniſſimum à fuſione innocentis ſanguinis aliiſque barbaricæ, quam duos iam annos perpeſſi cum irrecuperabili damno fuerint, perſecutionis effectis crudeliſſimis ſumme abhorruiſſe, & ſe nihil tantopere atque pacem & tranquillitatem expetere. Eam enim ab initio ſtatim turbarum iſtarum vnice deſideraſſe & ad eam comparandam omnes actiones ſuas accommodaturos fuiſſe, dummodo de ea per honeſtam tractationem, conſtituenda certi, per Ieſuiticas machinationes, apud partem aduerſam eſſe potuiſſent. Rogare igitur vt morulam iſtam ægre non ferant, nec ad hoſtile aliquid aduerſus ſatis iam afflictum Regnum ſuum tentandū adduci ſeſe patiantur: ſed eius potius tamquam ab externo milite miſerrime iam, & ſine vllo relligionis diſcrimine crudeliſſime deuaſtati præcipui S. Rom. Imperii membri & Electoratus curam patrociniumque fideliſſimum ſuſcipiant.

## CAPVT CXLVIII.

## *SERENISS. POTENTISSIMIQVE DANORVM REGIS AD PROPOSITIONEM CAESAREAM Reſolutio.*

Sub dato 28. April, A. C. M. DC. XX.

SVb finem Menſis Maii qui ad Daniæ Regem & Fredericum Vlricum Ducem Brunouicenſem ablegati à Cæſare fuerant, Henricus-Iulius Dux Saxoniæ, & Hieronymus ab Eſueren, legati, cum reſponſo eiuſmodi Viennam reuerſi ſunt: Gratum ſibi admodum eſſe, inquit Rex, quod per diuinam prouidentiam vnanimi Electorum voto Cæſar feliciter electus & coronatus fuerit: idcirco diuinam ipſi benedictionem & omnem proſperitatem ad annos plurimos ex animo precari. Dolere autem quod in tam turbulentum, ob Bohemorum & Hungarorum expeditiones bellicas, ab ipſo ſtatim electionis ſuæ Cæſareæ Regiæque tempore, ſtatum inciderit. Gratum ſibi magis fuiſſe, ſi ad extrema iſta nunquam peruentum

tum fuiſſet, & Imperiũ ei tranquillum pacificumque obtingere potuiſſet. Media iam proponi quibus turbæ iſtæ componantur, libenter cognouiſſe, nec poſſe nõ maximopere probare, quod pro ſuſpicionibus in Imperio exortis variis abrogandis, & diſſenſionibus quæ inter Status exortæ ſint componendis conuenire cum Electoribus & Principibus aliis, certo quodam Imperii loco, deliberationemq; de pace in Imperio inſtauranda, & grauaminibus abrogandis, habita etiam Proteſtantium ratione, inſtituere decreuerit. Hoc vt quamprimum faciat auctorem ipſi eſſe, Ea enim ratione malis omnibus remedium adhiberi, & pacem ſublatis diſſenſionibus omnibus, in Imperio conſtitui quam optime poſſe. Se vero tali caſu, memorem veteris, quæ Maioribus ſuis cum domo Auſtriaca ſemper interceſſit, familiaritatis, talem ſe exhibiturum, vt verum & fidelem habere ſe amicum reipſa experturus ſit.

## CAPVT CXLIX.

## *INLVSTRISSIMI PRINCIPIS BRVNOVICENSIS AD CAESAR. PROPOSITIONEM RESOLVTIO.*

RESponſum Ducis Brunſuicenſis tale fuit: Gratias agere Cæſari, quod non tantum tam honorifica legatione dignari, & rerum ſuarum ſtatum ſibi aperire, ſed præſtitorum etiam laudatiſſimis auguſtiſſimiſq; Maioribus ſuis, maxime vero Rudolpho II. Cæſari à ſuo laudatiſſimæ memoriæ parente fideliſſimorum officiorum memor adhuc, munere tam eximio condecorate perſonam ſuam voluerit. Fateri lubentiſſime, ad quæuis gratitudinis officia obſtrictum ſeipſi perpetuo futurum. De motibus & turbis in Maieſtatis ſuæ Regnis & prouinciis exortis relationem cum dolore maximo; contra vero propenſam Maieſtatis ſuæ ad pacem voluntatem cum voluptate ſumma percepiſſe, lætari maximopere, quod ex naturali, quo erga Germaniam flagret, amore, primo quoque tempore ad certum quemdam in Imperio locum ſe conferre, & cum Electoribus Principibuſque aliis de turbis vbique componendis, & grauaminibus in Imperio abrogandis, tollendiſque ita ſuſpicionibus omnibus deliberationem ſuſcipere decreuerit. Paternam eius erga Imperium & Status omnes affectionem ſatis inde perſpicere. Quemadmodum igitur Maiores ſui Imperatoribus Romanis fideles ſemper fuerunt, vitamque & fortunas omnes ſuas pro eis, vt ex Maximiliani I. Caroli V. & Rudolphi II. conſtet maxime hiſtoriis, impenderunt, ita obligatum ſe quoq; ad omnia fidelitatis & ſubiectionis officia Maieſtati ſuæ totique Romano Imperio, quæ maxime ad pacem inſtaurandam pertinent, præſtanda atque declaranda agnoſcere. Nihil igitur in ſe deſiderari, nec etiam à ſubiectione debita abduci ſeſe permiſſurum, conſilia enim & actiones ſuas omnes, tam in conuentu Norimbergenſi, quam alibi, ad nullum alium finem hactenus direxiſſe. Acceptare autem promiſſionem Cæſaris, & firmiter ſtatuere, omnibus fidelibus Imperii Statibus atque ita ſibi quoque iuſtitiam eum adminiſtraturum, religionis & prophanam pacem conſeruaturum, inueſtituraſque & acquiſita bene priuilegia rata habiturum, atque ita vt in pace bonis ſuis frui omnes poſſint, facturum, nec militarem iſtam expeditionem ſuam in cuiuſquam perniciem, aut etiam bonorum ſpiritua-



Digitized by Google

lium, quorum nihil ipſe niſi legitime acquiſitum & à ſex Imperatoribus confirmatum poſſideat, vindicationem, (vt aliqui dictitent) ſed ad ſuam potius defenſionem conuerſurum. De cætero, ſe ſuamque domum, gratia ſua Cæſaria proſecuturum, & ab omni incommodo defenſurum ſperare.

## CAPVT CL.

# VNITORVM AD LITTERAS ELECTORVM ET PRINCIPVM IN CONVENTV Mulhuſino Epiſtola Reſponſoria.

IN conuentu iſto ad literas Electorum, quas Mulhuſio ad vnitos Principes & Status ſcriptas ſupra diximus, reſponſum hanc in ſententiam fuit: Diſſenſionibus & turbis, quæ in Bohemia exortæ, longe iam lateque promanarint, & ingens bellum finitimis etiam regionibus minentur grauiter commotos turbatosq; eſſe, idque eo magis quod periculum inde non exiguum toti Romano Imperio imminere videatur. In votis nihil magis habuiſſe, quam vt vel cauſæ eis nullæ datæ, vel ipſo ſtatim initio ſublatæ conuenientibus mediis fuiſſent. Fideliter equidem vt hoc fieret non ſemel monuiſſe. Haud obſcure enim vidiſſe, quæ inde incommoditates exorituræ, quamque inde occaſiones aliqui, grauamina in Imperio non modo non abrogandi, ſed magis indies magiſque exaſperandi captaturi varias eſſent, Bohemos equidem Francofurtum electionis Cæſariæ tempore ablegatos nec in vrbem admiſſos nec auditos, ſed plane reiectos fuiſſe, non libenter audiuiſſe, inde enim proculdubio factum eſſe, vt inſolens illud & iuri gentium contrarium factum reputantes, de nouo capite & Rege ſibi proſpiciendum putarint, quod alioqui mediis commodioribus adhibitis, factum forte non fuiſſet. Cum vero eo perducta iam res ſit, vt adhibitis conſiliis aliis, in miſerum iſtum ſtatum omnia peruenerint, factum quidem infectum facere non poſſe, dolere tamen & euentum Deo committere, rationemque miſeriarum omnium Deo reddendam ipſis, qui cauſam eis quomodocunque præbuerint, relinquere Quam graue ſit in rebus conſcientiam concernentibus auxilium nullum inuenire, ſecum reputare haud difficulter poſſe, & propterea remedium etiam in cauſa iſta adhiberi commodius dudum exoptaſſe, quin & ſuam operam, dummodo gratam eam futuram ſciuiſſent, libenter adhibituros fuiſſe. De ſecuta poſt legatorum dimiſſionem reiectione, nouaque electione, an ſecundum leges patrias facta fuerit, non eſſe iam quod diſputent, ſic enim ſtatuere, iudicium ſibi de tam arduo & difficili negotio ſumere & toti Romano Imperio præiudicare, aliquibus ſtatibus non licere, cauſæ igitur iſti curſum ſuum relinquere, velle auctoritatem tamen Maieſtatis Cæſariæ conſeruare & adſerere paratos ſemper eſſe, id enim & conſtitutiones Imperii & honeſtam vnionem ſuam, quam tuendam & defendendam ſibi eo magis exiſtiment, quod medium fore ſperent, quo ab oneribus & perpeſſis diu grauaminibus liberari aliquando poſſint omnino requirere. Conſulere Imperio rectius potuiſſe, ſi id egiſſent prius, vt grauaminibus abrogatis, pax vbique conſtitueretur, & turbæ iſtæ Bohemicæ componerentur, quibus an remedium iam aliquod, tam vehementi ipſorum comminatione adhiberi poſſit, valde dubitare.

Quid

Quid porro facere debeant, & quam cauſam habeant officii ſui ſeſe admonendi, qui actiones ſuas omnes ad gloriam Dei, ſalutem Imperii, iuſticiæ ex æquo adminiſtrationem & concordiam in Imperio conſeruandam direxerint, videre haudquaquam poſſe.

## CAPVT CLI.

# PROTESTANTIVM ATQVE CATHOLICORVM PRINCIPVM ET ORDINVM compoſitio Vlmenſis.

15. die Iunii A. C. M. DC. XX. facta.

INterea Electorum Principumque Conuentus Vlmenſis finem ſuum ſortitus eſt; in quo, perpenſis tam Correſpondentium Dominorum Principum, quam Romano-Catholicæ Ligæ grauaminibus, & hinc inde permutatis litteris, interuentu Galliarum Regis Ambaſſatoris ſequens tamdem amica compoſitio ſancita eſt.

Dei fauente gratia, Nos Maximilianus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ &c. & Nos, eadem diuina gratia Ioachimus Erneſtus Marchio Brandenburgenſis &c. Notum facimus omnibus & ſingulis: Poſtquam non ſolummodo in S. R. Imperio, verum etiam aliis vicinis Regnis atque Prouinciis periculoſi motus atque tumultuoſæ ſeditiones hactenus exortæ, atque hac eadem de cauſſa magnæ vtrimque præparationes bellicæ ſuſceptæ ſint, adeo vt de iiſdem in hunc vſque diem ſiniſtræ admodum diu iam ante præconceptæ cogitationes ex hominum animis difficulter admodum euelli queant, quaſi ſcilicet apparatus iſte bellicus ad offendendum alterum Ordinem, non vero ad legitimam ſui defenſionem ſuſceptus fuerit. Vt autem omnes iſtiuſmodi diffidentiæ inter vtramque Vnionem imposterum tolli, & maior vice verſa confidentia in S. R. Imperio ſanciri poſſet, interueniente Sereniſſimi potentiſſimique Galliarum Regis grauiſſimo & ampliſſimo Domino Legato, tum temporis in S. R. Imperii ciuitate Vlmenſi præſente, in ſubſequens compromiſſum & confœderatoriam aſſecurationem aſſenſum noſtrum præbuimus: Pollicemur ergo nos Maximilianus Dux Bauariæ &c. Catholicorum confœderatorum Generalis: & nos Ioachimus Erneſtus Marchio Brandenburgenſis, Euangelicæ Vnionis ſupremus Capitaneus, nomine nobis addictorum Dominorum Electorum, Principum atque Ordinum in fidem veraciſſimorum noſtrorum verborum, optima forma iuris omnium firmiſsime atque conſtantiſsime, quod nemo neque vnius, neque alterius Vnionis Elector, Princeps, atque ordo ſiue per ſe, ſiue per ſuos, qua ratione & prætenſione id etiam fieri vel excogitari queat, quibuſcunque præparationibus bellicis aduerſam partem, eiuſdemue Electoratum, Principatum, Prouincias, populos, ciuitates, pagos villaſque in eccleſiaſticis & ſecularibus, hoſtiliter inuadere, contra publicam Religionis prophanamque pacem perturbare, ſed multo potius Catholici cum Euangelicis & Euangelici cum Catholicis in ſyncera incorrupta fide, quiete & concordia conſtanter perſeuerare & velit & debeat.

Quo

Quo melius autem hocce noſtrum compromiſſum, quemadmodum inter vicinos Principes & Ordines, iuxta Imperii conſtitutiones, vſu receptum, conſtanter quoque impoſterum ſeruari & continuari queat, vtrimque in vicinitate copiæ militares, vbicunque locorum iam congregatæ, dimitti, atque, abſque vnius alteriuſque damno, deduci, vice verſa vero nullæ amplius introduci debent.

Secundo, cautum quoque eſt, ſi forſitan vna, vel altera, Vnionis pars copiarum, ad legitimam ſui ſuorumque defenſionem conſcriptarum, ſecundum S. R. Imperii Conſtitutiones tranſitum petat, illum, ſufficienti tamen prius, alteram partem non lædendi, data cautione, minime prohibendum eſſe, modo petitio iſta fieret in tempore non opinato, & copiis iam alterius partis finibus appropinquantibus.

Tertio, in hac noſtra tractatione Regnum Bohemiæ, eiuſdemque incorporatas Prouincias minime, ſed vice verſa illos Electoratus, Principatus atque Prouincias, vtriuſque partis confœderatis Electoribus, Principibus ac Ordinibus S. R. Imperii ſubiectas (inter quas etiam Electoratum Palatinum, & hæreditarias eius Prouincias, cum de iiſdem omnia ſaniora conſilia ſperentur, intellectas volumus) compræhenſas eſſe indigetamus, & prædicto Regno Bohemiæ eiuſdemue incorporatis Prouinciis liberum curſum ſuum adhuc pro tempore permittimus.

Quarto, omnia vtrimque in hoc conuentu propoſita grauamina, tam Euangelicorum Orthodoxos quam Romano-Catholicos attinentia, ob breuitatem temporis, & carentiam defectumque ampliorum mandatorum, in aliud commodiuſque tempus reiicimus.

Ad prætenſa quoque ab vtraque Vnione Sundhemi, & in eiuſdem vicinitate, illata damna quod attinet, de illorum reſtitutione in futuro æqua tractatio ſuſcipienda erit. Quæ omnia nos Maximilianus Dux Bauariæ, & nos Ioachimus Erneſtus Marchio Brandenburgenſis, vna cum vtriuſque Vnionis Sereniſſimis Dominis Electoribus, Principibus, aliiſque S. R. Imperii Ordinibus, inuiolabiliter nos ſeruaturos eſſe, ſancte heic pollicemur. In maiorem rei confirmationem compromiſſo huic propriis noſtris manibus ſubſcripſimus, & principalia noſtra ſigilla in fine appendi iuſſimus. Actum XXIII. Iunij & III. Iul. A. C. M. D C. XX.

## CAPVT CLII.

### *ELECTORVM, PRINCIPVM, ORDINVMQVE CORRESPONDENTIVM AD SERENISS. DOM. Electorem Saxoniæ Epiſtola.*

Sub dato XX. Iun. A. C. M. D C. XX.

PAullo ante, XX. d. Iunij nimirum, Confœderati Principes & Ordines, ob Spinolæ aduentum, ſequentibus ferme verbis ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ ſcriptitarunt: Certo videlicet percepiſſe ſeſe, Marchionem Spinolam in Hiſpanicis Prouinciis Belgicis viginti peditum, equitumque quatuor millia conſcripſiſſe, minime dubitantes ipſum contra Superiorem Germaniam, potiſſimum vero Electoratum Palatinum, aliquid hoſtiliter moliturũ ſuſcepturumq; eſſe. Mi-

eſſe. Minime autem neceſſum, ſed ſuperfluum iudicari, ſi Sereniſſimo Domino Electori ſignificare atque inculcare niterentur, quam late nimirum eiuſmodi militis introductio, iuxta Cæſaream capitulationem & S.R. Imperii conſtitutiones, ſeſe extendat; & quam miſerabilis, ac deploranda innocentis ſanguinis laniena metuenda ſit; cumprimis autem quum toti ferme terrarum orbi cognitum atque perſpectum, quam immanem tyrannidem atq; inauditam crudelitatem in Prouinciis Auſtriacis hoſtes exercuiſſe, & quid inde Sereniſſimo Domino Electori atque vicinitati expectandum eſſe. Cauſſam tantæ expeditionis vero iam, tamquam ad ſeſe non ſpectantem, ſuo loco relinquere; videre tamen minime poſſe, cur tam lateſerpens ignis in iucundiſſima Germanicæ nationis patria accenſus & ad quem finem iſtius deſolatio, totalis ruina, atque perniciosiſſimus interitus potiſſimum directus ſit. Cum iccirco quilibet S. R. Imperii Ordo, cui ſalus atq; proſperitas iſtius curæ cordique eſſet, cladem iſtam auertere coram Deo & mundo teneatur: intermittere ſeſe neutiquam potuiſſe, quin Celſitud ipſius rogarent vt, quod bene poſſet, in loco competenti periculoſiſſimas iſtiuſmodi reſolutiones prohibeat, quo tot tantæque innocentis ſanguinis profuſiones, populorum Prouinciarumque indubii interitus, & tandem communis Euangelicæ Religionis oppreſſio prohiberi, vice verſa vero ſalutaris pax, firma ac conſtans concordia in S. R. Imperio reſtaurari, atque impoſterum conſeruari queat.

## CAPVT CLIII.

### *SERENISS. DOMINI ELECTORIS AD VNITORVM CORRESPONDENTIVMQVE ELECT. Principum &c. Epiſtola reſponſoria.*

Sub dato IIXX. Iulii A. C. M. D C. XX.

IOan. Georgius Saxoniæ Elector, &c. S. P. & Officia noſtra promtiſſima: Inluſtriſſimi Principes, Conſanguinei, adfines, fratres, Patres, & compatres Suauiſſimi: Generoſi itidem, Honeſtiſſimi, Prudentiſſimi, Dilectiſſimi: Ex veſtris ad nos Vlmæ datis litteris ſatis ſuperq; intelleximus, quantis nimirum equitum, peditumque viribus Inluſtriſſimus Marchio Ambroſius Spinola in ſuperiorem Germaniam ſeſe conferat, & quid vlterius in modo commemoratis veſtris ad nos exaratis litteris petatis.

Et ſane quo ingens iſte Spinolæ apparatus bellicus potiſſimum inclinare videatur, id certo nobis hactenus ſcire minime licuit, niſi quod ex allatis hinc inde nouis perceperimus, de quo tamen nihil certi vobis ſignificare poſſumus. Sin vero, quemadmodum Dilect. V. innuunt, cum magnis iſtis militaribus Copiis, res ſeſe ita habeat, tum nihil ſane aliud exinde coniectare poſſumus, quam quod Sereniſſimus Inluſtriſſimuſque Archidux Auſtriæ hactenus experiri, & propriis quaſi oculis experiri neceſſum habuerit, quod ipſius hæreditariæ Prouinciæ in ſupe: inferiorique Auſtria à ſibi; & nunc Romano Cæſareæ, quemadmodum & Hungariæ Bohemiæque Regiæ Maieſtati debito obſequio abſtractæ, & inferioris Auſtriæ Dominia atque ditiones in extremam perniciem ruinamque præ-



Digitized by Google

cipitatæ fuerint: quocirca eumdem Inluſtriſſimum Archiducem Albertum exiſtimaturum, Quod vni permiſſum, id ſibi non eſſe prohibitum.

Noſtra quidem ex parte nos, vti Dilect. V. minime ignotum eſt, mox ab initio exortorum iſtorum in Regno Bohemiæ motuum, nihil vmquam prætermiſimus, ſed adhortando, rogando, monendo & obſecrando omnem, vti aiunt, lapidem mouimus: verum hiſce omnibus laterem lauimus, Aethiopem dealbauimus, & exinde paruam ſane gratiam reportauimus: id quod tamen heic iam ſuo loco relinquimus: nihilominus tamen ſummo tangimur cordolio, quod incendium & ruinam iſtam dilectiſſimæ ſuauiſſimæque noſtræ patriæ oculis noſtris intueri neceſſum habeamus: ſperamus tamen, & non modicum quidem nobis adfert ſolatium, quod illa omnia contra noſtram voluntatem fiant: ac certo certiores ſumus, ſin aliis quoque in locis pacificæ compoſitionis interpoſitioniſque media inita fuiſſent, tum procul omni dubio res ad iſtiuſmodi extremitates numquam perueniſſent; nunc vero cum pernicioſiſſimum illud incendium eundo, ceu Herpes, ſubinde maiores vires adquirat, & omnibus in locis flamma iſta longe lateque ſeſe diffundat, etiam extrema illa indies magis magiſque foueantur, nemo quoque alteri cedere conetur, nulla ſane, rebus ita conſtitutis, humana media vel fingere vel reperire poſſumus, quibus intemperies iſta ex fundamento quaſi ſanari, vel dumtaxat aliquantulum mitigari poſſit. Confidimus tamen Deum Ter Optumum Maxumum, ſin S. Rom. Imperium adhuc diutius conſeruari debeat, eiuſmodi me: & remedia clementiſſime largiturum, quibus omnis iſta rerum confuſio, & perturbata facies, vel penitus ſedari, vel tamen ad minimum in tolerabiliorem ſtatum redigi queat. Id quod Dilect. Veſtras peramicæ reſponſionis loco latere noluimus, iiſdemue gratam acceptamque noſtram amicitiam & Electoralem clementiam omni tempore pollicemur. Dabantur Dreſdæ 18. Iulii A. C. M. DC. XX.

## CAPVT CLIV.

## *CAESAREAE MAIEST. AD SERENISS. DOMI. ELECTOREM, EXEQVVTIONEM CONTRA BOhemiam concernentes Litteræ.*

Sub dato Viennæ 6. Iulii A. C. M. DC. XX.

SEreniſſime Elector, adfinis Inluſtriſſime &c. in quem turbulentum, triſtem, atque perturbatum omnino ſtatum Regnum noſtrum Bohemiæ, vna cum incorporatis prouinciis, inciderit, & quam nauci, rebelles iſti, tam paternam adeo noſtram dehortationem fecerint, bonamque conſcientiam, honorem, & omnem æquitatem poſtpoſuerint, id toti ferme terrarum Orbi ſatis ſuperque, proh dolor, cognitum manifeſtumque eſt. Ne autem late iſtud ſerpens incendium in S. Rom. Imperio forſitan maiores vires adquirat, iccirco illud ſummis viribus iterum reſtinguere decreuimus. Cum autem in veſtram perſonam, tamquam feudatarium Principem, propter hæreditariam Vnionem, inter nos, tamquam Bohemiæ Regem, noſtroſque hæredes, & veſtram domum Saxoniæ, omnem

nem

nem noſtram collocemus fiduciam, ideo vobis contra rebelles noſtros commemorati iſtius noſtri Regni Bohemiæ, iuxta clementiſſime vobis tramiſſas patentes litteras, demandamus, vt videlicet ſuo exercitu in regnum illud noſtrum, vbicunq; locorum illud factu dignum vobis videbitur, irrumpere, patentes noſtras litteras exequutoriales, vel earumdem fide dignam copiam, ipſis exhibere, eaſdem idoneis conſuetiſque in locis adfigere, arces, reſidentias, vrbes, villas, ac pagos occupare, Ducem rebellium, eorumdemue auxiliareis aſſeclas pro virili confundere, profligare, diſpergere, fideles vero, tam Sub Vna, quam Sub Vtraque ſpecie, ab omni iniuria vindicare, erga obedientes omnem clementiam, contra contumaces vero omnem rigorem ſeueritatemque adhibere: & in ſumma omneis ſuas, in exequutione iſta, actiones eo potiſſumum dirigere velit, quod, ad recuperationem noſtri Regni Bohemici, & inuectionem debiti obſequii, inſtaurationemque ſalutaris pacis atque concordiæ, optumum factu videbitur. Id quod de tanto noſtro ac Sac. Rom. Imperii fideliſs. Electore nobis ſerio pollicemur, & viciſſim vobis, debitæ gratitudinis loco, omnia peramica officia clementiſſime obferimus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna VI. Iulii An. Chriſti M.DC.XX.

## CAPVT CLV.

### ELECTORIS PALATINI AD MONITORIALIA CAESAREA MANDATA BREVIOR RESPONſIO.

DE diuerſimodis Cæſareæ M. ad Electotem Palatinum, reddendæ Coronæ Bohemicæ cauſſa, datis litteris monitorialibus ſuo loco dictum eſt. Quocirca ſequentibus ſeſe Palatinus excuſare conatus eſt: quo pacto non ita pridem ſub nomine Cæſareæ Maieſtatis ſeueriſſima mandata in ſui præiudicium in & extra S.R. Imperii limites publice ad valuas adfixa fuerint, & ſibi ex Romanæ Cæſareæ Maieſtatis plenipotentia iniunctum ſiet, vt legitimo titulo impetratam coronam Bohemicam, incorporataſque eiuſdem Prouincias, præfixo termino, certo & realiter Cæſareæ ſuæ Maieſtati reſtitueret, id ex prædictis Mandatis Cæſareis liquido commonſtrari poſſe. Quæ autem ab aduerſa parte in Bohemorum ignominiam, ob loco officioque motorum Cæſareorum miniſtrorum, in medium rellinqui, ſed ad excuſationem omnibus denuo, cuiuſcunque ordinis atque dignitatis illi ſint, Bohemica deductoria ſcripta reuocare in memoriam, quibus videlicet grauiſſimis de cauſis Cæſarea Maieſtas, corona iſta priuata, eidemque ſeſe libera, conceſſa atque legitima electione Bohemorum ſubrogatum fuiſſe, penes diuinam gloriam, nil aliud, niſi communem patriæ ſalutem quæſiiſſe, & tandem vnice in id alioſque Electores & S.R. Imperii Principes adlaboraſſe ſerio, quo videlicet periculoſiſſimæ iſtæ in Imperio ac potiſſimum in Bohemia, eiuſdemue incorporatis Prouinciis ſuſceptæ præparationes bellicæ intermitti, & viciſſim ſalutaris pacis remedia, ad firmam conſtantemque concordiam reſtaurandam, in medium proponi potuiſſent. Cum vero ordines Bohemici à libera Electione Rom. Imperatoris, in conuentu Sereniſſimorum Do-



Digitized by Google

minorum Electorum Mœno-Francfurtenſi, excluſi, multo minus, ſeſe ab obiectis purgare volenres, auditi fuerint, ad alia media & coronæ immutationem neceſſario fuiſſe coactos.

Quod aurem ſibi, tanquam nunc legitime electo, vncto, atque coronato Bohemorum Regi, iam obiici vellet, ſe coronam iſtam Cæſareæ Maieſtati, contra fidem publicam, per rebellia arma, propria auctoritate detraxiſſe, in eo ſummam ſibi, liberæque electioni Bohemorum, fieri iniuriam, iccirco rei iſtius cognirionem ſynceris non ſuſpectis iudicibus in: & extra S. R. Imperium, lubens meritoque ſeſe rellinquere. Ad hæc Ordines Regni Bohemici incorporataſque eiuſdem prouincias Romanorum Imperatori nullam omnino Iuriſdictionem (excepto S. R. Imperij poſſidente feudo) in iſto ſuo Regno Bohemico concedere, & nullius Romanorum Imperaroris, atque Imperii iudicio, neque in Cæſarea aula, neque in Camera Spirenſi, quemadmodum etiam aliis S. R. Imperii Conſtitutionibus, præparationibus bellicis, aliiſque Receſſibus Imperialibus vllo vnquam tempore fuiſſe ſubiectos, ſed ſuis vti iuribus Prouincialibus, & Priuilegiis, exemptionibus atque conſuetudinibus frui ac gaudere. Facile quoque hinc inde colligi poſſe quam inconcinne atque intempeſtiue nimirum Cæſareos conſiliarios Aulicos ſeſe huic priuato negotio immiſcere, & iudicium contra Maieſtatem ſuam exercere, qui tamen neq; ex qualitate & perſona ſua ad id minime vocati, nec à ſecularibus Electoribus atque Principibus delecti eſſent, vt propria auctoritate adeo temere ſeſe Imperii Principum participes redderent. Sed ſi Cæſarea ſua Maieſtas, tanquam Archidux Auſtriæ, hæreditariam Coronæ Bohemicæ repetitionem ordinario conſuetoque iuris Proceſſu deductura eſſet, id non coram priuatis ſuis Conſiliariis atque miniſtris, verum, iuxta tenorem Bohemicorum Priuilegiorum, coram ad iſtiuſmodi grauiſſima negotia pertinentibus idoneiſque iudicibus, &, iuxta communium iurium conſtitutiones, tanquam Accuſator & Actor, forum rei quærere neceſſum haberet. Quemadmodum etiam vice verſa Cæſarea ſua Maieſtas, ſi forſitan, tanquam Romanorum Imperator, ab alio in ius vocari debeat, tum Maieſtatem ſuam Cæſaream, iuxta præſcripra Aureæ Bullæ Caroli IV. coram Principe & Electore Palatino cauſam ſuam tueri, nec adeo in cauſa propria iudicare debeat.

Cum vero Regia ſua Maieſtas, quæ in præſentem controuerſiam atq; differentiam cum Cæſarea Maieſtate, tanquam Archiduce Auſtriæ, priuatam ſuam cauſam prætendente, ob legitimam Maieſtatis ſuæ poſſeſſionem Regni Bohemici incorporatarumq; Prouinciarum, incidiſſet, hocce tempore nondum loco competente minimeque ſuſpecto in ius vocata ſit, cui tamen, iuxta Priuilegia Bohemica, lubens ſeſe ſubiicere velit: iccirco neminem Maieſtati ſuæ daturum vitio, ſi Cæſareo, ſub dato 30. Aprilis, monitoriali mandato (quod omnibus iuribus & Imperii Conſtitutionibus aduerſetur, etiam, iuxta Cæſaream capitulationem, ipſamque Auream Caroli IV. Bullam, reipſa nullum nihilumque ſit) nondum per omnia obtemperare poſſet.

Sin autem, præter omnem ſpem & exſpectationem, Cæſarea Maieſtas, graui ſuo iuramento præſtito iam minime perpenſo, Maieſtatem ſuam Regiam, eiuſdemue Confœderatos ordines atque Principes diris proſcriptionibus perſequi non deſiſtat, ſed multo potius, ſuper priora in Bohemia atque incorporatis Prouinciis

uinciis

Digitized by Google

uinciis continuata hoſtilia attentata, ad maiores periculoſioreſque ſeditiones in Imperio, aliiſque locis, anſam & occaſionem præbere conetur: illud quidem Deo Ter Opt. Max. tamquam iuſto iudici patienter commendare neceſſum habere, ſperare tamen diuinam prouidentiam vti hactenus, ita & impoſterum quoque Maieſtatem ſuam minime derelicturam, ſed clementiſſima media defenſionalia benigniſſime largituram. Proteſtari igitur coram Deo ac mundo ſolemniter, optimaque forma, ſi forſitan maius incendium (quod tamen Deus clementiſſime auertat) comminatas intentataſque proſcriptiones ſequi debeat, illud tum non Regiæ ſuæ Maieſtati, ſed, vice verſa, illis Conſiliariis atque Officialibus imputandum eſſe, qui Cæſareæ ſuæ Maieſtati iuratam capitulationem non modo non in memoriam reuocauerint, verum priuatum emolumentum atq; inſolentem dominatum in Prouinciis Bohemicis mera ex vindicta & priuata vltione, contra expreſſam iſtam capitulationem communemq; pacificum ſtatum Reipublicæ, quæſiuerint.

Et hoc Regiam ſuam Maieſtatem cuiuſuis iudicio liberum relinquere: ſperare tamen, neminem, ius & æquitatem amplectentem, poſt veracem hanc acceptam declarationem Regiam, nulla iſta Cæſareæque capitulationi aduerſantia ac repugnantia mandata executorialia contra Regiam ſuam Maieſtatem ad contrarium vel ſumptus executoriales, ad implendam iſtam domus Auſtriacæ priuatam prætenſionem, commotura, in quos tamen Archiduces Auſtriæ minime vnquam conſenſiſſent, & ſemper perículoſis iſtiuſmodi caſibus ſeſe extricaſſent. Iccirco Sereniſſimos Dominos Electores, aliosque S. R. Imperii Principes & Ordines eo minus eſſe obligatos, vt ſeſe contra Maieſtatem ſuam Regiam opponerent, ſed multo magis omnia conſilia & actiones ſuas eo dirigerent, ne videlicet Maieſtas ſua Regia (quum omnis S. R. Imperii ordo alterum in anguſtiis ſuis merito iuuare teneatur) de ſibi, in tanto periculoſo diſcrimine, non ſatis ſuppetiis condigne quæri videatur. Id quod peramice & clementer ſingulos rogare, iiſdemque viciſſim, vrgente neceſſitate, operam ſuam polliceri.

## CAPVT CLV.

### *EIVSDEM DOMINI ELECTORIS PALATINI AD MONITORIALES LITTERAS CAESAREOBAVARICAS Reſponſio.*

PAri ratione & Elector Palatinus Duci Bauariæ ſuas litteras reſponſorias tranſmiſit reaſſumendo prius ſingula, & ad illa omnia ſuo tempore ſufficienter reſpõſum etiam affirmans; cumque per legatum quoque ſuum, acceptatæ Bohemicæ coronæ cauſſas Dilect. ſuæ, expoſuerit: illis itaque nunc ſeſe adquieſcere velle.

Cauſas vero quas Ordines Bohemici vna cum ipſis Dominis confœderatis habuerint grauiſſimas quibus Cæſ. ipſius Maieſtas corona iſta priuata, eidemque libera conceſſa legitima electione Bohemorum ſubrogatus fuerit, cum refutatione contrariorum argumentorum in peculiari quodam deductorio ſcripto typis vulgato fuiſſe oſtenſas, adeo vt eaſdem ad nauſeam repetere non ſit opus. Satis ſe mirari non poſſe quod ſimpliciter de facto, contra iura, Imperii Conſtitu-

tiones atque Receſſus Capitulationem Cæſaream, in aula Imperatoria ſub nomine & authoritate Cæſarea in cauſa propria cum nihil habeamus contra Romanum Imperatorem, ſed ſimpliciter contra domum Auſtriacam iura ſucceſſionis in Regno Bohemiæ prætendentem, contra ſeſe proceſſum fuerit.

Quoad illa conſilia tam ab occultis quam apertis Chriſtianorum hoſtibus prouenientia atque ad ſeruitutem ſpectantia horum ſe non eſſe conſcium neque iis locum dediſſe vnquam: viceuerſa vero cum propter priuatas nonnullas intentiones fere totus periculoſe Chriſtianorum orbis commoueatur metuendum eſſe, ne hoc medio, & occaſione Turci ſeſe immiſceant.

Superius dictum eſt qua ratione Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ ad Executionem Cæſaream in manus ſumendam ſeſe præparauerit, nihilominus tamen Sereniſſimus quoque Bauariæ Dux cumulatiue reſolutiones nonnullas & literas ad Coronam Bohemiæ tramiſerit, cum autem Domini Electoris intentionem Ordines illi Bohemici ſubolfacerent, de mediis quibus quantum poſſibile, Electoris propoſitum impedirent cogitare cœperunt, & ad retardandam Executionem, ad ordines (quos vocant Außſchüß) Saxonicos Angariæ tales ſub dato Pragæ, ablegarunt literas.

Penes officia, &c. Dubio procul ad ipſos perlatum eſſe quo pacto non ita pridem ſub nomine omnium Regni Bohemiæ Ordinum ad Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ Ducem Legatos ſuos eum potiſſimum in finem vt à parte Regiæ Suæ Maieſtatis clementiſſimi Domini ſui, erga Sereniſs. Celſitud. S. eiuſdemque ditiones limitaneas laudatiſſimas bene affectionatum animum ſignificarent, ſui ipſius quoque affectionem erga Domum Saxonicam ſubmiſſe humiliterque teſtatam facerent, id quod hiſce conclamatis temporibus conducibile ex vtraque parte futurum eſſet, quod vt ab ipſius Celſ. pariter fieret, iidem rogarent, ablegaſſe.

Cum autem ex dato Domini Electoris reſponſo Legatis ſuis, hoc facile deprehendere potuerint; Ser. Celſ. Suam longe aliter quam pro rei veritate ab aduerſariis informatam atque perſuaſam eſſe, & in eo vnice perſeuerare Cæſ. S. Maieſt. Imperatori Ferdinando Coronam reſtituendam, & ad obſequium eiuſdem redeundum eſſe, adiiciendo Cæſaream Commiſſionem Regnum incorporataſq; Prouincias concernentem ſibi demandatam eſſe, ejus indubitatam executionem ſe non longius procraſtinaturum magnis iſtis præparationibus belli oculotenus conſpici poſſe, hoc ſeſe cum admiratione magna percepiſſe & cum patientia paternæ voluntati Dei totum negotium iuſtiſſimi commiſiſſe.

Cauſas ſibi & Dominis confœderatis tam ſuſceptæ defenſionis quam abdicationis FERDINANDI Cæſaris & ſubrogationis Regis ſui quam plurimas eaſque veras & certiſſimas coram Deo mundoque excuſabiles, etiam conſcientiis ſuis ad id obſtrictos deuinctoſque, & cum inuocatione nominis Dei & aſſiſtentia ipſius eo reſolutos eſſe prædictas Concluſiones Comitiorum & inprimis Regem, Dominum ſuum clementiſsimum quem vigore priuilegiorum antiquiſſimorum legitimo modo vnanimique conſenſu elegiſſent coronaſſent cuique homagium præſtitiſſent Dei Ter Optum. Maxum. adiutorio, coniunctiſque viribus omnium incorporatarum & confœderatarum Prouinciarum atque regnorum tueri & Regiam ſuam Maieſtatem penes Maieſtates ſuas, Religionis

& poli-

Digitized by Google

& politiæ confirmata Priuilegia ita protegere promptos paratoſque eſſe, vt vitam potius profundere quam ſeipſos ſuoſque poſteros Hiſpanicæ ſeruitutis iugo (ad quod aduerſarii ipſorumque aſſeclæ collimare videntur in cuius rei vſum proteſtantium quoque Principum opera vtantur) ſubiicere velint.

Quod autem regnum illud cum incorporatis confœderatiſque ſuis prouinciis & regnis à Domo Saxonica alias amiciſsima ſibi iamiam nihil aliud quam hoſtiles irruptiones & impreſsiones expectare cogatur, illud nullo modo ditioni laudatiſsimæ & pacis amantiſsimæ ſed potius nonnullis profugis ſuis & in aula Electorali patriotis parum fidis iam degentibus ipſorumque conſiliis tribuere.

Vt autem Domini Ordines atque ciuitates Electorales Saxonici ſuam ad pacem & vicinam Correſpondentiam promptitudinem, ipſiſque nihil gratius accidere poſſe quam vt pacem cum ipſis habere poſsint, poſtmodum deprehendant, ſeſe ad illos haſce literas tramittere, eoſdemque amiciſsime rogatos voluiſſe, apud Dom. Electorem illa conſilia quæ ſolummodo prædictis in extremis hæreant, declinare & impedire ſtudeant, & aduerſus S Reg. Maieſt. Regni confœderata Regna incorporataſque Prouincias, quæ coniunctim neque Domino Electori, neque Electoralibus ditionibus ne minimam quidem offenſionis anſam præbuiſſent, verum ipſum Dom. Electorem tanto honore vſque adeo proſecuta eſſent, vt per illud ipſum etiam non paucas occaſiones rerum bene peragendarum amiſiſſent, ſuam nolint ſubminiſtrare operam, contrario namque caſu ſeſe pro Regis ſui clementiſsimi, libertatum & priuilegiorum longo vſu receptorum, coniugum, liberorum fortunarumque ſuarum, defenſione exitum Deo Optim. Maxim. commiſſuri, illubentes & coactos illis vſuros mediis, quæ bellum ſecum ferre conſueuerit. Corollarii loco ipſos vti vicinos pro hac poſtrema vice admonitos velle, ne curam Euangelicæ Orthodoxæ religionis abiicere: verum, quo pacto iugum ſeruitutis Hiſpanicæ intolerabile non ſolum à ſuis ſed etiam poſteritatis ſuæ ceruicibus futuris temporibus auerti queat, probe conſiderare & ad animum reuocare, & ne quid hoſtilitatis ab ipſo Domino Electore attentetur, omnibus modis ipſi cum aliis præcauere dignentur.

## CAPVT CLVI.

## *ORDINVM BOHEMIAE AD SERENISS. DOM. ELECT. SAX. EXEQVVTIONEM CAESAREAM concernentes, Litteræ.*

EIuſdem ferme tenoris, & aliquanto acerbiorem ſane epiſtolam, Bohemiæ Ordines ſubſequuturæ exequutionis ergo ad Electorem Saxoniæ ablegarunt.

Quid Inluſtriſſima S. Celſitud. ab Regio Conſiliario & Luſatiæ ſuperioris Capitaneo Adolpho de Gerſdorff, de Ordinum conuocatione, deq; Commiſsione Cæſarea iiſdem ordinibus inſinuanda, petierit, ſeſe tam ab illo ipſo Capitaneo, quam ab aliis certiores redditos, inter alia & hoc Celſ. ſuæ exercitum limitibus quoque appropinquare, alicunde ipſis relatum eſſe. Satis igitur ſuperque appare-

Digitized by Google

apparere quo tendat & ſpectet iſta Commiſſio, cum ex Inl. S. Celſ. reſolutione nuperrime legato ſuo data facile animaduerſum fuerit, quo pacto videlicet ipſa ab ipſorum aduerſaria parte per contrarias perſuaſiones eo adacta fuerit, vt contra omnem ſpem nunc à prioribus diuerſas de ipſis opiniones foueat, eodemque ex argumento conſtare ſua per Refer. ſcripta deductoria & Apologetica ipſius Ser. Celſ. fideliter nunquam relata fuiſſe, alias namque incredibile dictu foret ipſius Ser. Celſ. tamquam Electorem Euangelicæ Religioni addictum, cuius laudatiſſimi prædeceſſores & in amplificanda & in conſeruanda Euangelica religione ſeſe in libertatem contra pontificiam, Ieſuiticam atque Hiſpanicam tyrannidem adeo ſtrenue vindicarint, tantumque impenderint, præterea cum tot & tanta feuda ampliſſima ab hac ipſa Corona ipſius Sereniſs. Celſ. acceperit, in receptione huiuſcemodi à miniſtris Romanis & Hiſpanis ab ipſo Cæſare extortæ Commiſſionis ſuam ſubminiſtraret operam, cuius deinceps adminiculo dudum ille Executionis deſideratus proceſſus contra Euangelicos S. R. Imperii ordines poſtmodũ facilius in effectum produci poſſet: Quod ipſum tam ex diuerſis diuerſorum ſcriptorum pontificiorum pridem in publico typis euulgatis ſcriptis, Sectarios ſectariorum auxiliis opprimendos eſſe, de quo Paulus in ſua deliberatione de hæreticis extirpandis iterum atq; iterum clariſſime loquitur, tam ex tragica quotidiana praxi plus quam ſatis compertum eſt, & lugubris illa ocularis demonſtratio Donavvertenſium; Veſellanorum aliorumque locorum, maxime vero illa nupera maſſacreda & laniena Veltlinenſis, cum in Eccleſia inter prædicandum tot cædes innocentiſſimorum hominum, mulierculàrum atque filiorum perpetratæ eſſent, ipſa loquatur & illa conſecuta oppreſſio illius Nationis liberæ quid rebus ſic ſtantibus expectandum eſſet, ſatis ſuperque teſtetur. Imo ipſos Papicolas iactare ſolitos vti & ex literis è Roma perſcriptis fide dignis hoc habetur, Ligam ſeſe rebus Bohemicis ideo palam immiſcere hactenus tergiuerſatam, priuſquàm Ser. ſuam Celſ. ad partes ſuas pertraxiſſet: imo ad eum locum nunc res deductas vt in omnibus ipſa ſeſe cum illa amplius nihil moretur, ad Eccleſiaſticorum Electorum Maiora, ad Papæ, Papicolarumque voluntatem, placitum, lubentiam accommodare cogeretur, & hac ratione, quemcunq; res etiam exitum, eas diſponente Domino, ſortirentur, hoc ipſum acri iudicio perpendere debere, ſibi de effuſione innocentis ſanguinis præſertim fidei conſortium, rationes aliquando grauiſſimas reddendas eſſe, præterea ſe non perſpicere ſcriptitabant, qua ratione eiuſmodi Cæſareæ Commiſſiones contra iſtam coronam, eiuſdemque incorporatas prouincias ſuſceptæ non ob notoriam ſolum exemptionem earumdem, atque adeo ob notorium defectum iuriſdictionis, fundari queant, verum etiam cũ illis non attentis, hæc attentata tam diuino quam humano iuri, maxime vero Conſtitutionibus Imperii atque Capitulationibus, nec non huius Regni & Prouinciarum legibus, atque ſtatutis fundamentalibus è diametro aduerſentur, imo plane nouum & inauditum aliquid, Romanum Imperatorem, in ſua priuata, Domum & familiam ipſius, neutiquam vero Imperium concernente cauſa Partem, Iudicem atque Executorem agere; & quod penes eum alii exiguo numero Ordines, nullis indictis Comitiis, nullo ordinario proceſſu præeunte, nullis Imperii Receſſibus diſponentibus, partiales ſeſe reddere, & ad priuatas Auſtriacas prætenſiones armata manu hoſtiliter obtinendas atque defendendas, vires ſuppeditare

non du-

non dubitauerint, præſertim cum in eiuſmodi rebus tantis Romanum Imperium concernentibus earundem notificatio ac inſinuatio requiratur, & quod omnes tangit, ab omnibus tractari debeat: Cauendum vero, ne, quod Coronæ Bohemiæ per Domum Auſtriacam euenerit, illudipſum pari modo S. R. Imperio futuris temporibus contingat, id Hiſpanico regimini atque ſucceſſioni ſubiiciatur, cuius rei inauguratio iamiam ob oculos verſetur.

Se quidem hiſce in anguſtiis atq; ærumnis prouidentiæ diuinæ nequaquam obſtrepere, ſed deciſionem cauſæ ſuæ, tuitionem atq; protectionem ab ipſo Deo cum patientia expectare velle, cui ſoli notiſſimum, neque Regem Dom. ſuum clementiſs. neque Ordines Regni, neq; Prouincias, (non conſiderato quod tam Regia ipſius Maieſtas, quam Prouinciæ incorporatæ probe nouerant, ad quid Inluſt. ipſius Celſitudinem Imperatoria aula ſolicitauerit, atque ipſi, tum aliis ex locis, ex quibus nunc hoſtiliter oppugnentur, cum priores in armis fuiſſent, præuenire & anticipare eam potuiſſent) ipſius Inl. Celſ. ne minimam quidem offenſionis anſam præbuiſſe, verum eandem amore, reuerentia proſecutos eſſe, eumq; eiuſdem ditionibus iuta vicinitatis coluiſſe, interea proprium commodum neglexiſſe, atque adeo iniurioſos in ſemetipſos extitiſſe.

Eotum porro in ſanciendis fœderibus, in neceſſaria abdicatione Imperatoris Ferdinandi, & electione modernæ Regiæ Maieſt. in continuatione defenſionis, itidemque in conuentu Prouinciarum incorporatarum, peractorum cauſas iuſtas & validas habuiſſe, quorum primo omnium Deo Ter Opt. Max. omnibus dein ordinibus, vbicunque locorum degentibus, qui modo ἄνευ παθῶν audire ac pronunciare ἐνεχῶς volent, rationes redditūros, cum mœrore animi cōpertos hoc habere aſſerebant, quo pacto aduerſarii ſui ipſos atrociſſime calumnientur & proclament, & quemadmodum olim ab ipſis Ethnicis in Chriſtianos innocentes multa conficta fuerint, ſic & nunc nullum fere excogitari poſſe mendacium, quo ipſi non grauentur, & inprimis illud figmentum ab ipſis exaggerari atque amplificari, quaſi cum Turcis per Legatos colluſiſſent, conſpiraſſent atque coniuraſſent, imo vltro ipſis Turcis tranſitum per Imperium obtuliſſent, quam puram meram calumniam nunquam ipſis in mentem veniſſe, cum ſuis & confœderatorum ſuorum Legatis ad Portam Ottomannicam in itinere modo nihil aliud in mandatis dediſſent, quam vt cum eadem vicinam correſpondentiam atque pacem conſtituerent, id quod alios quoque Chriſtianitatis magnates factitaſſe, ipſiſque non male ceſſiſſe, in claro hoc etiam compendio Rom. Imperio plus ſyncerationis obtigiſſe, quam ad ipſum per Domum Auſtriacam vnquam redundaſſet, quæ pro lubitu ſuo ſine conſilio & ſcitu Electorum Imperii atque iſtarum Prouinciarum & bella inchoauerit & pacem conſtituerit, eaque in re priuatum ſuum compendium fecerit, quod ſi opus eſſet, probari poſſet: dum vero rebus ſic ſtantibus per vim & violentiam copiis adeo numeroſis Nationum exterarum immiſſis Turco vicina regna & prouincias ſubiugare decretum concluſumq; eſſet, ipſe Turcorum Imperator contra domum Auſtriacam atq; Hiſpanicam Geloſiam concipere, tantas vires ſuſpectas habere, & contra illas ſeſe mouere conaretur; & quidem cum iſta eodem tempore acciderent, quo prædictorum regnorum & prouinciarum legati nihil aliud quam ſynceerationem, vicinam correſpondentiam & pacem ab eadem Porta peterent, ſeſe coram

Deo & mundo excuſabiles, quod non ipſis ſed parti aduerſæ illud imputandum: viceuerſa vero multo verius in miniſtros Cæſareos illud dici poſſe, quod tot & tanta apud Portam illam promittendo, ipſum Turcum contra modernum Hungariæ Regem induxiſſent & inuitaſſent, & ſuas technas quas in aula illa molirentur, quibus cum contra confœderatos prævalere poſſent, iactabundi ipſi eſſent profeſſi, hoc ſuo tempore & loco non diſſimulatum nec celatum iri.

Ab illius ergo Seren. Celſ. ſumma animi ſubmiſſione & obſeruantia petere illam tanquam Euangelicum ex proceribus Electorem potentiſſimum ac ſapientiſſimum iſta omnia quam diligentiſsime ſecum præponderare, hoſtili vi vel impetu Coronam iſtam eiuſdemque incorporatas Prouincias non turbare, miſero innocenti ſanguini, qui ex neceſſario exterarum nationum interuentu effundi poſſet, parcere, multo magis amicabilem & vicinam Correſpondentiam cum Rege Domino ſuo clementiſſimo & cum reliquis Prouinciis continuare; & reciproce ab illis hoc expectare debeat, quod Inluſtriſ. S. Celſitudini, ad placitum clementiſsimum, eiuſdem ſtatibus atque ſubditis ad incrementum emolumentumque præſtari poſſit. Quod ſi vero contra omnem ſpem ipſius Inluſtriſsim. Celſitudo copiis ſuis vel ſe, vel confœderatos ſuos dilectos ſiue ſuperiore ſiue inferiori in Luſatia per vim turbare conetur, tum ratione confœderationis & Ordinationum Prouincialium, ad patriæ ſuæ eiuſdemque membrorum, contra omnes hoſtiles impreſſiones tuitionem ſeſe teneri aiebant, quos etiam tamdiu, quamdiu ſpiritus ſuos artus rexerit, tueri velint, & intermittere nec poſſe nec debere quin coniunctis viribus ſeſe ad illa à Deo ipſo conceſſa defenſionis media conferrent, proque tuitione Suæ Reg. Maieſt. tanquam ſuum tenore priuilegiorum & libertatum antiquiſſimarum receptarum, penes Prouincias incorporatas legitimo modo electum, coronatum Regem ac Dominum, vna cum dilecta ſua patria & cum ipſis confœderatis Dominis, cum neque Reg. S. Maieſtas neque ſtatus ſuæ Inluſtriſ. Celſitud. addicti ad inferendam vim ne minimam anſam vnquam præbuiſſent, ſeſe adiuuante Deo impenſam vitæ & bonorum perque nouiter electi Regis Hungariæ, eiuſdem Hungariæ & Tranſyluaniæ ſtatuum confœderatorum fideliſſimam aſſiſtentiam extrema quæque & tentaturos & perpeſſuros, & per hoc oppreſſionem & ſeruitutem, quæ duo Euangelicis ſtatibus Enſenſibus candidiſsimis, partim promiſsis, partim proditione ſuorum, partim vi hoſtili eo adactis vt ſeſe Duci Bauariæ ſubmitterent, omnium ſuorum priuilegiorum iacturam facerent, ſeſe ipſos Gratiæ & Diſgratiæ Cæſareæ committerent, Religionis libertatem in nuda ſpe & interceſſione collocarent, omnes belli ſumptus refunderent, quin etiam præſidiarios intertenere cogerentur, imponuntur, tamquam intolerabile, coram Deo & grata poſteritate iugum inexcuſabile pro virili diuina aſſiſtente gratia auertere poſsint, exitum ſoli Deo iuſto committentes. Concludendo ſubiunxerunt, Sereniſs. S. Celſ. ſibi fauere & cupere ſciant, ipſam malefaciendi cupidam non futuram.

CAPVT.

## CAPVT CLVII.

### SERENISS. DVCIS ET ELECTORIS SAXONIAE, AD IAN-CASIMIRVM, SAXONIAE DVCEM, RE-ſponſoriales Litteræ.

**Sub dato 13. Octob. A. C. M. DC. XX.**

INterea inclytus noſter Achilles Germanicus (Ducem & Electorem Saxoniæ Euangelico-Orthodoxæ relligionis protectorem intelligo) Inluſtriſsimo Celſiſſimoque Principi ac Domino, Domino Ian-Caſimiro, Saxoniæ Duci ſequenti formula reſolutoria reſpondit: Ex acceptarum Litterarum pellectione ſeſe ſtatim ſatis ſuperque cognouiſſe, quid videlicet Elector Palatinus, Directores Regni Bohemici, & Haſſiæ Landgrauius Mauritius apud Celſit. ipſius efflagitauerint: pro qua communicatione ipſius Celſ. peramicas agere gratias, & exinde bonam Correſpondentiam & beniuolentiſsimam adfectionem erga domum Saxonicam ſatis ſuperq; colligere. Celare autem ipſius Cel. ſeſe iam non poſſe, omneis tres Ordines Euangelicos, Coronæ Bohemicæ, quoſdam ex ſuo medio Dreſdam, antequã expeditionem ſuam in Marchionatum Luſatiæ ſuſcepiſſet, ad ſe ablegaſſe, & idẽ ferme, quod apud Celſ. ipſius factum fuerit, tam oretenus, quam ſcripto compræhenſo, petiiſſe, quibus itidem certo atque peculiari quodam ſcripto tum temporis reſpondiſſe, vti ex adiuncta copia ſub lit. A. latius videre ſiet. Quum vero omneis ſuæ intentiones & actiones eo potiſſumum ſpectent, quo tamdem ſalutaris pax & concordia rurſus introduci, Ordinum libertates, Priuilegia & immunitates ſartæ tectæque conſeruari ac Chriſtiana in Auguſtana Confeſsione compræhenſa vera relligio ad gratam poſteritatem vlterius propagari poſſent: iccirco eo minus ſperare potuiſſe ſuas nunc pacificas actiones, & debita erga S. Cæſ. Maieſt. obſequia pro hoſtilitatibus interpretari, in litteris patentibus, nomine Sereniſſimi Domini Electoris Palatini, pro publico hoſte proclamari, & commerciorum, ad emolumentum tam ſuperiorum, quam ſubditorum, ſpectantem vſum interdici, cum tamen, ad tollendam omnem præconceptam ſiniſtram ſuſpicionem, Ordines Marchionatus Luſatici, per Prouincialem Capitaneum, Adolfum Gersdorffium, hunc in finem ſeſe congregaſſe, vt potiſſumum ex ipſis intelligeret, num videl. ad præmonſtratam ipſis commiſsionem Cæſaream, gratiam clementiamq; Cæſaream acceptare, an vero in nouo iſto regimine, cui tamen peculiari quodam iuramento nondum obſtricti ſient, vlterius perſeuerare mallent: eoq; fine, ad expediundum illud negotium, Strequum ſuum Commiſſarium, à Conſiliis bellicis, & ſuperiorem Inſpectorem Comitatus Mansfeldici Iacobum von Grünthal / zu Voigtſtädt / rc. ad congregatos tum temporis ordines abſq; vllo exercitu ablegaſſe. Poſtquam autem Marchionatus exercitus vrbem ſubito & ex improuiſo occupaſſet, Legatumq; ſuum primum Arreſto aliquandiu detinuiſſet, eundemq; primũ Sittauiã, dein Pragam verſus captiuũ deduxiſſet, ordines à bona ſua inclinatione abalienaſſet, & vnam hoſtilitatem poſt alteram exercuiſſet, intermittere ſeſe haud quaquaquã potuiſſe, ad tutandam conſeruandamq; auctoritatẽ reputationemq;

Cæſaream, eiuſmodi applicare remedia, quibus, abſque tamen vllo damno detrimentoue incolarum, vrbem occupaſſet, & tandem illud impetraſſet, quod impoſita ſibi demandataque Commiſſio Cæſarea per omnia requiſiuiſſet: quod tamen lubens intermiſiſſet, ſi modo & aduerſa pars ab iſtiuſmodi hoſtilibus conatibus quoque deſtitiſſet, nec, vt habetur in prouerbio, pertinaci ſua ſtoliditate crabrones irritaſſet. Ad ſe quod attineret, paternis ſuis ſaluberrimiſq; ac fideliſſimis adhortationibus ipſis nunquam defuiſſe, ſed plurimum ſudando incaſſum laboraſſe, laterem lauiſſe, Æthiopem dealbaſſe: viceuerſa vero partem aduerſam omneis interpoſitiones repudiaſſe, periculoſas & omnibus magiſtratibus præiudiciales confœderationes cum peregrinis Principibus, inter quos etiam publici atque adeo hæreditarii chriſtiani nominis hoſtes compræhenſi fuerint, iniiſſe, ſummum in terris chriſtianitatis caput contemptui habuiſſe, præſtitis iuramentis illuſiſſe, & re ipſa ſatis ſuperque teſtatum feciſſe omnium quaſi magiſtratuum & diuinæ ordinationis tæduiſſe, vel ſi caput quoddam ferendum eſſet, illud adeo arctiſſimè conſtringendum, vt nomine quidem Magiſtratum, in rei veritate tamen merum ſubditum referret.

Ad inſtitutum, M. Martio, Electoralem & Principalem Conuentum Mulhuſinum quem quidam clandeſtinum ſanguinariumque decretum nuncuparent, quod attineret: in iſto nihil aliud eſſe concluſum, quam quod Illuſtriſſimus Dominus Elector Palatinus per ſalutaria media ſui officii fuerit admonitus, vt nimirum ab occupatis Regni Bohemiæ incorporatarumque eiuſdem Prouinciarum locis abſtineat, eademque legitimo eorumdem poſſeſſori, iam dudum ab vniuerſis Bohemiæ Ordinibus in regem ſuum electo, coronato atque vncto, (quem etiam moribunda prior Cæſarea Maieſtas ad Regium illud munus deſtinaſſet) reſtituat, prouincias ad debitum obſequium incitet, & à pertinacitate ſerio dehortetur, ſecus Sereniſſimos Pacificos Dominos Electores & alios S. R. Imperii Principes electum coronatumque ſuum ſummum caput ab omni ludibrio, iniuria atque contumelia, pro requirente rei neceſſitate, condignè vindicaturos & talia remedia applicaturos quibus capitis Electoralis Regnique Bohemiæ tanquam præcipui feudi S. R. Imperii auctoritas ſarta tectaque conſeruari queat.

Et hoc ſane Sereniſſimorum aliquot Dominorum Electorum, aliorumq; S. R. Imperii Principum, decretum Septemuiro Palatino incorporatiſque Prouinciis compræhenſo ſcripto inſinuatum; poſtmodum vero, vt toti ferme terrarum orbi quoque innoteſceret, & ad cuiuſuis notitiam pertingeret, typis publicis excuſum eſſe. An igitur modo dictum publicatumque Electorale principaleq; paternum conſilium à pacificis patriæque amantiſſimis Electoribus atq; Principibus (quibus ſalus S. R. Imperii, ad reſtinguendum late ſerpens incendium, curæ cordique eſſet) clandeſtinum decretum, vel ſanguinarium aliquod conſilium in ipſa rei veritate & iure nuncupari poſſet, id omnibus ſyncere iudicantibus & pacificis hominibus ad cognoſcendum libereque de eo pronunciandum, liberum relinqui.

Ad triplex iuramentum quod attinet, quo Electori Palatino obligatus eſſe debeat, perque iſtius violationem feudum Bohemiæ amiſerit, in eo Palatinum loqui contra meliorem ſuam ſcientiam: licet enim ab electo, coronato & ordinario modo in regnum illud incorporataſque Prouincias inthroniſato Rege Bohemiæ:

Digitized by Google

miæ aliquot feuda poſſideat, ( de quo iam non iret inficias ) nihilominus tamen Septemuirum Palatinum pro iſtiuſmodi rege nondum agnouiſſe, nec titulum regium eidem impertiuiſſe, ſed potius grauiſſimis de cauſis eius rei gratia ſeſe excuſaſſe cumprimis quod ipſe Palatinus Cæſareo-Regiam Maieſtatem pro rege Bohemiæ iam ante agnouiſſet, eundem in proxima electione Cæſarea ad Electoralem ſeſſionem & conclaue ſeptemuirale non ſolum admiſiſſet, verum etiam in Romanorum Imperatorem elegiſſet, & hoc facto ſeipſum Principem feudatarium Cæſareæ ſuæ Maieſtatis feciſſet, vnde etiam ſeſe, poſt vnanimem Sereniſſimorum Dominorum Electorum conſenſum, agnitionem & admiſſionem feudum iſtud à Cæſarea Maieſtate recognouiſſe & impetraſſe.

Simili quoque tenore litterarum Inluſtriſſimum Celſiſſimumque Principem ac Dominum, Dominum Landgrauium Haſſiæ Mauritium ſe ſollicitatum eſſe: ad cuius poſtulata factam reſponſionem Inluſtriſs. ipſius celſitudinem per adiunctam copiam copioſioribus percepturam. Sperare tamen modo commemoratum Dominum Landgrauium Mauritium ab exercitu Spinoliano minime infeſtatum iri, modo ne ad id anſa occaſioque præbeatur.

## CAPVT CLVIII.

## *EIVSDEM SERENISS. DOMINI ELECTORIS SAXONIAE AD CHRISTIANVM, ET FREDERICO-Vlricum, Duces Brunſuicenſes & Lunæburgenſes Reſponſio.*

Sub dato 5. Septemb. A. C. M. D C. XX.

PEramica noſtra officia, æternæ temporaliſque ſalutis proſperitatem &c. Reuerendiſſime, Inluſtriſſimi Principes, perdilecti adfines, fili & compater. Dilect. Veſtrarum litteræ veſtræ nobis eo ipſo tempore, quo ex montana noſtra arce Stolpenſi digreſſi ſumus, bene ac decenter ſunt redditæ, poſtquam contra Marchionatum Superioris Luſatiæ nobis à Romano-Cæſarea Hungariæ Bohemiæque Maieſtate &c. clementiſſime demandatam, atque vniuerſæ Reipublicæ ſalutarem futuram Commiſſionem Cæſaream exequi conaremur. Ex quarum pellectione percepimus quid videlicet Dilect. Veſtræ vtrimque, perturbati in S. Rom. Imperio ſtatus cauſſa, ſibi in memoriam reuocent, atque exiſtument, per noſtram aliorumque præcipuorum S. R. Imperii Ordinum amicam interpoſitionem omnibus iſtis inconuenientiis commodiſſime obuiari poſſe, idcirco eius rei gratia communicationem inſtituendam, & quamprimum de modo procedendi tractandum eſſe. Exinde igitur non dumtaxat Dilect. Veſtrarum laudabilem erga S. R. Imperii ſalutem atque proſperitatem ſollicitudinem deprehendimus, ſed etiam cum iiſdem fateri neceſſum habemus, eumdem, S. R. Imperii, ſtatum adeo perturbatum, malum atque corruptum eſſe, vt, rebus ita peſſime conſtitutis, ſi non totalis tam inluſtris atque egregiæ Harmoniæ ruina, ſaltim tamen corporis diſmembratio exinde metuenda ſiet: idque potiſſimum quum Cæſareus reſpectus apud pleroſque paſſim euaneſcat, S. R. Imperii Conſtitutiones pro cuiuſuis lubitu interpretentur, & diffidentia vbiuis adeo in immenſum exereſcat, vt etiam, periculoſo hoc potiſſimum tempore, ignoretur, cui videlicet ex animo fidendum,

dum, quid faciundum vel intermittendum ſiet: quæ omnia ſub exortis motibus Bohemicis non parum ſane aucta ſunt, dum ſub iſtorum prætextu omneis ferme grandes præparationes bellicas inſtituerint, & præſentia in Sac. Roman. Imperio exorta difficilima grauamina plus armis, quam amicabili compoſitione vel penitus tolli, aut ad minus tamen ſubleuari voluerint: id quod Vnionis Conuentus Norimbergenſis, & exinde ad Romano-Catholicos Ordines exaratæ litteræ ſatis ſuperque teſtantur. Quibus omnibus de cauſſis modo iam dicti commemorati Catholici Ordines inauditas alias præparationes bellicas inſtituerint. Quibus mediis autem arrepta arma vel ſuſpendi, vel omnino iterum deponi poſſint, de eo prius Dilectionum Veſtrarum prudentiſſima iudicia audiemus, tunc quoque & noſtras cogitationes lubentiſſime reuelabimus.

Exiſtumant ſane Dilect. Veſtræ, ſi, ante electionem Mœnofrancfurtenſem, Bohemiæ Ordinibus, re adhuc integra, in peculiaribus ſuis poſtulatis, expreſſis in litteris & ſigillis, iuribus & conſuetudinibus bene fundatis, ſatisfactio facta, apud eamdem electionem quoque toties conqueſta grauamina, quantum quidem in Cæſarea poteſtate conſtitiſſet, ſublata fuiſſent; tum abſque omni dubio pernicioſam inter Ordines diffidentiam tolli, & in meliorem integrioremque Statum redigi potuiſſe, quæ ſane iam ſuo loco relicta volumus: Dilectionibus tamen Veſtris peramice iam ſignificamus, fideliſſimorum Sac. Rom. Imperii Ordinum interpoſitionem, ad tollendam intemperiem iſtam Bohemicam, numquam defuiſſe: quæ tum temporis potiſſumum eum in finem inſtituta atque ſuſcepta fuit, quo melius Cæſareo-regius, atque adeo ſummi Magiſtratus reſpectus atque obſequium conſeruari, omneis periculoſæ conſequentiæ tolli, & ſimul etiam Ordines vna cum ſuis care recuperatis Maieſtatis Litteris, Iuribus, iuriſdictionibus, libertatibus, atque priuilegiis, tueri atque protegi potuiſſent. Si iitidem nobis, aliiſque præcipuis Sac. Rom. Imperii Ordinibus interponentibus obtemperatum fuiſſet, tum ſperare potuiſſemus, rem ad periculoſam illam mutationem regiminis, & deſperatos illos terminos, dum etiam Turci atque Tattari adtrahuntur, & cum iiſdem pacifici moleſtantur, numquam perueniſſe.

Quam magni autem quidam Electorum aliorumq; S.Ro.Imperii Principũ peramicam pacificamq; iſtam interpoſitionem fecerint, primum ad alterum tempus protraxerint, non neceſſariis ac nihili probationibus rẽ ſuam ſtabilierint, male de interponentibus loquuti fuerint: alteri vero ab Electorali Collegio factam electionem omnino reiecerint, nouum regem elegerint, & eo ipſo omnia ad peramicã compoſitionem ſpectantia media præſciderint, haud iam conſiderato quod Romana Cæſareo-Regia Maieſtas ipſa interpoſitioni iſti ſeſe ſubmiſerit, Ordinibus Priuilegia atque libertates ſuas adeo confirmauerit, quemadmodum illud ipſius de ſe datæ Reuerſales litteræ per omnia requiſiuit, id toti ferme terrarũ Orbi cognitum atque perſpectum eſt, nec Dilect. V. ignotum eſſe poterit: adeo vt nunc minime videamus, quæ & qualia rebus iſtis ferme deſperatis applicanda ſint remedia: ſed, vice verſa, ſummo tangimur cordolio, quod omnia priuilegia, libertates, iura atq; iuriſdictiones, immo ſummum animæ noſtræ Clinodium, vera, Chriſtiana, pura, atq; incorrupta relligio videl. dubio belli fortunæq; euentui committi, quam per amicam iſtam ſæpius nunc dictam interpoſitionem conſeruari velit: quod

quod tamen contra noſtram voluntatem atq; intentionem fit, & mutari nequit, niſi Deus Ter Opt. Max. hominum animos eo dirigat, vt à pernicioſiſſimo iſto ſuo propoſito deſiſtant & agnoſcant, quid nimirum ſibi ſuiſq; vel profuturum vel obfuturum eſſet: cuius rei gratia diuina ipſis ſemper imploranda Omnipotentia.

Ad in S. Rom. Imperio hinc inde exorta grauiſſima grauamina vero quod attinet, ex intimis cordis noſtri penetralibus ſane exoptaremus, quod vel nulla eſſent, vel tamen ex æquitate, per in S. R. Imperio vſitarum modũ, omnino tollerentur: quemadmodum, noſtra quidem ex parte, in locis competentibus ad: & exhortando in nos nihil vnquam deſiderari paſſi ſumus, ſed Inter: vel Compoſitionis diem non vna dumtaxat vice fideliter ſuaſimus, indubia ſpe freti, ſi Cæſarea S. M. inter mortales viuere non deſiiſſet, & in regno Bohemiæ exorta, atq; etiamnum durans, periculoſiſſima ſeditio non vniuerſam ferme Germaniam peragraſſet & infeciſſet, procul omni dubio ad priſtinæ bonæ Correſpondentiæ continuationem, grauaminumque iſtorum ſublationem factum fuiſſet initium. Equidem in nupera Mœno-francofurti peracta electione aliquot S. Ro. Imperii Electores in perſona propria comparere minime potuerunt, vice verſa vero tũ temporis præſentes (Septemuiri) ob imminentia pericula domum & ad prouincias ſuas iterum properarunt, nouum electum caput autem non ſufficienter informatum fuit, & in tam arduo difficilimoque negotio Romanorum aliquis Imperator, abſque conſenſu & præſcitu Electorum, non ſolet procedere, imprimis quum id iuxta tenorem Capitulationis atque Sac. Rom. Imperii Conſtitutionum fieri oporteat.

Verum enimuero hodierno tempore regnans Cæſarea Maieſtas, quantum quidem ſcire nobis licet, mox à peracta electione iſta Mœnofrancofurtenſi, in Correſpondentium Dominorum Principum & Ordinum Conuentu Norimbergenſi per Delegatum ſuum, Comitem Hohenzollerenſem, adeo tũ temporis ſeſe declarauit, vt Principes & Ordines eũ reſolutione ſiue declaratione iſta Cæſarea ſatis ſuperq; contenti fuerint, eamdem quoq; reſolutionem apud Dile. V. per peculiarem alium quemdam legatum repetiit, nec dubitamus Cæſaream S. Maieſt. promiſſis ſuis ſatisfacturam, modo ex infinitis ſuis anguſtiis tamdem eriperetur, & in integrum iterum reſtitueretur. Nihilominus tamen Catholici non contemnenda ſane iniuria adfecti, & è Norimberga admoniti fuerunt, vt certo tempore ſeſe declararent, num videlicet toties repetitis conqueſtiſque grauaminibus per finalem quamdam declarationem imponere velint, nec ne. Quoniam autem per Vlmenſem tractationem omnia ad leniorem viam directa, & eorumdem grauaminum ſublenatio in opportunius tempus reiecta fuerit, non immerito etiam moderationi iſti iam ſuus locus rellinquitur.

Equidem noſtra ex parte ſane, in tam perturbata ac triſti omnium rerũ facie, nullum melius inuenire poſſumus medium, quocunq; locorum res etiam diiudicanda reiiciatur, quam vt quilibet S. R. Imp. Ordo Cæſareæ S. M. in commemoratis iſtis ſuis anguſtiis & anxietatibus pro virili ſuccurrat, Bohemicam intemperiem, omnium exortorum malorum fontem atque ſcaturiginem, pro virili ſedare accomodareque iuuet, Cæſareo-regium reſpectum conſeruet, ac tum demum, poſt ſedatam iſtam perturbatæ rei confuſionem, vna cum aliis S. Roman. Imperii Ordinibus eo ſedulo adlaboret, quo commodius toties nunc com-

commemorata conqueſtaque grauamina, iuxta S. R. Imperii Conſtitutiones, tollantur, vel ſaltim mitigentur. Et hoc modo Dominis atque ſubditis ſuum cuique tribuitur, Magiſtratui debitum obſequium conſeruatur, Ordines atque ſubditi, vna cum ſuis priuilegiis, libertatibus, iuribus atque iuriſdictionibus tuentur, perniciofiſſimæ innocentis ſanguinis profuſiones, prouinciarumq; horrendæ deuaſtationes præcauentur, exoptata iamdudum pax reuocatur, omnia ab externo introducto milite metuẽda mala auertuntur, cumprimis vero vera Chriſtiana noſtra relligio incorrupta conſeruatur, atque ad gratam poſteritatem propagatur.

Et hunc in finem, quemadmodum id coram Deo Ter Opt. Maxumo pura incontaminataque conſcientia teſtamur, hiſce inſertam Cæſareo Regiam Commiſſionem in humeros noſtros ſuſcepimus, Ordinibus pro copia communicauimus, & cum copiis noſtris militaribus in Marchionatus ſuperioris Luſatiæ fines progreſſi ſumus: indubia ſpe freti, Ordines modo iam commemorati Marchionatus (quemadmodum modo à quibuſdam factitatum) Cæſareo-Regiam clementiam & ſollicitudinem noſtram agnituros, atque ſeſe ita geſturos, quemadmodum id propria ipſorum proſperitas & vniuſcuiuſq; incrementum requirere videbitur, & quod ex intimis cordis noſtri penetralibus ſerio exoptamus.

Peramice igitur Dilect. Veſtras hiſce rogamus, ne iſtam noſtram adeo ſalutarem intentionem forſitan in malam partem interpretentur, ſed multo potius preſſo & ferme iam oppreſſo ſummo Magiſtratui omnibus viribus ſuccurrere ne dedignentur, exoptatiſſimam communemque omnium patriam, atque adeo vniuerſum S. Rom. Imperium priſtino ſuo nitori vigoriq; reſtituant, ab omni imminenti periculo & infortunio liberent, atque tamdem noſtram iſtam expeditionem non ſecus, quam ad deſtinatum ſcopum directam eſſe, interpretentur, & nos denique apud ſiniſtre iudicantes excuſatos habeant. Id quod Dilect. Veſtris peramicæ reſponſionis loco celare noluimus, iiſdemue grata noſtra officia & amicitiam lubentiſſime offerimus. Dabantur Biſchofsuerdæ 5. Septemb. A. C. M. DC. XX.

## CAPVT CLIX.

### *EIVSDEM SERENISS. DOMINI ACHILLIS NOSTRI SAXO-GERMANICI AD FREDERICO-VLricum Ducem Brunſuicenſem Epiſtola reſponſoria.*

Sub dato 23. Octob. A. C. M. D C. X X.

AD Inluſtriſſimi Potentiſſimique Principis ac Domini, Domini Frederico-Vlrici Ducis Brunſuicenſis &c. epiſtolam inclytus atque Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ ſequentibus ferme reſpondere curauit: Percepiſſe nimirum ſeſe, quid videlicet ipſius Cel. propter interpoſitionem Bohemicorum motuum & armorum ſuſpenſionem nuperrime ſibi ſignificauerit. Quemadmodum igitur pacificam ipſius Cel. intentionem hilari fronte intellexiſſe, ita viciſſim ex intimis

cordis

cordis ſui viſceribus maxumopere exoptare, vt eadem quoq; magno cum vniuerſo Reipubl. Chriſtianæ bono, & emolumento exoptatum finem ſortiatur. Si enim vllo vnquam tempore tranquillitatem atq; quietem deſideratam fuiſſe, hiſce potiſſumum irrequietis turbulentiſque temporibus eandem maxumopere eſſe neceſſariam vbi omnia ſurſum deorſumque vergant, & extremum interitum ac excidium minari videantur. Quum autem hactenus nullus certus pacificationis modus, quo pacto videlicet omneis adhuc in S. R. Imperio gliſcentes periculoſiſſimæ controuerſiæ tuto commodeque tolli poſſent, præmonſtratus fuerit, neceſſario priorem iſtam factam reſolutionem & grauiſſimas in eadem allegatas motiuas heic repetere, immotam ſuam ſententiam iterum iterumq; in medium proponere, quod nimirum perturbatiſſimis exulceratiſque hiſce temporibus nullum conducibilius ſalutariuſue reperiri remedium, quam vt S. C. Maieſtati periclitanti ſuccurratur, omnis ſuſpecta neutralitas ſeponatur, late ſerpens incendium bellicum in ſuis quaſi cineribus iterum reſtinguatur, & tandem pro virili eo vnice adlaboretur, quo videlicet pacto periculoſiſſima in S.R. Imperio hactenus ſuborta grauamina tuto tolli queant. Omnium ſiquidem præparationum bellicarum fontem atque ſcaturiginem intemperiem eſſe Bohemicam, quam nunquam ceſſaturam, priuſquam ſcaturigo iſta obturata fuerit, omniaque in peſſum ierint.

Interpoſitionem, armorumq; ſuſpenſionem fruſtra iam ſuſcipi, præſertim quũ neutra pars alteri ceſſura ſiet, ſumptus bellici itidem, ob prægrandes inſtitutas præparationes bellicas, in infinitum creuerint, & quemlibet ſub iſta ſuſpenſione victoriam ſuam perſequi, quo tandem res exoptatum ſuum finem ſortiatur. Licet vero de interpoſitione quadam, de quo tamen admodum dubitetur, ſpes quædam poſſet concipi, nihilominus tamen ſeſe apud Bohemos ideo fore ſuſpectum, quod impetratam Cæſareo Regiam commiſſionem contra Marchionatus ſuperioris & inferioris Luſatiæ in humeros ſuos receperit: ideoque etiam Bohemos hancce ſuam pacificam intentionem pro hoſtilitate acceptaſſe, & ob id omnem commerciorum vſum, quem hactenus cum populis Saxonicis exercuerint, ſuis interdixiſſe. Liberum iccirco Sereniſſimæ ipſius Celſitudini relinquere, ad quem ſcilicet ſcopum iſta ſua aliorumque Principum interpoſitio armorumq; ſuſpenſio directa ſiet: ſe vero hac vice ſeſe excuſatum velle, quod pro tempore aliter ſeſe explicare, nec aliud quidpiam in ſe recipere poſſet, præſertim quum de felici exoptatoq; rerum ſucceſſu omnino deſperetur. Alias in ſuperiori Luſatia (addit pro Epilogo Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ) ſeſe duos circulos, cumprimis vero Regiam metropolim Budiſſinum, inferiorem autem Luſatiam vniuerſam occupaſſe, & præſidia ſua vbiuis impoſuiſſe. Id quod ſuam Celſitudinem pro tempore latere noluiſſe.

## CAPVT CLX.

### *EIVSDEM DOMINI ELECTORIS SAXONIAE AD INLVSTRISS. HASSIAE LANDGRAVIVM*

*Reſponſoriales Litteræ.*

Sub dato XXV. Aug. A. C. M. DC. XX.

PEramica noſtra officia &c. Inluſtriſſime Princeps, adfinis, parens atque compater amandiſſime, Dilect. Veſtræ, ſub dato Caſſellis XI. Auguſti, ad nos exaratæ litteræ, nobis XXI. eiuſdem bene ac decenter traditæ fuerunt, ex quibus ſatis ſuperque intelleximus, quid nimirum, ob aduentum & progreſſum Marchionis Spinolæ, Dilect. Veſtra deſideret.

Quemadmodum autem modo dicti Marchionis Spinolæ tripartitas militareis copias prope Mœno-francofurtum aduenraſſe cognouimus, ita pari modo ab aliis quoq; locis præſertim vero ab Archiduce Alberto certiores ſumus redditi, hanc expeditionem Romano-Cæſareæ etiam Hungariæ Bohemiæque Regiæ Maieſtati ab Hiſpaniarum rege hunc in finem tramiſſas eſſe, quo eadem Cæſarea Sua M. in abſque vlla data cauſſa, vlliuſque eiuſdem cognitione deſtitutum, priuatumque regnum & prouincias reſtitueretur, & apud ea tueretur atque protegeretur, quæ Cæſareæ S. M. de iure diuino atque humano legitime competunt, non autem vllus S. R. Imperii Ordo offenderetur, vel quidpiam hoſtiliter attentaretur, quæ vel in relligionis vel profano-politicam pacem impingere viderentur, modo ab aduerſa parte ad iſtiuſmodi hoſtiles conatus nulla anſa & occaſio præberetur, vel in emolumentum Cæſareo-Regiæ Maieſt. conſcriptæ atq; auxilio tramiſſæ militareis copiæ forſitan detinerentur, vel in progreſſu impedirentur, aut vireis cum Cæſareæ M. hoſtibus coniungerentur: quemadmodum abſque omni dubio Sereniſſimus Archidux Albertus, & Inluſtriſſimus Marchio Ambroſius Spinola haſce ſuas intentiones S. Rom. Ordinibus expoſuerunt, & iiſdem, eius rei gratia, à Cæſarea S. M facta aſſecuratio.

Quum itaque Dilect. Veſtræ ſatis ſuperque cognitum perſpectumque ſiet, quantæ enormitates nunc integrum per biennum ab Regni Bohemiæ Ordinibus & incorporatis prouinciis, ſuſceptæ fuerint, & quam indigne iidem Ordines Cæſaream S. M. abſque vlla cauſſæ cognitione reiecerint, alium propria auctoritate elegerint, atque, in eius rei confirmationem, inuſitatas hactenus Confœderationes inierint, cumprimis vero cum iis, qui omnibus temporibus, atque in hodiernum vſque diem pro Archi: & hæreditariis Chriſtiani nominis hoſtibus ſunt habiti. Vice verſa vero quum Dilect. Veſtræ minime ſiet incognitum quo pacto videlicet Romano-Cæſarea Maieſt. vnanimi voce in Regem Romanorum electa, vncta, coronataque, atque ab omnibus Electoribus pro VII. Septemuiro agnitus, & ad ſeſſionem & conclaue admiſſus fuerit. Idcirco nemo mortalium Cæſareo-Regiæ S. Maieſt. forſitan in deteriorem partem interpretabitur, ſi legitimis omni diuino humanoque iure conceſſis defenſionis mediis vtatur, & eo potiſſumum ſerio adlaboret, qua ratione videlicet bene legitimeque imperrata regna atque Prouincias rueri atque conſeruare queat: multo minus de iis ſiniſtre iudicabit, qui, tamquam fideliſſima S. Rom. Imperii membra, Cæſareæ Suæ Maieſt. in ſuis anguſtiis, tribulationibus atque anxietatibus ſuccurrere, & in eo conſeruare conantur, quod nimirum ſaluo iutis titulo adquiſiuit, & eidem Suæ Cæſ. M. nullo diuino neque humano iure detrahi nequit.

Idcirco quum ſuſcepta iſta Marchionis Spinolæ expeditio eum potiſſumum in finem directa ſiet: minime igitur videre poſſumus quur Dilect. Veſtra ſibi ſuiſque ſubditis exinde aliquid periculi metuat, niſi commemoratum toties,

Marchio-

Marchionem Spinolam in progreſſu ſuo impedire, atque adeo ipſamet ſibi ſuiſque ſubditis periculum creare velit. Equidem, noſtra ex parte, ſuſceptam illam iam iam progredientem expeditionem bellicam lubentiſſime præcauiſſemus, & iocundiſſimam noſtram patriam, atque ipſum Sac. Romanum Imperium paci, quieti, tranquillitati, atque concordiæ hilari ſane animo iterum reſtitutam vidiſſemus, modo fideliſſimis noſtris ad: & exhortationibus locus relictus, nec oleum camino, vti aiunt, additum fuiſſet.

Quum itaque modo commemoratis fideliſſimis noſtris monitis laterem lauerimus, Aethiopemque dealbarimus, incentores etiam iſtius Bohemicæ intemperiei incendium illud iam dudum fouerint: itaque ad reſtinguendum illud vires noſtras haud ſatis ſufficientes depræhendimus, ideoque etiam omneis iſtiuſmodi enormitates iam ſuo loco rellinquimus, certa ſpe infallibilique fiducia freti omnia contra noſtram voluntatem facta eſſe, nec nos ad enormes inexcuſabileſque iſtos exceſſus vmquam anſam occaſionemque præbuiſſe. Deus Ter. Opt. Maxumus vbiuis pacifica, bona, ſalutariaque largiatur conſilia, & omnia ad cuiuſuis vtilitatem & emolumentum dirigat.

Interea hæreditariæ noſtræ inſtitutæ fraternitatis atque concordiæ haud erimus immemores, ſed, (modo Dilectio Veſtra ad nullam offenſionem anſam occaſionemque præbeat, & quatenus in propria noſtra prouinciali defenſione, turbulentis perturbatiſque hiſce temporibus, non occupati ſimus) ad litteram vſque nos iſti conformes exhibebimus. Et hæc ſunt, quæ Dilect. Veſtram celare nolumus, eidemque ſimul gratiſſima acceptiſſimaque noſtra officia denuo offerimus. Dabantur Dreſdæ 25. Aug. A. C. M.DC.XX.

## CAPVT CLXI.

### *ALBERTI ARCHIDVCIS AVSTRIAE AD EVMDEM DOMINVM, HASSIAE LANDGRAVIVM, Mauritium Littera.*

Sub dato 6. Aug. A. C. M.DC.XX.

INluſtriſſime Princeps, adfinis ſuauiſſime: Poſtquam Hiſpaniarum Rex & nos, proh dolor, ipſo facto percepiſſemus, Romano-Cæſaream Maieſtatem, atque adeo totam laudatiſsimam domum Auſtriacam cottidie eo magis magiſq; innocentiſſime infeſtari: icciteo ſummam iſtam iniuriam haud diutius tolerare potuimus, ſed, iuxta noſtram obligationem, commemoratæ Cæſ. M. formatum aliquem exercitum, contra Electorem Palatinum & rebelles, in auxilium mittere neceſſum habuimus: quemadmodum etiam eiuſdem adpropinquantem progreſſum Dilect. Veſtræ ſignificare, eamdemque pariter rogatam volumus, vt, ſua quidem ex parte, laudabiliter commemoratæ iſti Cæſ. S. Maieſt. (cuius iuſtiſsima cauſſa etiam toti terrarum Orbi Meridiana luce clarior exiſtit, & eiuſdem Bohemiæ Regnum ab Electore Palatino contra omnia diuina humanaq; iura, illegitimo prorſus modo detinetur, Dilectioni autem Veſtræ neque ab Cæſarea S. Maieſt. neque à tota laudatiſſima domo Auſtriaca ad vnicam etiam offenſionem

vnquam nulla data fuit occaſio); omnibus modis ſuccurrere vel ad minus tamen dicto iſti Electori Palatino, aliiſque Cæſareæ S. M. rebellibus nullam opem, auxilium vel adſiſtentiam, ſub quocumque etiam prætextu ad id inuitetur, præſtare haud grauetur. Vice verſa tam regis Hiſpaniarum, quam noſtro etiam nomine Dilectioni Veſtræ pollicemur, ſi Cæſareæ S. M. opem ferre, vel ad minimum neutri parti addicta eſſe velit, nec vniuerſali domus noſtræ negotio ſeſe obpoſuerit; quod tum noſter exercitus, & vires bellicæ, quas iam, vel impoſterum contra toties nunc dictum Electorem Palatinum ducturi ſumus, neque Veſtrã Dilect. neque eiuſdem ſubditos in minimo etiam offendere, vel aliquid hoſtiliter contra eoſdem moliri debeat. Nos quoque non dumtaxat cum Dilect. Veſtra in bona amicitia atque Correſpondentia adhuc diutius vitam noſtram, Deo volente, continuaturi ſumus, verum etiam illi ſuiſque omnibus (quemadmodum Dilect. Veſtra à docto Dilectoque noſtro Conſiliario Gerardo Putzio I. V. Licentiato, cui non ſecus, quam nobiſmetipſis plenariam fidem adhibere velit) obligati erimus & manebimus. Dabantur Mariæ montii 6. Aug. A. C. M. D C. X X.

## CAPVT CLXII.

INterea, poſtquam Marchio Ambroſius Spinola in Superiorem Germaniam cum exercitu ſuo perueniſſet: ſubſequentes litteræ inter Cæſaream Maieſt. aliosque S. Roman. Imperii Electores, Principes, & Ordines commutatæ fuerunt.

### *S. CAESAREAE MAIEST. AD REVERENDISS. DOMINVM ELECTOREM MOGVNTINVM Litteræ.*

Sub dato I. Iun. A. C. M. D C. X X.

FERDINANDVS II. DEI GRATIA, Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus &c. Reuerendiſſime Elector &c. Quam anxie nobis & vniuerſæ coanguſtatæ Reipubl. curæ cordique ſiet, vt periuro iſti in noſtro regno Bohemiæ excitato & nunc in alia quoque noſtra regna, hæreditariaſque prouincias ſerpenti ac magis magiſque adcreſcenti incendio, vbi omnis ferme reſpectus debiti obſequii & homagii ab inferioris Auſtriæ noſtris ſubditis it perditus, ſuccurratur & reſiſtatur, id Dilect. T. facilime colligere poterit.

Supra omnes autem ſuſceptos labores, ad intentionem noſtrã modo commemoratam impetrandam, adhuc duas illas, à Dil. T. ad intimum noſtrum Conſiliarium, & S. R. Imperii Vice-Cancellarium Ian-Lodoicum von Vlm nuperrime perſcriptas, difficultates depræhendimus. I. Electorem Saxoniæ in deliberationem traxiſſe, num videlicet nota proſcriptio, abſq; vlteriori cum cæteris Septemuiris communicatione, ſuadenda ſiet, nec ne. II. Quod inter modo commemoratum laudatiſs. Dominum Saxoniæ Electorem, & Sereniſs. Bauariæ Ducem, ſiniſtræ opiniones coinciderint, quæ tamen Dil. T. iam pridem detectæ fuerint, quemadmodum ex paullo ante dictis litteris ſatis ſuperque intelleximus.

Quo melius autem iſtiuſmodi difficultates remoueantur & imminentia pericula

pericula abſque vlla mora præcaueantur: iccirco Inluſtrem Generoſumque noſtrum, & S. R. Imperiii fidelem dilectum Cubiculiarum hæreditarium, Ian-Georgium Comitem Hohenzollerenſem & Sigmaringenſem, aurei velleris Equitem, Conſiliarium noſtrum intimum, aulicique Conſilii Præſidentem, ad Sereniſs. Electorem Saxoniæ, Bauariæque Ducem illico ablegauimus, ſumma indubiaque ſpe & fiducia freti ipſos tamdem promiſſos & Mülhuſii decretos ſuccurſus nobis præſtituros. Quum autem S. R. Imperii Conſtitutionibus conformem proſcriptionem, eiuſdemue exequutionem libenter promoram videamus: attamen pro ratione temporis nondum ſcire poſſimus, quid ante commemoratus Comes in hoc puncto apud Saxoniæ Electorem perfecerit, nobis & obpreſſæ Reipub. vero minima etiam mora rebus ſic ſtantibus admodum pernicioſa fiet: iccirco, modo vt ambages, quantum quidem fieri poterit, præcaueantur, Dilect. T. per copiam & peculiarem hunc curſorem fideliter communicamus, quid videlicet paullo ante dicto Comiti Hohenzollerenſi & Sereniſſimo Bauariæ Duci ſcripſerimus: ex quibus colligi poterit, quod Dilect. T. & modo commemorati Sereniſſimi Ducis Bauariæ diſcretioni omnia committamus, omnemq; noſtram fiduciam in vos collocemus, & in eo, quid nimirum nobis vel faciundum vel intermittendum fier, adquieſcamus. Sin autem Sereniſſimi Domini Electoris cauſſæ motiuæ perpendendæ videbuntur, adeo vt abſque Electoralis Collegii deliberatione & decreto proſcriptio locum habere nequeat: in eo caſu Dilect. T. clementer rogamus, oramus, & obteſtamur, vt omnia ſua conſilia & actiones eo dirigat, quo abſque vlla mora toties dicta Proſcriptio in effectum deducatur, & pro virili promoueatur. In eo Dilect. T. non minus, quam hactenus, in arduis difficillimiſque S. R. Imperii negotiis, ſollicitudinem, curam, atque fidelitatem ſuam toti terrarum Orbi manifeſtabit: id quod nos Cæſareo-Regia clementia Dilect. T. cui alias & bene cupimus & fauemus, recompenſaturi ſumus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna I. Iunii A. C M.DC.XX. Regnorum noſtrorum, &c.

FERDINANDVS.

IAN-LODOICVS von Vlm.

Ad mandatum S. Cæſ. Maieſt.
proprium.

## CAPVT CLXIII.

## *EIVSDEM S. CAES. MAIEST. AD COMITEM HOHENZOLLERENSEM EPISTOLA.*

Sub dato I. Iulij A. C. M.DC.XX.

FERDINANDVS &c. Generoſe, perdilecte, fidelis &c. Quanto magis intereſt, vt hactenus in Bohemiæ noſtro exortum, lateque ſeſe diffundens periurum incendium extinguatur, atque eius rei gratia ne horulæ quidem ſpacium negligatur:

ſigatur: tanto curioſiores ſumus, vt omneis difficultates, quæ promiſſum ſuccurſum vel retardare, vel impedire poſſent, abſque vlla mora remo[illegible]tur. Et illud ſane principalis cauſſa fuit, quod te ad Sereniſs. Elect. Saxoniæ, Bauariæque Ducem ablegauerimus, &, veluti tibi minime ignotum eſt, peculiareis aliquot curſores in Belgium, ad maturandum Burgundicum ſuccurſum, miſerimus. Sperare igitur nunc volumus te apud Elect. Sax. difficultates iſtas, proſcriptionem & declarationem Cæſaream concernentes, (de cuius promotione, vti itidem bene noſti, res iam potiſſumum agitur) remouiſſe, & omneis ambages præſcidiſſe. Sin vero Sereniſsim. Saxoniæ Elector in proſcriptionis iſtius publicationem forſitan conſentire nollet, quæ tamen in Conuentu Mulhuſino ab aliquot Electoribus & Principibus nobis libera relicta fuit, illamque lubentiſsime promotam videremus, quo melius omnis longior rei dilatio præcaueatur: itaque per peculiarem iſtum Curſorem (attamen ſolummodo in dictum euentum) Archiducem Albertũ & Bauariæ Ducem rogauimus, vt nimirũ ſuas hac de re conſiderationes quamprimum Reuerendiſ. Electori Moguntino ſignificando detegant, atque ſimul cum eodem rationes ineant, quid nobis, ante dictæ proſcriptionis declarationiſq; cauſſa vel faciundum, vel intermittendum ſiet. Sin igitur Elector Saxoniæ in ſua opinione perſeuerare, & commemorati Archidux Albertus, Dux Bauariæ vnà cũ Moguntino & Saxone, Septemuiris, ad vnum eundemq; ſcopum collimarent, tunc toties nunc dictum Seren. Electorem Saxoniæ obnixe & peramice rogatum volumus, vt, præmiſſis tuis litteris ad: & exhortatoriis, apud cæteros quoque ſuos Electorales Collegas pro virili præoccupet, rem inſtanter vrgeat & promoueat, ne vlterius detineamur, quemadmodum ex hiſce inſerta noſtratum litterarum ad Moguntinum Electorem & Bauariæ Ducem exaratarum copia aliquanto latius cognoſces. Mandamus etiam atque ſerio tibi iniungimus, vt hunc ad te miſſum Curſorem illico ad Reuerendiſs. Electorem Moguntinum ableges, & quæ apud Saxoniæ Septemuirum atque Bauariæ Ducem effeceris eidem ſignifices, atq; deniq; noſtro nomine vehementer roges, ne minimum etiam horæ ſpacium fruſtra inſumatur, ſed à Dilect. ſua commodiſſima media in continenti ad manus ſumantur, ne, aliquoties nunc dictæ proſcriptionis ſiue declarationis cauſſa, amplius vel diutius propoſitum ſiue intentionem noſtram differre neceſſum habeamus. In hoc ſit quod rei circumſtantiæ & indies magis magiſque adcreſcentia pericula requirere videbuntur. Dabantur Viennæ 1. Iulii A.C.M.DC.XX.

## CAPVT CLXIV.

## *EIVSDEM S. CAES. MAIEST. AD DVCEM BAVARIAE, ET, MVTATIS MVTANDIS, AD ALbertum Archiducem Auſtriæ Epiſtola.*

SEreniſs. Inluſtriſs. Princeps amandiſſime adfinis atque frater: ex incluſione copiæ, quæ per duos curſores ad delegatum noſtrum Comitem Hohenzollerenſem ad Electorem Saxoniæ, Moguntinum, atq; Archiducem Albertum per Cifrã perſcripſimus, Dilect. V. exinde meam ſollicitudinem colligere facilime poterit, & quid nobis, ſin Elector Saxoniæ in ſua opinione & ſententia porro quoq; perſeueraret, ob proſcriptionis promotionem faciundum eſſet: ſed quomodo etiam nunc res ſeſe habeant nos potiſſumum in V. & Archiducis Alberti Dilectionem omnem

ſpem

ſpem & fiduciam noſtram colloeamus, quod nimirum promiſſo ſuo ſuccurſu & auxilio nos tam in ſuperiori Auſtria, quam in regno noſtro Bohemiæ in integrum reſtituere in ſe receperint, & proſcriptionem, eiuſdemue exequutionem in ſe: ſuperiorisq; Palatinatus omnibus modis promouere promiſerint. Quoniã vero ſummũ in mora periculum, hoſtes etiam ope auxilioque ſeditioſorum noſtrorũ ſubditorũ, maiores eottidie vires adquirant, neq; probabile Electorem Saxoniæ, niſi Dilect. V. primum impetum fecerit, te ipſa negotio iſti ſeſe immixturum & in Bohemiam moturum, id quod quidem ſuo iam loco rellinquitur. Inſperato autem caſu, ſin toties nunc commemoratus Seren. Saxoniæ Elector (haud iam conſideratis, quæ per ſupra commemoratum noſtrum legatum, Comitem Hohenzollerenſem, proponi & antea Dilect. V. communicari curauerimus quodq; omnes vlteriores ambages libenter præciſas videamus) in priſtina ſua ſententia vlterius quoque continuare vellet: tum Dilect. V. diiudicandum rellinquimus, an videlicet iſtiuſmodi particularis cauſſa, h. e. num ante deſtinatam proſcriptionem eiuſdemue finalem exequutionem, iuxta Elect. Saxoniæ ſententiam, (quam potiſſimum eo directam eſſe arbitramur vt eius rei gratia ſeſe apud ſuæ relligionis cultores eo melius excuſare poſſet) Electoralem Conuentum, vel petitionem Electoralium conſiderationum, quibus tota etiam æſtas adhuc re infecta inſumi poſſet, permittere debeamus, & contra illius conſilium & conſenſum toties commemoratam proſcriptionem ſiue declarationem Cæſaream ad manus ſumere debeamus? quo facto multi S. Rom. Imperii Ordines Electori Palatino adhuc adhærentes, à ſua defenſione abalienari poſſent: vel an non multo magis metuendum ſiet, ſin contra Elect. Saxoniæ ſententiam cum proſcriptione procederetur, quod forſitan & ipſe eo ipſo abalienari, atque vna cum tota ſua adhærentia, quæ ſane plus quam dimidiam S. Rom. Imperii partem conſtituit, ſeſe à nobis omnino auertere anſam occaſionemque ſumere queat? cum vice verſa, ſin forſitan Conuentus ille Electoralis procederet, Eccleſiaſtici Septemuiri nihilominus maiora obtinere, quibus procul omni dubio Elector Saxoniæ, reſpectu hæreditariæ fraternitatis, ſubſcripturus eſſet, & interea eum proſcriptionis exequutione, (ſin, iuxta nuperas communicatas Burgundicum ſuccurſum concernentes litteras, ope & auxilio adfinium conſanguineorumque noſtrorum, iure belli, diuertendo, & auertendo toties commemoratam proſcriptionem ad manus ſumpſiſſemus) hoſtis debilitari queat. Attamen hoc in tam arduo difficillimoque negotio, abſque V. & Archiducis Alberti dilectione, tamquam, penes Saxoniæ Electorem, præcipuorum noſtrorum auxiliatorum & exequutorum, præſcitu atque conſenſu, quemadmodum hactenus à nobis factum, nihil horum attentare voluimus, ſed dumtaxat ad lucrandum tempus, & in euentum, apud Reuerendiſſ. Septemuirum Moguntinum rem ita diſpoſuimus, vt quamprimum, proſcriptionis eiuſdemue exequutionis cauſſa, quidque nobis vel faciundum, vel, vice verſa, intermittendum ſiet, certiores redditi fuerimus, tum propediem & abſque vlla longiore mora intentionem noſtram ad felicem, vti quidem nobis, Deo iuuante, perſuademus, exoptatumque finem perducemus.

Quocirca Dilect. V. peramice & clementiſſime rogamus, vt, ad rei promotionem, Electorem Moguntinum quamprimum per celerem curſorem certiorem reddat, atque ſuam ſententiam eidem fideliter communicet, quid videlicet nobis,

nobis, ſupra commemoratorum cauſſa, & rebus ſic ſtantibus, vel faciundum, vel omittendum fiet. Quæ etiam nunc nobis Veſtra & Archiducis Alberti Dilect. (quam pari fermè ſtylo modoque per peculiarem curſorem ad rei promotionem inſtigamus & rogamus) vna cum Reuerendiſſimo Septemuiro Moguntino fideliter ſuaſerit, ea ipſa quoque & nos abſque mora aut effectui daturi, vel intermiſſuri ſumus: præſertim cum confidamus Electorem Saxoniæ, ſi vna cum Dilect. Veſtra ad noſtrorum recuperationem in Auſtria & Bohemia vires ſuas ſimul coniunctura, atque proſperos à Deo Ter Opt. Max. ſperatos ſucceſſus & progreſſus perceptura fiet, minime tum nobis in deteriorem partem interpretaturam, quod in vno dumtaxat caſu (nihil tamen abſque Electoris Moguntini, Archiducis Alberti & Bauariæ Ducis præſcitu & conſenſu) ad lucrandum tempus, ac æſtate nunc ad finem properante, noſmetipſos ita reſoluere neceſſum habuerimus: minime ſiquidem dubitandum Electorem Saxoniæ & Bauariæ Ducem, inuaſione ſemel approbata & tentata, proſcriptionis exequutionem abſq; vlla mora deſideraturos & efflagitaturos eſſe. Id quod Dilect. Veſtræ, tamquam arduum difficilimum, ſummeque neceſſarium negotium, hiſce ſignificare, & eiuſdem conſilium & auxilium ſimul implorare voluimus: cui, vti & hactenus, ita & imposterũ quoque, tamquam amandiſſimo adfini clementiſſime bene cupimus. Dabantur Viennæ *1.* Iulii A. C. M. DC. XX.

## CAPVT CLXV.

### *IOACHIMO ERNESTI MARCHIONIS ONOLTSBACHICI AD REMPVBLICAM MOENO FRANCfurtenſem Litteræ.*

VIce verſa Marchio Onoltzbachicus, Correſpondentium Dominorum Principum & Ordinum Generalis Locumtenens ad Senatum populumq; Moenofrancfurtenſem ſequentem epiſtolam exarari curauit: Non potuiſſe ſeſe, inquit, intermittere, ſiquidem res & ipſa neceſſitas hoc flagitet, quin videlicet ipſis ſignificet quibus de cauſſis cum exercitu Euangelico Correſpondentium Dominorum Principum & Ordinum ad fines ſuos acceſſerit: nimirum veniſſe ſeſe, non offendendi alicuius gratia cuiuſcumque dignitatis, ſtatus & conditionis etiam ille fuerit: ſed dumtaxat ea mente & intentione eo potiſſumum in loco appuliſſe, vt ditionem illam, eiuſdemue incolas, ab omni violentia & iniuria pro virili defenderet, amicitiam & concordiam inter illos Ordines ſartam tectamque conſeruaret: è contra vero eo deuentum eſſe affirmabat, vt iuxta rumores iam dudum exortos, auiſationes haud incertas & admonitiones crebro factas Potentia Hiſpanica Romanum penetrarit Imperium, quem vero in finem, facile coniici poſſe. Cum ergo cunctis & ſingulis tam magni nominis quam infimæ ſortis gentilibus ac patriotis vigilare, ſe ſuos ſuaq; diligenter curare iamiã neceſſum ſit, tũ vero maxime cum ex nunciis haud incertis acceperit Marchionem Spinolam impreſſionem quandam grandem aduerſus ciuitatem Francofurtenſem moliri, qua occupata in illam ſedem belli, illis in oris, transferre cupiat. Quamobrem ex ſingulari beniuolentia, affectione atque cura vniuerſam illam Rempublicam, tam ciues

quam

quam pertinentes ſuos admonitos velle, vt tam ſibi quam ciuitati ſuæ tanquam boni patriotæ Orthodoxæ Auguſtanæ Confeſſioni addicti prudenter prouidere atque proſpicere velint, vt ipſi cum ſuis liberis & vxoribus, expertes, immunes & liberi poſſint ab eo, quod iamdudum multis aliis obrigit ciuitatibus, nimirum vt ſaluifica pura Euangelii doctrina atque Religionis libertate non ſolum quo ad ſuas perſonas priuentur & in ſeruitutem reponantur, verum etiam per cauſationem illorum, (quod tamen abſit) alii viciniOrdines in extremas anguſtias præcipitari poſſint: de quo (quamuis inſperato caſu) ſuo tempore inprimis Deo ipſi, ſuæ ipſius poſteritati & aliis vicinis rationes grauiſſimas aliquando reddituri ſint.

Viceuerſa vero, de illis cunctis & ſingulis, præſertim cum illa in re & temporalis & æterna ipſorum ſalus conſiſtat, tanquam de ingenuis patriotis melius & ſentire & ſperare, ideoque ex concepta fiducia iſta permotum vt ciuitati cum ſuis quas ſecum haberet copiis ſua deferret auxilia & vſquequo in illis perſeuararet locis, illis pro poſſe ſuccurſurū, præterea in maiorem ipſorum ſecuritatem ſi præſidiarios ſiue paucos ſiue plures, in longius ſeu breuius tempus illi petant prout illis conſultius aut conducibilius viſum fuerit, abſque magnis eorum ſumptibus hiſce periculoſiſſimis temporibus ad teſtandum benignitatem & affectionem ſuam ciuibus, petitioni illorum ſatisfacturum, & conſequenter etiam in vicinis locis iuxta intentatas comminationes certiſſima ruina excidiumque totale auertatur. Ac denique hæc omnia accuratius perpenderent: pericula ante oculos verſantia & ante fores expectantia ponderent, quid ab illis dura neceſſitas pro conſeruanda libertate ſua requirat & exigat, vt Deo, poſteritati omnibuſque aliis vicinis pacis amantibus ſatisfacere queant, ſummo ſtudio hortatus eſt.

## CAPVT CLXVI.

## *MARCHIONIS AMBROSII SPINOLÆ AD MARCHIONEM DVRLACENSEM LITTERAE.*

Sub dato *IIX.* Auguſti A. C. M. D C. X X.

DOmine ac amice Dilectiſſime &c. Poſtquam cum copiis militaribus, quæ in auxilium pro Romano-Cæſarea Maieſtate, domino noſtro clementiſſimo, à Sereniſſimo Inluſtriſſimoque Principe ac Domino, Domino Alberto, Archiduce Auſtriæ &c. in Burgundiæ inferioris ditionibus conſcriptæ ſunt, hiſce in oris appulerimus; intermittere non potuimus nec debuimus, quin illud Dilect. V. ſignificaremus, &, quemadmodum à Cæſarea S. M. nobis clementiſſime iniunctum eſt, non dumtaxat neminem mortalium ex Dilect. Veſtræ ſubditis læderemus vel offenderemus, ſed multo potius omnem bonam Correſpondentiam, amicitiam atq; integritatem cum iiſdem aleremus, modo, quemadmodum minime dubitamus, ſimile fiat ab ipſis, & vel Cæſareæ Maieſtati in tam iuſta cauſſa auxilium opemque præſtent, vel ad minimum tamen neutrales ſeſe exhibeant. Quo in caſu igitur Dilect. Veſtræ, loco & nomine Romano-Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſſimi, conſtanter, ſerioque pollicemur, eamdem ab hocce noſtro exercitu neutiquam infeſtatam iri: quemadmodum Dilect. Veſtra à Strenuo per-

 fideli

Digitized by Google

fideli noſtro dilecto, Gerardo Putzio, Sereniſs. ipſius Celſ. Archiducis Alberti Conſiliario (cui non ſecus, quam nobiſmetipſis fidem habere velit) aliquanto latius cognoſcet: cuius reſponſionem ſiue reſolutionem quamprimum expectamus, eamdemque diuinæ protectioni commendamus. Dabantur in Caſtris ad S. Sebaſtian-Engers 8. Auguſti A. C. M. DC. XX.

Dilect. Veſtræ
Officioſiſſimus
Ambroſius Spinola Marchio Seſtanus.

## CAPVT CLXVII.

### *EIVSDEM MARCHIONIS SPINOLAE AD S. P. Q. MOENOFRANCFVRTENSEM EPISTOLA.*

PAri modo idem Marchio Ambroſius Spinola, ſtatim ab initio ſui progreſſus, ex ſupra commemoratis caſtris, 23. die Auguſti An. C. M. DC. XX. ad Inluſtrem Rempublicam Mœnofrancfurtenſem (*quæ mihi Lundorpio, Actorum horum S. Ro. Imperii publicorum Interpreti, Patria rara, aſt chara tamen: quibuſuis enim de me male inibi meritis, & forſitan tanto Sympatriota indignis lubens heic indulgeo, &, Chriſto iubente, nephas remitto*) ſequentis tenoris epiſtolam ablegari curauit: Seſe nuperrime ex Caſtris ipſos per litteras certiores reddidiſſe, quo pacto Sacra Rom. Cæſar. Maieſtas ipſi quam clementiſſime iniunxiſſet ipſam videlicet Senatum, ciues, incolas atque ſubditos Francofurtenſes per exercitum illum inferiori in Burgundia ad ſeruitium Cæſ. Maieſtat. conſcriptum nulla ratione moleſtare aut offendere, ſed potius iis cum ipſis bonam Correſpondentiam amicitiamque colere, ſiquidem, quod hactenus feciſſent, in ſuæ Maieſt. Cæſ. humillima deuotione atque obſequio permanſuri eſſent, id; quod Burgimagiſtri atque Senatus grato acceptaſſent animo, penes hoc etiam per ablegatos ex medio illorum ipſi notificaſſent neceſſitatem ciuitatis ſuæ aliaſque cauſas graues hoc exigere, vt ab illo appropinquante exercitu eiuſdemq; tranſitu, quamdiu in ſuperioribus hiſce Imperii partibus permanſurus eſſet ipſis parceretur & aſſecuratio ſufficiens in optima forma daretur. Mandatis ergo Cæſareis clementiſſimis obtemperandum merito, cauſaſque illorum allatas non contemnendi momenti iudicaſſe, & cumulatiue ablegatis illorum ſatisfacere voluiſſe: Vt, quemadmodum principales eorum, vti hactenus, ita quoque in poſterum in debito humillimo obſequio Cæſaream erga Maieſtatem perſeuerare declaraſſent ſeſe atque reſoluiſſent, ſic reciproce & viciſſim veraciſſimis ſuis verbis & fide data ipſis polliceri, ſpondere atq; promittere, quod ciuitatem Francofurtenſem omneſque pertinentes ad illam, cum bonis & facultatibus eorum hoc cum exercitu minime nulloque modo molestus eſſe, ſed ipſis, quantum quidem fieri poterit, parcere velle, nec vnquam ipſos de receptione exercitus ſui in vrbem ſollicitaturum, neque minimum hoſtilitatis aut violentiæ erga illos ſuſcepturum eſſe, id quod ſibi diffidere nullo modo velint:

*NB Mich. Gaſp. Lundorpi Hiſtoriographi in Deo Ter Optumo Maximo exultantis, & de aduerſariis atque calumniatoribus ſuis triumphantis, Patria.*

CAPVT

## CAPVT CLXVIII.

## *ALBERTI ARCHIDVCIS AVSTRIAE AD EANDEM REMPVB. MOENOFRANCFVRTENSEM Littera.*

NOn longo poſtea interuallo in periculoſiſſimis illis tumultibus & machinationibus bellicis Sereniſs. atque Inluſtriſs. D. Archidux Albertus, cum pro certo compertum haberet ciuitati Francofurtenſi varias & quidem ſiniſtras cogitationes ob Impreſſionem hanc & militares Cæſareanas copias fuiſſe ſubminiſtratas ad maiorem ſyncerationem ſub dato 20. Auguſti ad ciuitatem Francofurtenſem eiuſmodi literas ablegari curauit.

Certo videlicet Sereniſs. Celſit. Archiducalem percepiſſe, quas imaginationes contrarias propter præparationes iſtas bellicas à laudatiſſima domo Auſtriaca, non quidem ſua ſponte & libera voluntate ſed coactè ad defenſionem Cæſareæ Maieſtatis & Dil. ſuarum ſuſceptas atque ob copias iſtas militares ſub Ductu Marchionis Spinolæ iam in progreſſu exiſtentes, illi præconceperint, quare aſſecurationem ſuam illis præbere velle prædictas copias ad Cæſ. S. Maieſt. & Dil. S. pertinere, & Seren. S. Celſit. Archid. tuto fidendum eſſe quatenus ciuitas illa Maieſtatis Cæſar. deuotionem & obſequium ratione præſtiti iuramenti continuauerit, nihil hoſtilitatis aut aduerſi erga ipſam tentatum iri, fore vt prædictus Marchio, ſi qui de facto, per vim & violentiam illam oppugnare audacter præſumpſerint, eatenus contra horum conatus illam tueatur, defendat, eidemque realem præſtet obedientiam.

## CAPVT CLXIX.

## *CAESAREAE MAIEST. AD EVMDEM S. P. Q. MOENOFRANCOFVRTENSEM EPISTOLA.*

PRiuſquam vero cum exercitu ſuo Marchio Spinola in progreſſu eſſet: Inuictiſſimus, Glorioſiſſimus Roman. Imperator ad ciuitatem Francofurtenſem hunc exercitum concernentem huius tenoris & argumenti Epiſtolam ſub dato vltima die Iunii quam clementiſſime ablegari iuſſit:

Cæſaream nimirum ſuam Maieſtatem quam clementiſſime ipſam certiorem reddere voluiſſe, quo pacto neceſſitate cogente, conceſſa legitima defenſione cauſata atque permota eſſet, ſiquidem à regni ſui atque Electoratus Bohemici toti mundo manifeſtis rebellibus eorundemque aſſeclis, & pariter ab ipſorum putatitio ſubrogato; nouo, illegitimo capite promulgata & in Romano Imperio publicata mandata, iuſſa & diſpoſitiones per contemptum negligerentur, contra Suam Cæſaream Maieſtat. tanquam ordinarium iure ſucceſſionis receptum coronatum atque inueſtitum Regem ſimulque Electorem Bohemicum, vt oculotenus apparet, in dies maiori & potentiori aſſiſtentia



Digitized by Google

corroborante, ipſam ad conſeruandam læſam ſuam Cæſaream reputationem, recuperationem ſui, perículoſæ & malæ conſequentiæ ergo penes aliorum Gentilium & amicorum beniuolam aſſiſtentiam etiam in Domus ſuæ inferioris Burgundiæ Ducatu exercitum collegiſſe, qui primo quoque tempore ad loca ſibi deſtinata aduenturus eſſet. Quare quam clementiſſime velle admonitam, ne quas imaginationes contrarias concipere, ſed potius Cæſ. S. Maieſtatis verbis confidere velit quod neq; cum prædicto exercitu in inferiori Burgundia conſcripto, neque cum aliis copiis auxiliaribus aduerſus in anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo conſtitutam pacem publicam & in annis ſubſequentibus milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto & ſexageſimo quarto eiuſdem declarationem nihil attentare, ſed potius Celſitud. noſtram & penes ipſam ſalutares Imperii Conſtitutiones, iuratam pacem Religionis & prophanam conſeruare & noſtra per media licita recuperare, inſuper etiam allegatas modo Imperii Conſtitutiones & pacem Religionis in ſpecie, id quod in nuperrimo Mulhuſino habito conuentu à prædictis deuotis noſtris pacis amantibus Electoribus atq; Principibus vtrique Religioni addictis receſſum atque concluſum eſt, neminem illorum Electorum aut Principum aut quemcunque Imperii ordinem, in ea aut turbare aut moleſtare, niſi ille hoſtibus noſtris aſtiterit aut partes illorum defendendas ſuſceperit, intentam eſſe: ſed potius vnum aut alterum, prout neceſſitas poſtulauerit, tueri, atque manutenere, multo minus S. R. Imperio Germaniæ, noſtræ patriæ. Chariſſimæ libertates ſuas adimere aut debilitare velle.

## CAPVT. CLXX.

## AMB. SPINOLAE ALTERA AD REMPVB. MOENO-FRANCFVRTENSEM EPISTOLA AS-*ſecuratoria.*

Sub dato 23. Auguſti A. C. M. DC. XX.

NOS Ambroſius Spinola Marchio Seſtanus &c. Ampliſs. Honeſtiſſimiſque Conſulibus & Senatoribus S. Rom. Imperii ciuitatis Mœnofrancfurtenſis tenore præſentium literarum notum facimus: Poſtquam ſuperioribus diebus, ſub dato in caſtris noſtris ad S. Sebaſtian-Engers, ipſis per litteras noſtras ſignificauerimus, quod nobis Romano-Cæſarea M. Dominus noſter clementiſſimus clementiſſime mandauerit, vt ipſis, ſuæ concreditæ ciuitati ac ſubditis, cum noſtris in gratiam & auxilium modò dictæ Romano-Cæſareæ Maieſt. conſcriptis copiis militaribus Burgundicis minime offenderemus, ſed multo potius cum ipſis bonam Correſpondentiam & amicitiam aleremus, modo impoſterum, vti & hactenus quoque, in Cæſarea deuotione conſtanter perſeueraturi eſſent: id quod Conſules ſumma cum gratiarum actione acceptarunt, ſimul tamen nobis fideliter etiam per delegatos ſuos communicarunt, ipſi' ciuitatis neceſſitatem, multis euidentiſſimiſque de cauſſis, requirere vt ſibi de non inferendo damno, vel tranſitu idonee caueatur.

Quum itaque paullo ante commemorato S. Cæſareæ M. Domini noſtri clemen-

clementiſſimi mandato parendum eſſe autumemus, cauſſas quoque iſtas Mœnofrancfurtenſis Reipublicæ legitimas & ipſi æquitati conformes eſſe iudicemus, delegati etiam, loco & nomine ſuorum Principalium, impoſterum quoque in Cæſareæ M. Domini noſtri Clementiſſimi deuotione conſtanter perſeuerare in ſeſe ſanctè receperint. Iccirco, tenore præſentium harum litterarum, non tam verbis, quam fide noſtra, ſanctè itidem promittimus atque pollicemur, quod noſtro cum exercitu commemoratæ iſti ciuitati Mœnofrancfurtenſi, eiuſdem ſubditis, eorumdemue bonis nullo modo nocere, ſed, vice verſa, omnibus modis parcere, ſub nullo prætextu militem illic introducere, nec quicquam hoſtiliter contra ſæpius nunc dictam Rempub. attentare velimus. Et hiſce omnibus ante dicti iſtius ciuitatis Coſſ. & Senatores tuto confidere & adquieſcere poterunt. In fidem præmiſſorum, & rei iſtius maiorem confirmationum, litteris hiſce manu propria ſubſcripſimus, & ſecreto noſtro ſigillo obſignari curauimus: quæ dabantur Weirbornæ in Caſtris, 23. d. Auguſti A. C. M. D C. XX.

AMBROSIO.

Locus Sigilli.

## CAPVT CLXXI.

### *SAC. CAES. MAIEST. AD REGEM DANIAE, IN SIMILI, MVTATIS MVTANDIS, AD CHRIST. DVCEM Luneburg. Cathedrale capitulum Magdeburg. alioſque S. Rom. Imperii Principes, & ciuitatem Lubecam:*

*Littera.*

P. P. Procul omni dubio Dilect. Veſtræ ex vltimis noſtris proxime elapſo M. Iunio ad eaſdē datis litteris perceperunt, quid nimirū verbis noſtris Cæſareis promiſerimus: videlicet quod cum noſtro in inferiori Burgundia conſcripto exercitu, aliiſque ſub vexillis habentibus copiis militaribus auxiliaribus, Cæſaream noſtram reputationem, & illud ipſum quod nobis contra relligionis & Prouincialem pacem, inconceſſo illegitimoque modo ademptum eſt, iuxta S. Rom. Imperii Conſtitutionum & modo dictæ Prouincialis pacis requiſita, recuperare, atque contra iam dictas S. Rom. Imperii Conſtitutiones, in ſpecie vero contra illud, quod in Conuentu Mülhuſino ab aliquot obſequentiſſimis pacificiſque S. R. Imperii Electoribus & Principibus, Vtriuſque in S. Rom. Imperio receptæ conceſſæque relligionis, conclusum atque decretum eſt, nihil attentare, multo minus aliquem Electorem, Principem & ordinem (modo rebellibus noſtris non adhæreant, ſed quiete atque pacifice viuant) in minimo etiam offendere, ſed omneis illos, vrgente neceſſitate, tueri atque protegere velimus, id quod ſupra dictæ ad Dilect. Veſtras exaratæ litteræ aliquanto latius, & ſatis ſuperque teſtantur.

Interea vero ex noſtrorum ad Dilect. Veſtras diſtinctis temporibus allegatorum Commiſſariorum, cumprimis vero Inluſtriſſimi Ducis Iulij-Henrici Lauenbur-

uenburgici &c. & Hieron. ab Elueren, ſubſequenter etiã regni noſtri Conſiliarii aulici Ottonis Melandri I. V. Doctoris obſequentiſſimis relationibus, quemadmodum etiam non minus ex Dil. V. ipſis exhibitis ſcripto comprehenſis declarationibus ſufficienter cognouimus & intelleximus, quatenus videlicet Dilect. V. iuxta commemorationem exortorum in S. Rom. Imperio, præſertim vero in noſtro regno & Electoratu Bohemiæ, eidemue incorporatis Prouinciis, motuum, nobiſcum, & cum noſtra domo priſcam & peramicam iſtam correſpondentiam, iuxta laudabile exemplum laudatiſſimorum vtrimque Maiorum noſtrorum, inuiolatam, ſartam, tectamque impoſterum conſeruare, propagare, omnia grata acceptaq; officia præſtare, atq; tandem erga noſmetipſos ita exhibere velint, vt ipſo facto fidelem, candidum, atque ſyncerum adfinem ſentire debeamus.

Quemadmodum igitur Dil. V. pro tantorum officiorum meritorumque oblatione ingentes gratias perhibemus, ita viciſſim Dil. V. certo ſibi perſuadeant, nos non dumtaxat in oblata iſta Dilect. V. priſca fidelique Correſpondentia conſtanter permanſuros, verum etiam paria humanitatis, beniuolentiæ & clementiæ officia Dil. V. præſtituros. Quamuis autem hactenus nobis nihil gratius acceptiuſque contigiſſet, quam vt ad certum quendam locum nos in perſona propria conferre, adhibitiſq; ibi aliquot S. R. Imperii pacificorum Electorum, Principum, & Ordinum cõſiliis graſſanti iſti intemperiei obuiam ire potuerimus, nihilominus, quum Elector Palatinus, contra omnem ſpem & expectationem noſtram, non comparuerit, iccirco Dilect. V. colligere facilime poterunt, quod, ob diuerſimodas hinc inde in S. R. Imperio excitatas, atq;, abſq; vlla à nobis data cauſſa, cottidie eo magis magiſq; ſeſe extendentes ſeditiones, & ſimiles iſtiuſmodi enormitates noſtra quidem ex parte comparere prohibiti fuerimus.

Nihilominus tamen, modo res paululũ dumtaxat ad meliorem tranquilioremq; ſtatum inclinarent, in hodiernum etiam diem adhuc Conuentum illum promouere, & toties nunc conqueſta remedia pro virili tollere conamur, quo, auxiliante adſiſtenteq; diuina gratia, Germanus candor, ſinceritas, atq; integritas, pax atq; concordia iterum introducantur. Ad Bohemicam autem ſeditioſam iſtam intemperiem quod attinet, procul omni dubio Dil. V. iam ante perceperunt, quod apud noſtros in vniuerſo terrarum Orbe notos rebelles, eorumdem aſſeclas & illegitimo modo electum coronatumque caput neque in Electorali Moenofrancfurtenſi, Ratisbonenſi, & Mülhuſino Cõuentu pacifica interpoſitio locum habere potuerit, ſed vice verſa contra nos ordinario legitimoque modo ſuccedentem, electum, vnctum, coronatumque Regem & Electorem Bohemiæ maiores præparationes bellicas contra nos inſtituerint, in noſtrum hæreditarium Archiducatum Auſtriæ & quaſi in conſpectum noſtrum, ante Viennenſem noſtram Regiam reſidentiam conceſſerint, alia noſtra regna & prouincias ad ſimilem iſtiuſmodi defectionem incitauerint, cum exteris Regibus, Principibus atque proceribus, in ſummum Electorum, Principum, Ordinum, aliorumque Magiſtratuum præiudicium, pernicioſiſſimas periculoſiſſimaſque confœderationes inierint, & ad eaſdem etiam ipſum hæreditarium Chriſtiani nominis hoſtem magnis pollicitationibus atq; muneribus extrema ex deſperatione allicere conati fuerint, atque adeo nobis illud ipſum, contra diuina humanaq; iura, propriis motibus, periuro modo ſubtraxerint, atq; etiamnum hodie, abſq; vlla legiti-

ma præ-

Digitized by Google

na prætenſione, minime perpenſis conſideratiſq; noſtris ad illud Bohemiæ regnum incorporataſque prouincias bene deductis hæreditariis iuriſdictionibus, peſſimo exemplo detinuerint.

Quum itaque res commemorato, haud vero alio modo comparatæ ſient, & à nobis illud, abſque tamen derogatione magis commemoratarum ſalutarium S. Rom. Imperii Conſtitutionum, Religionis prophanæque pacis, vlliuſque etiam Ordinis offenſione, ad recuperationem noſtrorum, legitimo conceſſoque modo ſuſcipiatur, quod nobis, tamquam Romanorum Imperatori, Bohemiæ regi, atque adeo vehementer læſo offenſoque Ordini omni de iure competit, quodque Dilect. Veſtræ in ſimilibus iſtiuſmodi ſubſequentibus caſibus (quos tamen Deus Ter Optumus Maxumus à vobis clementiſſime auerruncato) procul omni dubio minime intermiſſuri eſſent: quemadmodum etiam hoc in caſu Vnus Ordo alteri, multo magis illi omneis & ſinguli nobis, tamquam ſummo ipſorum capiti, omnibus viribus ſuccurrere tenentur, noſq; etiam certo nobis perſuadeamus, Dilect. Veſtras ordine commemorata illa non aliter, quam omnibus modis legitima, omnique iuri & æquitati conſentanea interpretaturas eſſe. Iccirco coram Dilect. Veſtris ſupra allegatas noſtras ſyncerationis litteras iuxta omneis ſuas circumſtantias heic repetimus, ac Dilect. Veſtras peramice & clementer rogamus atque obteſtamur, ne illas aliter atque aliter interpretari, ſed multo potius erga nos noſtra[illegible] domum, cum ſimilibus iſtiuſmodi peramiceis oblatis officiis conſtanter perſeuerare, atque ſupra dictis noſtris rebellibus, eorumdemue aſſeclis & auxiliaribus, quicquid etiam prætendant, ne in minimo quidem opem auxiliumque ferre, multo minus ipſorum auxiliaribus iis in locis tranſitus permittere dignemini. Et hæc Dilect. Veſtris ad candidi, ſynceri, atq; pacifici animi noſtri reuelationem ſignificare voluimus; Viennæ &c.

## CAPVT CLXXII.

## EIVSDEM S. CAESAR. MAIEST. AD CAROLO-HANNIBALDVM A DONA, EPISTOLA.

Sub dato 29. Auguſti A. C. M. DC. XX.

GEneroſe, perdilecte fidelis &c. Litteras tuas, ſub dato 23. Iulij, vna cum reſponſo Brandenburgico, à te reſerato (in quo bene ac decenter feciſti) accepimus, & tua cum expeditione, quam impoſterum quoque eo modo continuare non grauaberis, cum Cæſarea gratia atq; clementia bene contenti ſumus. Intimus noſter Conſiliarius & aulici Conſilii præſes Ian-Georgius, Comes in Hohenzollern hiſce in oris nondum appulit: illius itaque aduentum & expeditionem apud Sereniſſimum Electorem Saxoniæ ſummo cum deſiderio heic expectamus. Iccirco intermittere haud potuimus, quin ad ſuæ Dil. nuperrimo tempore, ſub dato 14. & 15. Iulij, (priorem enim noſtram, ſub dato 12. Aug., reſponſionem proculomni dubio Dil. ſuam accepiſſe autumam*) binas ad nos exaratas litteras reſponderemus: quarum reſponſionem tibi in Originali per peculiarem hunc curſorem tramittimus, eo fine vt in puncto illam Dilect. ſuæ tradere non intermittas. Itaque clementiſſime tibi iniungimus vt, pro tua nobis bene cognita dexteri-

dexteritate & prudentia Dilect. ſuam eo commoueas, vt tandem ipſi⁹ fidei commiſſam exequutionem & impreſſionem inchoet, nec minimum etiam temporis, anno ſic inclinante, prætermittat: ſiquidem omnibus ex circumſtantiis Deo Ter Optumo Maxumo auxiliante, omnibus in locis proſper ac felix rei euentus expectatur. Id quod te, ad tuas nobis bene redditas litteras, celare minime voluimus, & alias cũ Cæſarea gratia atq; clementia tibi, vti & hactenus, bene cupimus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna XXIX. Auguſti A. C. M. D C.XX. Noſtrorum Regnorum &c.

FERDINANDVS.

Ian-Lodoicus von Vlm.

Ad Mandatum S. Cæſ. Maieſt. proprium.

## CAPVT CLXXIII.

## EIVSDEM ROMANORVM IMPERATORIS AD SERENISS. ELECTOREM SAXONIAE LITTERAE

Sub dato 29. Auguſti A. C. M. D C. XX.

FERDINANDVS electus Romamorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Sereniſſime, Amandiſſimeque adfinis & Elector &c. Ex præmiſſa noſtra reſponſione, ſub dato 12. Auguſti, procul omni dubio Dilect. T. percepit, quod videlicet noſtri legati & Comitis Hohenzollerenſis aduentum & expeditionem apud Dilect. T. ſummo cum deſiderio hactenus expectauerimus, & ampliorem noſtram reſolutionem ad ipſius aduentum reiecerimus. Quoniam vero modo commemoratus ille noſter legatus, vti à fide dignis percepimus, aliquanto remotius profectionem ſuam inſtituerit, adeo vt intra aliquot dierum ſpatium, vti ſane metuimus, huc non rediturus ſiet: iccirco ad Dilect. T. ad nos, ſub datis 14. & 15. Iulij, exaratas binas litteras, tenore præſentium harum litterarum, aliquanto latius reſpondere voluimus. Ab initio igitur erga Dilect. T. ob beniuolentiſſimam, fideliſſimam, conſtantiſſimamq; erga nos adfectionem, peramicas gratias agimus. Poſtquam etiam Sereniſſimus Dux Bauariæ (Deo Ter Opt. Max. ſit ſumma laus & gloria) Archiducatum noſtrum ob der Enß iterum ad debitam ſubiectionem reduxerit, præcipuas ciuitates, aditus & munitiones in ſolo littoreque ſitas præſidiis confirmauerit, & vice verſa, ad replendam ſuam armaturam, Ordinum equitum peditumque militareis copias ſacramento militari ſibi obligauerit, & diuerſiones in Bohemiam (veluti Dilect. T. à Sereniſsim. Bauariæ Duce ſine dubio intellexit) inſtituerit: interea quoque conſanguinei & fratris noſtri auxiliareis copiæ, ſub Marchionis Ambroſii Spinolæ imperio, nunc verſus Rheni fluuium progreſſum ſuum maturent, cui Vnionis miles in Imperio ad partem cis Rhenum obuiam proceſſit: adeo vt Dilect. T. nihil omnino periculi, neque à Bohemorum, neque Vnionis exercitu, multo minus ab Anglis, ex Luſatiæ Marchionatu deductis, metuendum, & iſta ſub coniun-

ctione tempus minime negligendum [illegible] iccirco Dilect. T. iteratam [illegible] vice peramice rogamus, vt fidei ipſius conſultæ exequutioni & impreſſioni [illegible] facto, ni iam ante illud factum fuerit, tamdem [illegible]: ſiquidem, vti ſane ex [illegible] bus circumſtantiis apparet, Deo Ter Optimo Maximo aſſiſtente, omnibus in locis bonus effectus præſtolatur.

Ad rebellium & [illegible] proſcriptionem ſiue declarationē vero quod attinet, litteras Dilect. T. ſub dato 14 Iulii [illegible] od rectas eſſe intelligimus, quum iſtius publicatio facienda, atque adeo minime, ſine exiſtimationis reputationiſq; præiudicio, cōducibile vel ſalutare foret, [illegible] exequutionem, quā alia perficiunda negotia rei remoram inficiant, non procedi poſſet, itaque omnia iſta differenda, & multo potius iſtiuſmodi media vſurpanda eſſe, de quibus noſtro Legato mentionem communicationemque fecerit: qui eius rei gratia nos non dumtaxat fideliter atq; deductorio modo certiorē reddidit, verum etiam, iuxta alias particularitates, ex ſua relatione tantum quantum [illegible] Dilect. T nunc, ob iſtam proſcriptionis declarationem, nullum [illegible] Electoralem Conuentum vrgere, atque adeo ipſam fateri, quod illud non [illegible] poſſet, ſed multum eo ipſo temporis inſumptum iri, [illegible] proſcriptionis exequutione iam iam ad manum [illegible], ipſam proſcriptionem ſiue declarationem, abſque vlla Dominorum Electorum & Dilect. T. vlteriori conſideratione, commode in effectum deduci poſſe.

Quoniam autem non minus ex toties nunc commemorati Legati noſtri, Comitis Hohenzollerenſis relatione percepimus, Dilect. T. nos ſerio [illegible] te, vt tamdem Archidux Albertus noſtro rogatu cum ſuccurſu ſuo Burgundico loco moueret & profectionem ſuam in ſuperiorem Germaniam maturaret, id iam ante à nobis factum: verū quū ipſi tota Vnionis potentia in occurſu nō immerito metuenda ſiet, & eius rei gratia proſcriptionis publicationē inſtanter à nobis vrgeat, vt ita ipſius progreſſus non tā promoueatur, quā modo dictæ Vnionis vires ſeparentur: nos etiam Dilect. Suæ antehac publicationem iſtius proſcriptionis tempore ipſius progreſſus (modo illud, vti quidem in ipſa rei veritate haud ſecus eſt, S. Rom. Imperii Conſtitutionibus non aduerſetur) [illegible], Dil. T. inſuper allegat [illegible] quoq; proſcriptionis declarationem quaſi abſque [illegible] lo [illegible] amota ſiet: ita minime videmus, quomodo, ad [illegible] tem Dil. S. [illegible] ſollicitudinem & rogationem, cui quidem grauiſſimum [illegible] incumbit, toties commemorata proſcriptionis ſiue declarationis publicatio, quæ tamen alias [illegible] fieri poteſt, vlterius differri poſſit, vbi tamen noſtra [illegible] ex parte nihil omnino prætermittemus, quo vel T., vel Archiducis Alberti Dilect. exequutio forſitan [illegible] lior reddatur.

A Conuentu Hungarico [illegible] Legati noſtri [illegible] heic appulerunt, [illegible] Gabriel Betlehemius, [illegible] atis periuriſque ſuis aſſeclis, pacem neque init, neque ſanctitam ſeruauit, [illegible] Bohemi [illegible] comprehenderentur: quod iſtiuſmodi hominibus & Electorali Collegio, cui hactenus differentiæ iſtæ ſunt exhibitæ, in ſummum præiudicium, minime [illegible] buiſſemus. Quamobrem res nunc in eo versatur [illegible], Betlehemum, ope & auxilio coniuratorum ſuorum, vehementem quamdam [illegible] obſequioſis [illegible] prouincias incurſionem medicari, quem [illegible] finem [illegible] in vniuerſa Hungaria [illegible]

am adminiſtrationem vſurpat, & iam iam, niſi mox mutarionem in Bohemia experiatur, ad coronam Hungaricam anhelat: qua de cauſſa Presburgo forte præſidium impoſuit, vt traiectum cis Danubium & coronam eo melius adip[illegible] ſet: cui tamen, ope noſtrorum fidelium, tam in Hungaria, quam in no[illegible]is etiam prouinciis, quantum quidem abſque diſtractione noſtri exercitus fi[illegible]erit, pro virili obuiabimus. Optumum autem foret remedium, ſi toties nunc [illegible] exequutio in Bohemia (& quidem quo citius, eo melius) tamdem ſuſc[illegible], vt hoc modo inconſtantes iſtiuſmodi homines in officio retinori, prop[illegible]nac[illegible]lum totius Chriſtianitaris adhuc diutius ſyncere conſeruari, & ſemel p[illegible]o ſem[illegible] recte ſtabiliri poſſet.

*I*n Archiducatu noſtro inferioris Auſtriæ, infidelia quædam mem[illegible]uincialia citius cum hoſte vires ſuas coniungere, quam cum nobis plac[illegible] & reconciliari voluerunr: exinde 14. dierum ſpacium, quod ipſis per Principa[illegible]uinciales patentes litteras ad ſemel reſipiſcendum clementiſſime conc[illegible], [illegible]naniter & contumaciter prætерire paſſi ſunt, quo facto ad e[illegible]dientiamque iſtam pro ſuo merito plectendam nobis ſuffi[illegible]ens data [illegible] occaſio. Penes illa Dilect. T. porro quoque certiorem fa[illegible] D[illegible]æ hodierna vel craſtina luce partem ſui exercitus cum noſt[illegible]is viribus co[illegible]iungere, hoſti recta obuiam ire eumdemque ad prælium ciere conetur. Qu[illegible]noue nunc illud modo cadat, id Dilect. T. quamprimum ſignificari curabimus quemadmodum etiam pari modo Dilect. T. celare non poſſumus, Ducis B[illegible]uar[illegible]æ poſt ſe rellictas & Herbipolenſes militareis copias ad 11. vi[illegible]orum M. [illegible]eſ extenden[illegible] ſeſe nunc coniunxiſſe, quæ omneis Dilect. T. opem auxiliumque [illegible]n bus v[illegible]bus præſtare minime deſiſtent. Quæ omnia Dilect. T. fideliter communicare & per peculiarem iſtum curſorem eidem T. Dil. tramittere voluimus cui n[illegible]ſtram amicitiam, Cæſaream clemenriam, omnemque proſpe[illegible]tatem, v[illegible] & h[illegible]ctenus, ita quoque & impoſterum, ex intimis cordis noſt[illegible] penetral bus vouemus. Dabantur in ciuitate noſtra Vienna 29. Aug. A. C M. D C XX. Re[illegible]orum no[illegible]orum Romani 2. Hungarici 3. & Bohemici 4 Annis.

FERDINANDVS.

Ian-Lodoicus von Ulm

Ad Mandatum S. Cæſ. M[illegible] proprium.

## CAPVT CLXXIV.

### *REVERENDISS. ELECTORIS MOGVNTINI AD S. CAES. MAIESTATEM LITTERAE.*

Sub dato 29. Aug. A. C. M. D C. XX.

CLementiſſime Domine Romanorum Imperator, Cæſaream V. M. humiliſſimo ſtudio celare minime poſſum, quo pacto videlicet ambo Marchionis Eduardi

d[illegible] filii, Spinolianæ caſtra & ſtipendia pro tẽpore ſequentes, hodierna luce pertu[illegible] Statum [illegible] condolio mihi expoſuerunt, & ſimul ſummo ſtudio me rogauerint, [illegible] V. M. adhuc ſemel ipſorum [illegible] nium [illegible] eſſe petem, eoſ[illegible] V. M. recommendarē, vt tandem [illegible] tam Iuſtitiæ in [illegible] Cæſ. V. Ma[illegible] commiſſio vbi ab aduerſa ſua parte [illegible] [illegible]ium in [illegible], [illegible], bonis ſuis abſque vlla mora teſti[illegible]. Quem [illegible] pupillos in hiſce ſuis miſeriis ſ[illegible] cor[illegible] ac [illegible], conſideratis ſuæ omnibus in iuri[illegible] extra omnem ponamus dub[illegible] aleam, Cæſareā n V. M. co[illegible] Eduardi filios non diutius abſque ope & auxilio [illegible] ideirco intermittere nec potui nec volui, quin Cæſ. Veſtram M. denuo humillime rogarem, vt, circunſtantiis iſtis rite ac condolenter per[illegible] is, pupillis, in tam iuſta ipſorum cauſſa clementiſſime ſuccurrere ne dedi[illegible] q[illegible] tandem in ſu[illegible], quæ illis de iure diuino atque humano com[illegible] ambag[illegible]. Quem in finem etiam Cæſ. V. M. [illegible] a me, quam [illegible] etiam Electoralibus meis Collegi[illegible] Interceſſionum (quæ [illegible] Cæſareæ V. [illegible] M. traditas [illegible] eiſdem regia [illegible]. In eo Cæſarea V. M. SS Iuſtitiæ gratiſſimum [illegible], pupillis vero ſ[illegible] Cæſaream præſtat clementiam. Quam [illegible] Dei Ter Opt. Maxi. tutelæ atq. protectioni ſubiectiſſime commendo. Datum [illegible] Moguntiæ 29. Aug. A. C. M. D C. X X.

## CAPVT CLXXV.

### *EXTRACTVS ELECTORALIS MOGVNTINAE RESOLVTIONIS SIVE DECLARATIONIS, INFErioris Burgundiæ militareis copias concernens.*

AD [illegible] Burgundiæ [illegible] man[illegible] habentes [illegible] bellicas quidam quod a[illegible] quæ cotidie ex vulgatibus nouis adferantur [illegible] Cel[illegible] conſtat: Cum vero Princeps ipſe innuat, Electori Palatino cum [illegible] Auſtriaca [illegible], & ita difficilimum hoc bellum eius rei c[illegible] ideirco Elec[illegible] Cel. [illegible] perplexa eſt, & veretur ex [illegible] o[illegible], & vi[illegible] contemnendum periculum creati poſſe. Q[illegible] S. Cel. Pal[illegible] Septem[illegible] varies tam fideliter exhortata eſt, ne ſe[illegible] ceret, ſed multo potius ſibi [illegible] pareret. Quod [illegible] Catholici [illegible] ſua conſilia & actiones eo dirigere debeant, vt, e[illegible] Vlmenſem Receſſum, Palatinatui ex inferiori Burgundiâ vel al[illegible] grauiſſimum diuturnumque bellum intentari debeat. quodque non minus in Electorum, Principum aliorumque Sac. Romani Imperii Ordinum Conuentu Mulhuſino, de præparatione & Marchionis Spinolæ expeditione iſta bellica

 tracta-

tractatũ fuerit, in eo Catholicis ſeniorq; uidẽ fit iniuria: ſiquidem ipſæ [illegible] Electorem Palatinum, quam alios vnitos Euangelicos Ordines [illegible] litteræ ſatis ſuperque teſtantur, quorſum iſte Conuentus potiſſimum [illegible] & quid inibi decretum concluſumque fuerit: quemadmodum Elector [illegible] Archiepiſcopus Moguntinus, Dominus noſter clementiſſimus omnia tam [illegible] no, quam aliis quoque Conuentibus acta & tractata coram Deo [illegible] Maximo atque adeo vniuerſo mundo ſuo tempore excuſare [illegible]. Parimodo probari neutiquam poterit, quod vniti Catholici, vel Moguntiæ congregati Electores, principes, & Ordines vllum alium S. Rom. Imperii Ordinem violenter offendere voluerint: id quod Sereniſs. Dominus Elector Saxoniæ, & Inluſtriſſimus Princeps Lodoicus, Haſſiæ Pater Patriæ, & Landgrauius [illegible] mus ſatis ſuperque teſtantur.

Ad Archiducis Alberti perſonam quod attinet, illa quidem in Vnione Catholica (cuius Euangelici Ordines Vlmæ per Bauariæ Ducem [illegible] diti) neutiquam compræhenſa eſt, neque ab ea dependet: & [illegible] Cel. eidem modo dicto Archiduci quemadmodum & aliis [illegible] domus iuſtam conſeruationem pertinere videatur, neque le[illegible] quicquam præſcribere potis eſt, nec ſuam intentionem, E[illegible] ſuæ Cel. [illegible]tia, dimittet. Similiter & Reuerendiſs. Septemuir Mogunt[illegible] ſpectat ſupra commemoratas militareis copias per Archiepiſcopatum ſuum tranſituras, & illi, quũ Cel. ſuæ cũ Bohemicis motibus nullum omnino intercedat commercium, damnum detrimentumue aliquod illaturas: ſalua ſiquidem conſcientia [illegible] itidem teſtari poterit, neque ipſam Cæſaream M[illegible] neque Regem Hiſpaniarum, neque etiam Archiducem Albertum ad hodiernam quoque ho[illegible] ſiuum pro militaribus ſuis copiis à Cel. ſua petiiſſe: ſimili modo & alii quoque Ordines [illegible]gi neceſſum haberent priuſquam Cel. Sua peteretur. Quum iccirco Reuerendiſs. ipſius Cel., eiuſdemue miſeri ſubditi, aliquot nunc annis magno [illegible] damno, pro dolor, experti fuerint, quantum periculoſiſſimi pernicioſiſſimique iſti tranſitus ſibi incommodauerint, iccirco Cel. ſua in 2. die Octob. Electori Palatino facta reſolutione ſiue declaratione, commemorati iſtius tranſitus gratia, non immerito adquieſcit, &c., auxiliante adſiſtenteque diuino numine Archiepiſcopatui ſuo ita proſpiciet, ne forſitan miſeri ipſius ſubditi cum iſtis & ſimilibus tranſitibus contra S. Rom. Imperii Conſtitutiones, vti hactenus factum, grauentur. Reuerendiſſima quoque ipſius Cel. cum Electore Palatino, tamquam bono ſuo vicino, & cui cum modo dicto Septemuiro Palatino nulla intercedit diſcordia, iuxta Vlmenſis Conuentus Receſſum, omnem bonam exercebit Correſpondentiam, & vehementer admodum dolebit ſin forſitan Palatinatus S. Rom. Imperio abalienaretur, vel ob iura & habentes ſuas libertates in vno vel altero periclitaretur: id quod Reuerendiſs. ſua Cel. multo magis impeditura, quam promotura eſt.

## CAPVT CLXXVI.

### *SERENISSIMI ARCHIDVCIS ALBERTI ANGLICANAE LEGATIONI FACTA RESOLVTIO.*

Sub da-

Sub dato 3. Aug. A. C. M.DC.XX.

EX [illegible] Archiduci Alberto [illegible], Brabantinus Cancellarius [illegible] nis Regis Legatis ad [illegible] propoſitionem hanc declarat [illegible] exhibet: quod [illegible] ex [illegible] Archidux Albertus non [illegible] nendum qui[illegible] promptu habeat, quo Cæſareæ S. M. [illegible] Sereniſſimam tamen. ipſius Cel. Domi[illegible] certo p[illegible] tionem conceptā eſſe, quo videlicet [illegible] taque Domini legati alias in German[illegible] cederent, & in [illegible] andata [illegible] onere neceſſum haberent, iccirco cum Cæſarea S M [illegible] pro [illegible] commoditate tractaturos, & rem eo tamdem d[illegible] Elector Palatinus ſuum quoque adiecturus ſiet calcu[illegible] Promittere [illegible] Dominis Legatis, Sereniſs. ipſius Cel. ad Com[illegible] & pacis [illegible] præſtituram officia, & magno Brit[illegible] uram. Actum Bruxellis 3 Augusti A. C. M D C XX.

[illegible] EXEQVIVR

## CAPVT CLXXVII.

## CAESAREAE MAIESTAT. AD QVAERELAM ORDINIS EQVESTRIS, RHENANO-VVETTERAuici tractus, Reſpo[illegible]

Sub dato 3. Septemb. A. C. M. DC.XX.

AD quærelam Ordinis Equeſtris in Rhenano-Wetterauico tractu Cæſarea S. M. ſequentibus verbis ferme reſpondit: Accepiſſe nimirū Cæſareā S. M. quænam Ordo Equeſtris, tam ſuo, quam ſuorum membrorum nobilium, ſupra iniuriam Correſpondentium militis, ſibi in exhibito libello ſupplici conqueſtus fuerit

A[illegible] uc præclare memi[illegible]iſſe, Imperator dictirabat, quaſnam [illegible] Ordi[illegible] E[illegible] ſynceratione in inferiori Burgundia virium procurararum, præparata[illegible] & [illegible] arum ipſis ſub dato 17. Auguſti anni 1620. patentes tramiſerit, quas [illegible] minime du[illegible] e & iiſde[illegible] cum ſuis membris nobilibu[illegible] ſatis[illegible] maſſe: [illegible] andum animum ſuum pacis amantiſſimum a[illegible] pro [illegible] one & tuitione tam ſuorum, quam [illegible] ipſi[illegible] Guardiæ tranſmittere & de hac re Marchi[illegible]em qu[illegible], S[illegible] iſſe. Ordinis Equeſtris humilimam deuo[illegible]onem & promptitudin[illegible] atque o[illegible] a clementia ſua Cæſarea proſequi & compenſare velle. Ipſos quod [illegible] clementiſſima ſyncerationis exhibitione ipſorum poſtulatis humilimis [illegible] quos paterne pariter ac clementiſſime admonitos velit, vt ad imitationem proauorum ſuo[illegible] in Cæſarea deuotione conſtantiſſime perſeuerent. Plane vero e[illegible] reſpiciendum & ſumma diligentia perpendendum, vt ſupra dicta cum ſynceratione & ſalua guardia

 camo-

ea moderatione vtantur, ne membra illa nobilia quæ rebellioni iſti Bohemicæ participarunt, aut in noui illius capitis illegitime ſubrogati ſeruitio deprehendantur, ſiue in quauis alia dependentia inueniuntur pari modo cum deuotis abſque diſcrimine vti frui poſſint

## CAPVT CLXXIIX.

## *EIVSDEM CAESAREAE MAIESTATIS PRO SALVA GVARDIA COPIA.*

SAluam igitur Guardiam, cuius mentionem modo fecimus, Cæſar cum prædictis tramiſit & coniunxit literis, die, menſe vt infra, cuius tenor & [illegible] ſere ſequitur in hæc verba: Nos Ferdinandus II. diuina fauente clementia Romanorum Imperator electus, & ſemper Auguſtus, Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ac Sclauoniæ Rex, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Wüttembergæ, Comes Tyrolis, &c. gratiam noſtram Cæſaream & ſalutem impartimus, & tenore præſentium, ſingulis & vniuerſis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus Prælatis, Comitibus, Baronibus, Proceribus & nobilibus & cæteris S. Rom. Imperii membris, Magiſtratibus, ſubditis & fidelibus, cuiuſcunque nominis, dignitatis, exiſtimationis. nec non ſingulis & vniuerſalibus Generalibus Campi Mareſcallis, Ducibus, Capitaneis, Equitum tribunis, Ordinum Ductoribus, Signiferis, Prætoribus, [illegible] militaribus, notum facimus, quod grauiſſimis ſeriiſque admodum de cauſis animum noſtrum Cæſareum inducentibus, (præterquam & alias omnes noſtri & S. R. Imperii deuoti Ordines & ſubditi cum pertinentibus illorum, in noſtra, tamquam Romani Cæſaris & communis ſupremi Capitis tuitione, protectione, & deuotione exiſtant communiter) noſtros & [illegible] videlicet Rhenani & Wetterani tractus fideles atque deuotos Equites & Nobiles, nec non ad eundem diſtrictum loca pertinentia equeſtreſque Capitaneos, [illegible] & Conſiliarios, cum omnibus ſeu originis ſeu domicilij ratione illis addictis ſubditis, tam quoad perſonas quam fortunas ſuas ſiue in feudis ſiue in proprietatibus, in hominibus, dominiis, caſtellis, vicis, pagis, molendinis, xenodochiis, thermis, balneis, prædiis, aulis, ouiariis, cum omnibus priuilegiis, immunitatibus, iuribus, cenſibus, reditibus, vſufructibus illa habeant, &c. (vti prædicti Equites & Nobiles iſta omnia tanquam bona feudalia & Reuenditionis, pignoris, [illegible] quoque bonorum, mobilium & aliarum rerum ratione nihilo excepto poſſident) in Noſtram atque S. R. Imperii peculiarem deuotionem, tuitionem, protectionem & Saluam Guardiam receperimus & acceperimus. Idque quod etiam [illegible] efficacia præſentium litterarum eos taliter recipiendo & accipiendo, facimus atque declaramus, volentes vt prædicti Equites & nobiles cum perſonis quæ ipſis attinere videntur: in territorio eorum vbi habitauerint & ſubiectæ illis fuerint, tum quoad capita, facultates, feuda & proprietates, dominia, ædes, [illegible]tias, aulas, pagos, villas, vicos, homines, iura, vſufructum, priuilegia, immunitates & poſſeſſiones, quas prædicti habent cum omnibus pertinentiis ſuis, nihilo excepto ſub & in tali Noſtra & Sacri Rom. Imperii peculiari

deuotione, protectione, ſcuto, & Aquilæ Cæſareæ Salua Guardia, [illegible] atq; ſecuritate, d[illegible] ante hac in S. R. Imperio [illegible] rerum, omnia itidem & ſingula iura, libertates, [illegible], [illegible]lumenta & profectus [illegible] ta-liter & non aliter, qua[illegible] alii [illegible] & S. R Imperii ordines & ſubditi tali Sal-ua Guardia do[illegible] gaude[illegible]unt, iidem gaudeant atque fru-antur, ita tam[illegible] transf[illegible] quam familiæ noſtræ copias cibaria commeatumque ſ[illegible] ita, debito modo adiuuent atque promoueant.

E[illegible] quo noſtra hæc Cæſarea protecti[illegible], [illegible] & Salua Guardia innoteſ-cat omnibus, atque eti[illegible] perducatur effectum, prædicto Equeſtri Or-dini Noſtram carenus impartim[illegible]s c[illegible]fer[illegible], concedimus plenipotentiam, quatenus illi pro [illegible] ubitu bonoru[illegible] & hominum ſuorum neceſſitate, ſiue per ſeſe ſiue per mand[illegible]s ſuos [illegible] in loco & [illegible] in caſtro aut reſidentia ſua aut vbicunque præſentes [illegible]uerint, ſiue etiam [illegible] poſſeſſionibus ſuis, vtpo-te villis, prædiis, [illegible], Aquilam noſtram Cæſa[illegible], tam S. Rom. Imperii quam Noſtrorum [illegible] & ditionum [illegible]a, vni[illegible] & ſingula in teſtimo-nium noſtræ protectionis, tutu[illegible] & Saluæ Gu[illegible]æ, vbicunque locorum illa S. R. in Imperio inſinuantur atque publica[illegible]r, vt plenar[illegible] ipſis atque ipſi auto-grapho ſeu formæ authenticæ fi[illegible] & pareatur.

Mandam[illegible] igitur Dil. Veſt. & vobis vniuerſis & ſingulis de noſtræ Roma-næ regiæ ple[illegible]dine poteſtatis ſerio [illegible], volentes v[illegible] Equites & Nobiles, iiſdemque a[illegible]ictos, & quæui[illegible] ſpe[illegible], [illegible], non offendere, & contra hanc Cæſaream protectione[illegible], tuit[illegible]one[illegible], & [illegible]am Guardiam, non turbare, arre[illegible]m non facere, neminem comprehendere, com-prehenſum captiuare, mulctare aut pœnis afficer[illegible], ſpoliare, adeo vt illi o[illegible]neſ-que eorum addicti cum pertinenti[illegible] ſuis ſecuri in ſua poſſeſſione permaneant. Contrarium vero facientes ſi qui fuerint vltra indignationem noſtram Cæſaream in quam ob hoc nouerint ſe grauiter incurſuros, quinquaginta nimirum mar-chas auri puri noſtro & Romano Imperio ſeu Regni fiſco componant, ipſarum videlicet medietatem noſtræ Cæſareæ Curiæ & te[illegible]quam ipſis Equitibus & No-bilibus i[illegible]rem [illegible]biliter applicandam. Hoc ſerio d[illegible]ce[illegible]nimus. In q[illegible]um om-nium [illegible] iſtas litteras Sigilli noſt[illegible] Cæſarei impreſſione corrobora[illegible]mus. Da[illegible]ntu[illegible] in vrbe noſtra Vienna 3. Septe[illegible]. A. C. M. DC. XX. Regno-rum noſtrorum, [illegible] II. Hungarici III & Bohemici IV.

## CAPVT CLXXIX.

### *EIVSDEM ROMANORVM IMPERATORIS, PRO SALVA GVARDIA ORDINIS RHENANO EQVE-ſtris, Litteræ.*

PAri ratione Cæſar, [illegible] S[illegible] Guardiam, vti modo dictum, tramitteret, ad Marchionem quoque Spinol[illegible] ob tuitionem ipſius literas tales ablegari cu-rauit.

Poſteaquam vires illas inferiori in Burgundia procuratas & præparatas [illegible] addu-

adduxiſſet, tunc procul dubio ex Dil. ſuarum, Archiducis Alberti literis ipſ[illegible] percepiſſe: prætereа ſeſe etiam ad nonnullos S. R. Imperii deuotos Ordines [illegible]tiraſſe, Cæſar aiebat, neminem nimirum per introductum hunc exercit[illegible]m, [illegible] prius offenſione cauſata, offenſum iri, ſperare igitur Cæſ. S. Maieſt. ip[illegible]m S[illegible]nolam & alios ſuæ iuriſdictioni ſubiectos Duces iſta probe conſider[illegible] e[illegible] cum igitur ſuperioribus diebus proxime præteritis, S. R. Imperii Equites ac [illegible]biles præſentiam ſuam Cæſaream accedentes, ipſam pro ſupremo C[illegible] limo cum obſequio agnouerint, aſſiſtentiam ipſis, ratione muneris Cæſa[illegible] denegare non potuiſſe, & Saluam Guardiam ipſis communicaſſe & tranſmi[illegible]le igitur atque iubere vt iſtos equites & nobiles, qui hactenus rebellium B[illegible]morum, & noui iſtius ſubrogati capitis partes ſectati fuiſſent, probe ob[illegible], contra illos & bona illorum talia moliatur, quæ debitum Cæſare[illegible] & exigat obſequium, & vice verſa deuotos ſecundum tenorem Saluæ Guar[illegible]tetarum protegat atque tueatur: læſos quoque Equites, quorum p[illegible] hac Palatinus ceperit, denuo liberet, faciatque quod ad libertatis re[illegible]onem, & præcipuorum tranſituum apertionem conduc[illegible] rit.

## CAPVT CLXXX.

### *MARCHIONIS AMBROSII SPINOLAE AD RHENANO-VVETTERAVICVM ORDINEM EQVEſtrem Litteræ, Auocatorium Mandatum Cæſ. Maieſt. contra Elect. Palat. concernentes.*

POſtquam igitur Marchio Spinola ſupra c[illegible]memoratum Cæſ[illegible]reum Reſc[illegible]ptum accepiſſet, ſub finem Sept[illegible]b XXIII. [illegible]delicet die, Oppenheimio ſæpius citatis Equitibus, auocatorium [illegible]aſallagiorum ſeruitiorum Electori Palatino hactenus exhibitorum mandatum ipſis inſinuauit cuius hæcce ferme ſunt verba formalia:

Non dubitare ſeſe, inquit, quin Cæſareo-Regiæ Maieſtatis, Domini noſtri Clementiſſimi, ſub dato 17. Auguſti ad ipſos ablegati Scripti & auocator[illegible] mandati, vti & ſui ipſius in Caſtris Heilgenrodinis XXIV. eiuſdem Men. dati, adhuc præclare meminerint: verum ſeſe à fide dignis inſtructum, nonnullos eorum è medio ſcriptis & mandatis hiſce, pro vt par erat, perpenſis abduci ſeſe ab [illegible]is paſſos eſſe, ſeruos & equos ſuos ad Palatini poſtulata ablegaſſe, & per hoc S[illegible]cratiſs. Cæſ. Maieſtat. ſeria mandata fuiſſe tranſgreſſos. Cæſareæ er[illegible]o Ma[illegible]ſt. nomine hoc ipſis edicere, vt prædicto Cæſareo [illegible]ipto, pro contenti[illegible]ius, [illegible]re, quidquid contra illud erratum peccatumque eſſet, ſine vlla mora corrigere & annullare, ipſorum ſeruos & equos ad ſeruitia Palatini ablegatos intra 14. dierum ſpacium certiſſime auocare debeant, quo facto ſibi in mandatis datum [illegible]pſos vt t[illegible]atur, diuerſo vero caſu neruos ſibi non defuturos, quibus illorum coerceat contumaciam.

Ad

Ad præſtandum itaque obſequium humilimum Capitanei & Conſiliarii eiuſdem Equeſtris Ordinis ad Collegas ſuas pro totius informatione rei ſcriptum ſequens 26. Septemb. dediſſe dicuntur. Quæ ſacratiſſima Cæſarea Rom. Hung. etiam & Bohem. Regia Maieſtas ſub dato Viennæ tertio huius menſis Septembris die, tum etiam ipſius Maieſt. Generalis Capitaneus Illuſtriſſimus, Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ambroſius Spinola Marchio Seſtenſis, ex caſtris Oppenheimenſibus ſub dato 23. eiuſdem Wetteranæ & Rhenanæ, nec non pertinentium locorum Nobilitatis liberæ Capitaneis & Conſiliariis in ſcriptis ſignificarit, illud debito modo, candide, & ad certiorem informationem, ne quis ignorantiam illius, ſeu breui ſeu longo temporis interuallo prætendere poſſit, per adiunctionem impreſſorum exemplarium, quorum formam authenticam ad manus haberent, illos celare noluiſſe. Ipſum porro Cæſ. Maieſt. Generalem (ſiue poſthac Generaliſſimum die D. Matthiæ Apoſtolo ſacro proclamatum) clementer admodum ſeſe obruliſſe cuiuſcunque Rhenani tractus & Wetteraui locorumque pertinentiũ Nobilitatis Capitaneo, ſub ſpeciali quodam Typario, loco ſaluæ Guardiæ, Aquilæ Cæſareæ & inſignium (verum tamen, ad præcauendum omnem abuſum, iuramento corporali illis prius obſtrictis Capitaneis quod videlicet nulli mortalium eiuſmodi ſigna, niſi quem nouerint in Glorioſiſs. Cæſar. Maieſt. deuotione realiter permanſiſſe, impertire velint) ipſis tranſmiſſuros eſſe.

## CAPVT CLXXXI.

### COPIA LITTERARVM CAPITANEORVM EQVESTRIS ORDINIS RHENANO-VVESTERAVICI, *de Vnionis Copiis Militaribus conquerentium.*

Sub dato 16. & 26. Septemb. A. C. M. DC. XX.

Quum itaque hac de cauſſa à vobis, tamquam hæreditario iuramento nobis obligatis obſtrictiſque ſubditis, tam ignominioſe, nullo tamen fundamento, & contra ipſam Meridiana luce clariorem veritatẽ, traducti fuerimus, id iã ſane ſuo loco relinquimus, & æſtumare neceſſum habemus, vos, vti hactenus quoque factum, pari ſuſpicione & contraria diffidentia, apud alios etiam Monarchas, Reges, Principes, & Ordines, nos traduxiſſe: quæ tamen omnia ſuo tempore in auctores ſuos recident. Iccirco à vobis interea vehementer atque ſimul clementer petimus, vt impoſterum vobis ab iſtiuſmodi fictitiis calumniis, obiectionibus, turpiſſimis diffamationibus & traductionibus, contra veſtrum legitimum hæreditariumque Dominum, temperetis, nobis debitum reſpectum exhibeatis, & ad nullas periculoſas adfectiones nobis anſam occaſionemque præbeatis. Id vergit in proprium veſtrum emolumentum, & nos viciſſim regia Clementia vobis impoſterum bene cupimus. Dabantur in noſtra munitione & ciuitate Crempe 29. Iunii A. C. M. DC. XX.

CHRISTIANVS

Manu propria.

## CAPVT CLXXXIII.

### *INFERIORIS SAXONIAE CIRCVLI DENVNCIATORIORVM PRINCIPVM, CHRISTIANI GVILIelmi Adminiſtratoris Magdeburgici, & Frederico-Vlrici Ducis Brunſuicenſis &c. ad regem Daniæ Litteræ.*

Sub dato Veneris poſt Aſcenſionem Chriſti A. C. M. D C. XX.

SEreniſſime Potentiſſimeque Princeps, Sereniſs. Veſtræ Reg. Dig. nos ſalutem & peramica noſtra officia nunc & ſemper deferimus promtiſſima ac paratiſſima. Peramice Domine agnate, adfinis, & Compater regiæ Dig. & Dil. Veſtræ ſignificare neceſſum habemus quod nobis Senatus atque Coſs. Reipub. Hamburgenſis litteris expoſuerint, quatenus nimirum Regia Dig. & Dil. Veſtra nuperrime elapſo Aprili, duas magnas armataſque Orlagianas naueis in limine fl. Albidos deduxerit, & 7. ab vrbe milliatibus, ad ſclopeti explodendi ſpacium, ſeorſim collocauerit, eum potiſſimum in finem, vt tranſeuntes naueis ſui iuris voluntatiſque facere poſſet, ſimul ſummiſſe rogantes, vt, quum eo ipſo facto commercia detineantur, mercatores, in committendis ſuis fluuio Albidos mercibus, deterreantur, & exinde diuerſimodæ inconuenientiæ, periculoſæque difficultates metuendæ ſient, nos, tamquam laudatiſſimi inferioris Saxoniæ Circuli denunciatorii Principes, ratione noſtri officii, Regiam Dig. & Dil. Veſtram peramice rogaremus, vt videlicet præpoſterum illum Ordinem iterum abrogaret, & Comerciis liberum impeditumq; ſuum curſum permitteret, quemadmodum Regia Dig. & Dil. Veſtra ex inſerta iſta litterarum copia aliquanto latius depræhendere & intelligere poterit.

Etiamſi vero æſtumemus quod Regia Dig. & Dil. Veſtra ad modo commemoratam rerum confuſionem, peculiaribus nobis tamen minime cognitis de cauſſis, commota fuerit, quas nunc non immerito ſuo iam loco relictas volumus, nihilominus quum animaduertamus, Senatum iſtius Reipublicæ, nobis ſupplicantem, ſubſequutam exinde tormentorum diſploſionem contra tranſeuntes naueis, quemadmodum etiam earumdem detentionem & viſitationem, pro onerosa Commerciorum remoratione allegare, ad quam Reg. Dig & Dil. nullam occaſionem anſamque dediſſe prætendit: Dilect. Veſtræ tamen minime ſiet incognitum, in quo perturbato periculoſoque ſtatu vniuerſum S. Rom Imperium, ob excitatam, & cottidie magis magiſque creſcentem, intemperiem Bohemicam, conſiſtat, ad quam non immerito late ſeſe extendentes differentias & periculoſas controuerſias, inter Chriſtianum Ducem Brunſuicẽſem ac Luneburgenſem, & ciuitates Lubecam & Hamburgum, ob permeationem Gammerortii &c. exortas, locamus, ex quibus facile, ſi id diuina prouidentia permittat, late ſeſe diffundens periculoſiſſimumque iſtiuſmodi incendium excitari poſſet, quo totus inferioris Saxoniæ Circulus in extremam perniciem, ruinam, atque deſolationem præcipitaretur; in quibus caſibus, nobis, ratione noſtri officii, inuigilare incumbit, vt eo commodius periculoſiores innouationes, quantum quidem vires

Digitized by Google

vires humanæ permittere videntur, præcaueri, econtra vero exoptata iam dudum pax, concordia atque quieta tranquillitas iterum reduci poſſent: quemadmodum Regiam Dig. & Dil. Veſtram ad illius conſeruationem inclinare minime ignoramus, ſed multo potius certiores ſimus, regiam Dig. atque Dil. Veſtram nihil vmquam prætermittere, quod in Reipublicæ, in particulari vero inferioris Saxoniæ Circuli emolumentum atque incrementum pertinere videatur.

Icčirco Regiam Dig. & Dil. Veſtram, tenore præſentium iſtarum noſtrarum litterarum, peramice rogamus vt, tamquam pacificus, à Deo Ter Optumo Maxumo ſingulari ergaS. Iuſtitiam zelo dotatus Rex, illud probe perpendere, Matispræfectum cum armatis nauibus reuocare, commerciis celerem ſuum curſum permittere, ſeſeque, vti de Reg. Dig. atque Dil. Veſtra nobis certo pollicemur, erga commemoratam illam ciuitatem, atque adeo conſequenter erga totum iſtum inferioris Saxoniæ circulum, ita exhibere clementiſſime dignetur, ne noſtra hoc in negotio deducta bona intentio & interceſſio frustra ſuſcepta eſſe videatur: Summa infallibilique ſpe & fiducia freti Senatum & Coſſ. Hamburgenſes Regiæ Dig. & Dil. Veſtræ omni tempore debitum reſpectum præſtituros, ad nullam offenſionem anſam occaſionemque daturos, exoptatam iam diu pacem ſummo ſtudio ſectaturos, & omnia ſua conſilia & actiones eo directuros, quo commodius iſtiuſmodi attentata impoſterum præcaueri queant.

Id quod Regiam Dig. & Dil. Veſtram, pro rei neceſſitate, celare noluimus, eidemque ad præſtanda grata acceptaq; officia, omnibus incidentibus ſub occaſionibus, obligati permanemus. Dabantur die Veneris poſt Aſcenſionis Chriſti A. C. M. DC. XX.

DEI GRATIA Nos. { Chriſtianus Guilielmus, Poſtulatus Adminiſtrator Primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgici, Coadiutor Epiſcopatus Halberſtadenſis, Marchio Brandeburgenſis, in Boruſſia &c. Dux &c & Frederico Vlricus, Dux Brunſuicenſis, ac Luneburgenſis &c.

## CAPVT CLXXXIV.

### *SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE DANORVM REGIS, AD DOMINI ADMINISTRATORIS MAGDEBVRgici &c. & Ducis Brunſuicenſis Litteras, Epiſtola Reſponſoria.*

Sub dato 28. Iunii A. C. M. DC. XX.

REVERENDISSIME, Illuſtriſſimi Principes, agnati, adfines, compatres, & fili, amandiſſimi Suauiſſimi &c. Litteras Veſtras ſub dato Veneris poſt Aſcenſionis Chriſti A. C. M. DC. XX. bene ac decenter accepimus, & exinde aliquanto latius percepimus, quatenus Senatus & Coſs. Reipub. Hamburgenſis de nobis conquerantur, quaſi binas noſtras armatas Orlagianas naueis in liberum noſtrum Albidos fluuium 7. ab vrbe milliaribus, ad vnius ſclopeti diſploden-

di ſpacium ſeorſim collocauerimus, eo potiſſumum fine, vt tranſeuntes naueis per tormentorum diſploſionem viſitationem, periculoſamque detentionem, noſtri iuris voluntariſque faceremus; ſimul rogantes, quum eo ipſo commercia impediantur, mercatores, in committendis ſuis fluuio Albidos mercibus, deterreantur, & alias omneis periculoſæ inconuenientiæ & diffidentiæ excitentur, vt Dilect. Veſtræ tamquam inferioris Saxonici circuli denunciatorii Principes, nos ad deducendas iſtas Orlagianas naues peramice commouerent atque inſtigarent.

Ad hæc Dilect. Veſtras celare minime poſſumus, quod nobis Hamburgenſium noſtrorum ſubditorum diuolgatæ iſtæ ſuæ calumniæ atque fictitiæ, in ſummum Regiæ noſtræ Maieſtatis, auctoritatis, atque exiſtumationis vergentes obtrectationes admodum peregrinæ viſæ fuerint, ac iſtiuſmodo attentata ipſis minime tribuiſſemus, ſed potius clementiſſime ſperaſſemus, ipſos, tamquam hæreditario iuramento nobis obligatos obſtrictoſque ſubditos, iſtiuſmodi calumnias miſſas facturos, & econtra nobis omnem debitum reſpectum & obſequium præſtituros: nihilominus tamen falſas iſtas nulloque fundamento nixas Hamburgenſium obiectiones eo directas eſſe autumamus, quo facilius nos apud exteros Monarchas, Reges, Principes, & Ordines eo magis magiſque vti hactenus factum traducerent atque adeo rem in ſiniſtrum intellectum vel dubium traherent, id quod nos heic ſuo loco relinquimus.

Quamuis autem nobis arduæ & graueis impulſiuæ cauſſæ minime defuerint, quæ nobis, ad commemoratas noſtras naueis Orlagianas in fundum noſtrum collocandas, anſam occaſionemque præbuerint, ſiquidem toties nunc dictum Albidos fluuium, ad omneis fines noſtri Ducatus Holſatiæ vſque ſeſe extendentem, cum omni ſuperioritate à S. Rom. Imperio Germanicæ Nationis vt feudum obtinemus, & in eo ſubditis noſtris, Hamburgenſibus ne minimum quidem dominium vel Superioritatem (quæ prætenſa ipſorum iuriſdictio etiam in ipſo Cæſareo Cameræ iudicio per definitiuam ſententiam ſublata eſt) ſed nudam dumtaxat nauigatiolem concedimus: exinde etiam eo ipſo fluuio abſque ipſorum (Hamburgenſium) vel alterius cuiuſdam præſcripto, pro lubitu noſtro vtimur, nec eius rei gratia iiſdem Hamburgenſibus vllam rationem reddere tenemur: nihilominus tamen Dilect. Veſtris vere affirmare poſſumus in mentem noſtram numquam nobis veniſſe, quod per modo dictas iſtas naues Orlagianas neque ipſos, modò quiete pacificeque ſeſe continerent, neque alium quemdam offendere, multo minus libera commercia impedire voluerimus, quemadmodum illud nobis Hamburgenſes falſo obiicere conantur: ſed in ipſa rei veritate ita comparatum eſt, quoniam tam à noſtris, quam vicinis in ripa Albidos ſitis ciuitatibus multifarias quærelas cognouerimus Hamburgenſes in libero iſto noſtro Albidos fluuio multis nunc ab annis omnem violentiam exercere, naues ad alia loca velificantes per Tonnenboyerum ſuum ſumma vi ſæpius verſus Hamburgum cogere, & illuc omnia commercia, ſub graui pœna prohibito monopolico modo, in ſummam vicinarum ciuitatum atque Prouinciarum perniciem, transferre conati fuerint. Itaque ratione officii, & reſpectu ſummi Magiſtratus, iuxta habentia noſtra Regalia, illam Hamburgenſium inſolentiam diutius ferre minime potuimus, eum potiſſumum

in fi-

in finem vt preſſis non dumtaxat legitimo modo ſuccurreremus, verum etiam quo melius commodiuſue libera commercia in toto iſto Albidos fluuio inferiori ſarta tectaque conſeruaremus, id quod nemo honeſtatis integritatiſque ſtudioſus nobis forſitan in deteriorem partem interpretari poterit.

Quamuis etiam Hamburgenſium naueis à noſtro maris præfecto aliquando tormentis impetitæ & ad debitam nobis præſtandam reuerentiam adhortatæ fuerint: nihilominus tamen ad vim iſtam faciundam ipſi Hamburgenſes, præfracta ſua pertinacia & petulanti reſiſtentia, ipſi anſam occaſionemque præbuerunt, dum coram noſtris Orlagianis nauibus, in minime controuerſo noſtro fundo & fluuio Albidos vela dimittere petulanter recuſauerunt, cum tamen vniuerſo terrarum Orbi cognitum manifeſtumque fiet, quod in exteris etiam maribus aliæ mercatoriæ naues toties nunc commemoratis noſtris Orlagianis nauigiis, vela dimittendo, debitum honorem atque reuerentiam exhibeant illudque facere iure teneantur, cum tamen erga Hamburgenſes omnis adhibita fuerit moderatio; id quod omneis ſyncere candideque iudicantes, in ipſa rei veritate fateri neceſſum habebunt, atque teſtari tenebuntur.

Quocirca Dilect. Veſtras etiam atque etiam rogamus ne intempeſtiuis iſtis Hamburgenſium nullo fundamento nixis impoſitionibus & traductionibus fidem habeant, ſed vice verſa nobis certo confidant, quemadmodum nobis numquam in mentem venerit, vt commercia vllis modis impediremus, ita viciſſim omneis noſtras actiones & conſilia eo potiſſumum dirigimus, vt libera commercia omnibus modis promoueantur, & omneis in Sac. Roman. Imperio Germanicæ Nationis exortæ atque etiamnum durantes difficultates proxima quaque occaſione commode tollantur, econtra vero exoptata pax & concordia, per amicam pacificorum Principum Ordinum interpoſitionem reducantur atque ſtabiliantur, & tamdem inferioris Saxoniæ Circulus in priſtino ſuo nitore atque vigore conſeruetur. Poſthæc etiam Dilect. Veſtræ noſtris hæreditario iuramento nobis obligatis obſtrictiſque ſubditis haud grauatim interdicere non dedignabuntur vt ab iſtiuſmodi falſis impoſitionibus & calumniis impoſterum omnino abſtineant, & ad nullam amplius periculoſam innouationem anſam occaſionemque pertinaciter præbeant, ſed multo potius ſeſe nobis vt fideles ſubditos exhibeant. Idque Dilect. Veſtris omnibus modis recompenſare omni tempore peramice ſtudebimus: eaſdem ſimul diuinæ protectioni atque tutelæ commendantes. Dabantur è munitione noſtra Crempe XXVIII. Iunii A. C. M. DC. XX.

CHRISTIANVS

Manu propria.

CAPVT

## CAPVT CLXXXV.

### COSS. AC SENATVS REIPVB. HAMBVRGENSIS AD INLVSTRISS. INFERIORIS SAXONIAE *circuli denunciatorios Principes Litteræ.*

Sub dato 6. Maii A. C. M. D C. XX.

REVERENDISSIME, Inluſtriſſimi Principes &c. Inluſtriſſ. Veſtris Celſ. paratiſſima prompriſſimaque noſtra obferimus officia: Inluſtriſſimi Celſiſſimique Principes: Quo pacto Sereniſſimi Potentiſſimiq; Principis ac Domini Chriſtiani, eius nominis 4. Daniæ, Noruegiæ, Vandalorum Gothorumque Regis, Ducis Sleſuicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, & Ditmarſiæ, Comitis Oldenburgenſis & Delmenhorſtii &c. Domini noſtri clementiſſimi, duæ magnæ beneque armatæ Orlagianæ naueis vltimo die Aprilis in Albidos fluuio vela ventis commiſerint, ventoque ſecundo, ſeptem ab vrbe milliaribus, ad vnius ſclopeti diſplodendi ſpatium ſeorſim conſtiterint, eo potiſſumum fine quo magis tranſeuntes naues ſuæ poteſtati voluntatique ſubiicerent.

Quamuis autem Orlagianarum iſtarum nauium præſentia liberis Commerciis admodum moleſta ſiet, cum mercatores, ſub iſtis periculoſis incommoditatibus, commemorato iſti Albidos fluuio merces ſuas non facile committant, alias etiam inconſueta iſta naualis expeditio diuerſimodas difficultates pariat, nihilominus tamen exinde admodum ſiniſtræ cogitationes excirantur, & ſubſequuti actus magnas enormeſq; inconuenientias demonſtrant: etiamſi enim tranſeuntes naues mercatoriæ, conſpectis Regiis nauibus, illico, ad exhibendam modo dictis Regiis nauibus debitam reuerentiam, vela, priſco de more demittant, nihilominus tamen maris Præfectus inopinato tormenta contra illas diſplodit, adeo vt quemlibet ictum 4. thaleris perſoluere, anchoras iniicere, ſeſeque perluſtrari atque viſitari neceſſum habeant, qua de re paſſim apud nos querelæ inſtitutæ ſunt.

Nunc autem humanis noſtris cogitationibus illas cauſſas, per quas Regia S. M ad innouationem commota fuerit, compræhendere minime poſſumus: ſiquidem eidem ſuæ Reg. Maieſtati ad nullam aliquam offenſionem anſam occaſionemque præbuimus, multo minus ſumus promeriti vt nobis, in ſummum Reipublicæ noſtræ damnum atque detrimentum, commercia commemorato modo detineri vel impediri debeant, id quod per tormentorum infeſtationes, nauiumque viſitationes ipſo facto commonſtratur.

Quum itaque per iſtam innouationem, & exinde metuendas pernicioſas ſequelas non dumtaxat commercia impediantur, quæ ſane remora vnumquemque tangit, verum etiam inferioris Saxoniæ circulus eo ipſo non parum periclitetur. Iccirco Inluſtriſſ. Veſtris Cel., tamquam inferioris Saxoniæ circuli denunciatoriis Principibus, iſtam noſtram perſequutionem officioſiſſime ſignificare, eaſdemque ſummiſiſſimo ſtudio rogare, orare, & obteſtari voluimus, vt exinde metuendas pernicioſiſſimas ſequelas clementiſſime perpẽdere, malũ maius anteuertere, & dehortatoriis ſuis litteris rẽ eo deducere ne dedignẽtur, vt impoſterũ iſta inno-

Digitized by Google

innouatio in inferioris Saxoniæ circulo abrogari, commercia nõ amplius impediri, & iam dudum exoptata pax atque concordia iterum reduci propagarique queat. Et quemadmodum illud ad conſeruationem vniuerſalium preſſorum Commerciorum, cuſtodiam conſtantis quietis, & abrogationem omnis maioris metuendæ intemperiei, qua alias, proh dolor, vniuerſũ S. Rom. Imperium & omneis ferme, nullo excepto, circuli vndique cumulati ſunt, vergit, ad quæ Inluſtriſſ. Veſtras Cel. inclinare iam ante bene nouimus, illud ipſum quoque inferioris Saxoniæ Circuli officium requirat, idcirco earumdem Veſtrarum Cel. opem auxiliumque imploramus, eaſdemue Dei Ter Optumi Maxumi diuinæ protectioni obſequioſiſſimo ſtudio commendamus. Dabantur, ſub ciuitatis noſtræ ſigillo, VI. Maij A. C. M. D C. XX.

Inluſtriſſ. Veſtris Celſ.

ad omnia præſtanda officia promptiſſimi paratiſſimi,

Coſſ. & Senatus Reipub. Hamburgenſis.

## CAPVT CLXXXVI.

### *FERDINANDI II. ROMANORVM IMPERATORIS GLORIOSISS. ELECTORIBVS, POST CORO-nationem, Mœonfrancfurti porrecta Capitulatio.*

Sub dato 28 Aug. A. C M. D C. XIX.

NOS FERDINANDVS II. DEI GRATIA electus Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ & Sclauoniæ Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgi, Würtenbergæ, Supe: inferiorifque Sileſiæ, Princeps Sueuiæ, Marchio S. Rom. Imperii, Burgauiæ, Supe: inferiorifque Luſatiæ, Principatus Comes Habſpurgi, Tyrolis, Pfirtæ, Kyburgi, & Goritii, Landgrauius Alſatiæ, &c. notum facimus, tenore præſentium noſtrarum litterarum, omnibus & ſingulis:

Poſtquam, diuina fauente clementia, nuperis elapſis diebus per ordinariam electionem Reuerendiſſimorum Inluſtriſſimorumque, Ian. Suicardi Moguntini, Lotharii Treuirenſis, & Ferdinandi Colonienſis, Archiepiſcoporum: quemadmodum etiam loco Friderici Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bauariæ: Ian-Georgii Ducis Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ & Bergæ, Burggrauii Magdeburgenſis: Ian. Sigiſmundi Marchionis Brandenburgenſis, omnium S. Rom. Imperii per Germaniam, Galliam, Regnum Arelatenſe & Italiam Archicancellariorum, &, reſpectiue, Archidapiferorum, Archimareſcallorum, atque Archicamerariorum, Dilectiſſimorum noſtrorum adfinium & electorum per Dilect. S S S. plenipotentiam habentes legatos, Ian. Albrechtum Comitem Solmenſem, Münzebergæ Dominum, Wolfgangum Comitem Mansfeldium, nobilem Heldrungæ

Dominum Equitem, & Capitaneum, & Adamum Ganſium nobilem Dominum Pudlizii & Wolfhagiæ, Electoratus Brandenburgici Mareſcallum hæreditarium, ad honorem dignitatemque Romano-Regii nominis & potentiæ euecti ſimus, quam etiam in Dei Ter Opt. Max. laudem, S.Ro.Imperii gloriam, atque totius Chriſtianitatis Germanicæ Nationis, & Reipublicæ cauſſæ libêtes ſuſcepimus: iccirco ex libera clementiſſimaque voluntate, vna cum amandiſſimis noſtris adfinibus & Electoribus, in ſequentes articulos, pacta, & conditiones conſenſum noſtrum præbuimus, eaſdem acceptauimus, & ipſo facto præſtare promiſimus.

## Articulus, Siue Capitulum I.

### *PROTECTIO ECCLESIAE, PACIS, IVRIS, ET Concordiæ.*

I. Quod, toto iſtius noſtræ Regiæ dignitatis officii, & regiminis tempore, vniuerſam Chriſtianitatem, Romanam Sedem, eiuſdem S. Pontificem, & Chriſtianam Eccleſiam, tamquam illius Aduocatus, in fideli protectione conſeruare, cumprimis vero in S. Rom. Imperio pacem, Iuſtitiam, & concordiam propagare & debeamus & velimus: adeo vt illa omnia communem ſuum curſum, pauperi æque ceu diuiti, retinere, illorumque Ordinationes, libertates, priſcæ receptæque conſuetudines conſeruari debeant.

Attamen quod ad hunc, & ſubſequentem XV. articulum præſentis obligationis, *verſiculo: Hoc debemus & volumus cum ſuo. Electorum &c.* attinet, ante dicti noſtri adfines, Electores Seculares, expreſſe coram nobis ſeſe reſoluerunt & declararunt, quod in id, cuius de Romana ſede, & S. Pontifice facta mentio, Dilect. ſuæ minime conſentire, nec nos ad illud ipſum obligatos velint.

## II.

### *AVREA BVLLA, RELIGIONIS ET PROPHANA PAX, ALIAEQVE S. ROM. IMPERII LEGES, atque conſtitutiones.*

Debemus & volumus etiam Auream Bullam, Relligionis prophanamque pacem, prouincialem itidem pacem, eiuſque tuitionem ſiue protectionem, in Comitiis Auguſtanis A. C. M. D. LV. inſtitutam ratamque habitam inuiolatam, ſartam, tectamque conſeruare, & contra eaſdem neminem onerare: alias quoq; S. Rom. Imperii Conſtitutiones & Leges (modo iſtæ Comitiorum Auguſtanorũ Receſſui A. C. M. D. LV. non aduerſentur) confirmare, renouare, &, quotieſcunque neceſſitas fieri poſtulauerit, conſilio noſtrorum & S. Rom. Imperii Electorum, augere & corrigere.

## III.

### GERMANICA S. ROM. IMPERII NATIO, EIVSDEM ORDINES, LIBERTATES, IVRA & iuriſdictiones.

Omni-

OMnibus modis quoque debemus & volumus Germanicam Nationem, S. Rom. Imperium, Electores, tamquam illius præcipua membra, alios etiam Principes, Comites, Barones & Ordines apud eorumdem dignitates, iura, iuriſdictiones, potentiam & poteſtatem, iuxta cuiuſuis ſtatum, ſartos tectoſque conſeruabimus, abſque vllius hominis contradictione: eorumdem etiam Regalia, Magiſtratus, libertates, pignorationes & Iuriſdictiones, laudabiles itidem ipſorum conſuetudines, hactenus vſurpatas, terra marique in optuma forma, abſque vlla denegatione, confirmabimus, & tamquam electus Romanorum Rex, defendemus atque tuebimur, citra tamen cuiuſcunque iuris præiudicium.

IV.

## COLLEGIALI-ELECTORALES CONVENTVS ET RHENANO-SEPTEMVIRALIS coniunctio & concordia.

COncedimus etiam vt commemorati VI. Electores, ex præſcripto Aureæ Bullæ, & occaſione S. Rom. Imperii, propria ipſorum neceſſitate & officio id ita requirente, aliquando ad deliberandum conſultandumque conuenire queant: cuius rei gratia illos nec impedire, nec odiſſe, ſed in hiſce vel aliis, noſmet iuxta commemoratam iſtam Auream Bullam, gerere & debemus & volumus: quemadmodum etiam Electorum Vniuerſalem, & peculiarem Rhenanam coniunctionem, tamquam cum approbatione priorum Romanorum Imperatorum laudabiliter inſtitutam, tam in hiſce quam aliis in iſtis compræhenſis punctis, noſtra ex parte approbamus & confirmamus.

V.

## CONFOEDERATIONES ET SEDITIONES SIVE REBELLIONES CONTRA Electores.

DEbemus & volumus quoque omneis inconuenientes odioſas confœderationes, obligationes & coniunctiones ſubditorum, Nobilitatis & vulgi, rebelliones & ſeditiones, violentamque vim contra Electores ſuſceptam, & quæ impoſterum ſuſcipi poſſint, tollere, abrogare, atque cum ipſorum, Electorum, aliorumque Sac. Rom. Imperii Ordinum ope & auxilio, omnia noſtra conſilia & actiones eo dirigere, vt illud, ratione æquitatis, futuris temporibus omnino prohibeatur & præcaueatur.

## VI.

## *FOEDERA CVM PEREGRINIS NATIONIBVS VEL S. ROM. IMPERII ORDINIBVS, IN EIVSDEM Imperii negotiis.*

DEbemus & volumus itidem, propria auctoritate, tamquam electus Romanorum Rex, in S. R. Imperii negotiis, etiam nullam fœderationem vel coniunctionem cum exteris Nationibus, neque cum aliis eiuſdem Imperii membris, inire, priuſquam 6. Electores eius rei gratia ad competentem locum oportuno tempore conuocauerimus, vel totalem, vel tamen potiorem ipſorum voluntatem impetrauerimus.

## IIIX.

## *VIOLENTER ABLATA BONA.*

QVidquid etiam hactenus vnicuique Electori, Principi, Domino, vel alteri cuidam, aut ipſorum Maioribus, auis, vel proauis, Eccleſiaſtici vel Secularis Status, abſque iure violenter ablatum fuerit: eoſdem, iuxta ipſam æquitatis normam, bonis ſuis reſtituemus, eademq; pro virili, & quantum ius permiſſurum eſt, tuebimur atque defendemus.

## IIX.

## *ALIENATA, VEL NON ALIENATA, S. ROM. IMPERII BONA.*

AD hæc & in ſpecie debemus & volumus à S. Rom. Imperio, eiuſdemque pertinentiis, non dumtaxat ſine præſcitu, voluntate, atque permiſſione eorumdem omnium Electorum, nihil alienare, oppignorare vel quocunque alio modo diſtrahere, ſed multo potius eo ſerio adlaborare, vt abalienata, vtpote fiſco addicti Principatus, Dominia, aliaq; eximia inſigniaque bona, quæ partim illegitimo modo in alias peregrinarum Nationũ manus peruenerunt, eidẽ S. R. Imp. reſtituantur atque conſeruentur: præſertim cum intelligamus aliquot inſignia, ad Imperium pertinentia, dominia & feuda in Italia vel aliis in locis, abalienata fuiſſe: cuius rei gratia ſingulares inquiſitiones inſtituemus, & eius rei acceptam notitiam ad Moguntinam Cancellariam, intra vnius de dato anni ſpacium, abſque vlla mora mittemus: atq; in eo, quemadmodum & ſupra commemoratis in omnibus, conſilio, auxilio atque adſiſtentia 6. Electorum, Principum, & Ordinum, illud acceptabimus, quod nobis ipſiſque, commodum vtileque eſſe videbitur: attamen citra cuiuſuis habentium Priuilegiorum præiudicium. Sin etiam vel nos, vel noſtri, quod ad S. Rom. Imperium pertineret, vel nullo legitimo titulo partum eſſet, forſitan obtineremus, illud abſque vlla mora, ad Electorum poſtulata, Imperio reſtituemus.

IX.

Digitized by Google

IX.

## VICINA PAX, ET PEREGRINAE MILITARES COPIAE.

PAri modo debemus & volumus, toto noſtri Imperii tempore, cum vicinis Principibus atque proceribus, bonam amicitiam & Correſpondentiam alere & conſeruare: nullas rixas, inimicitias, vel bella in: vel extra S. Rom. Imperii limites eius rei gratia inchoare vel ſuſcipere, neque vllas peregrinas militareis copias in Imperium introducere, abſque præſcitu, conſilio, atque conſenſu eiuſdem S. Rom. Imperii Ordinum, ad minus vero VI. Electorum. Sin etiam ab vno vel altero S. Rom. Imperii Ordine illud fieret & peregrinus forſitan miles in Imperiũ introduceretur, tum ſimiliter eumdem omnibus modis impedituri ſumus: Vice verſa, Imperii cauſſa, bello laceſſiti omni ſuccurſu vti frui nobis licebit.

X.

## S. ROM. IMPERII COMITIA, PECVNIA CANCELLARIÆ, ALIAQVE ONERA.

SImiliter & ipſos Electores alioſque S. Rom. Imperii Ordines Comitiis, pecunia Cancellariæ, profectionibus faciundis, impoſitionibus & contributionibus non neceſſario, & abſque legitimis cauſſis onerare: in permiſſis caſibus contributionum impoſitiones & Comitia, abſque præſcitu & conſenſu VI. Electorum, nulla itidem Comitia, præter Imperii Germanicæ Nationis, indicere, nec Imperii eiuſdemue Ordinum promiſſas contributiones & auxilia ad alium, quam deſtinatum, finem conuertere & debemus & volumus.

XI.

## AVLICA ET IMPERII OFFICIA.

DEbemus & volumus etiam noſtra Regia & Imperii officia tam in aula, quam Imperio, nulla alia cum Natione, quam cum natis Germanis, non ſane inferioris alicuius ſtatus ſiue conditionis, ſed cum principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & nullis aliis, niſi nobis atque S. Rom. Imperio iuramento officiiſque obligatis ſtabilire, eorumdemue, officiorum, honores, dignitates, prouentus, iura atque iuriſdictiones ſartas tectaſque conſeruabimus, nec quicquam iis derogabimus, abſque omni periculo.

XII.

## LINGVA ET LOQVELÆ.

IN Scriptis & S. Rom. Imperii actionibus quoque nullam aliam linguam vſurpabimus, quam Germanicam vel Latinam, exceptis iis locis in quibus alia lingua in vſu eſſet, qua nos & noſtri etiam vti poterimus.

XIII.

## COMPARITIO EXTRA S. ROM. IMPERIVM, & CITATIO CORAM PEREGRINO MAGISTRATV.

Similiter & Electores, Principes, Proceres, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, aliorumque Ordinum atque ſubditorum S. Rom. Imperii ad comparitionem coram peregrino exteroque Magiſtratu non cogemus, ſed eoſdem, & quemlibet in ſpecie, iuxta requiſita Aureæ Bullæ, & S. Rom. Imperii Conſtitutionum, in Imperio commorari patiemur.

XIV.

## PEREGRINA ET RHOTVEILIANA IVDICIA.

IN ſpecie etiam, (quum Electores in S. R. Imperio, tamquam eiuſdem præcipua membra, ante alios Ordines, non dumtaxat vigore Aureæ Bullæ, verum etiam aliorum inſignium Priuilegiorum, à peregrinis, cumprimis autem Rhotueilenſi, iudiciis, tam pro ſe, quam ſuis etiam ſubditis, liberi & exempti ſient, nihilominus tamen modo commemorati ipſorum ſubditi quandoque per aulici iſtius iudicii proceſſus moleſtentur) omnibus modis prouidebimus, vt iſtiuſmodi proceſſus, in dicto iſto Rhotueilenſi aulico Iudicio, abrogentur, &, ſin forſitan vnius, vel alterius Electoris ſubditi cum iſtiuſmodi proceſſibus grauentur, concedemus, vt modo dictos iſtos proceſſus non dumtaxat non accipiant, ſed & Electores illos ipſos, qui ab inſinuatione talium proceſſuum ſibi temperare nolint, pro ſuo lubitu punire & poſſint, & debeant.

XV.

## ACTIONES PONTIFICIAE CONTRA CONCORDATA PRINCIPVM.

QVum etiam contra concordata Principum, per inſtituta pacta vel compoſitiones inter Eccleſiam, Summum Pontificem, vel ſedem Romanam, & Germanicam Nationem, cum inconſuetis Gratiis, Reſcriptis, & Annatibus Epiſcopatuum, quæ ſæpius in Romana aula ab exaltari volentibus, ad derogationem extenuationemq; iſtorum Epiſcopatuum & Cleri, contra datas libertates, in præiudicium iuris Patronatus & Domini feudatarii, indeſinenter expracticantur, quem in finem etiam, vti ſane à fidedignis percipimus, prohibitæ interdictæq; Societates, Contractus, vel confœderationes ſanciuntur, ea omnia, cum conſilio Electorum aliorumq; S. R. Imperii Ordinum, apud S. Patrem ſummum Pontificem, & Sedem Romanam omnibus modis anteuertere ſtudebimus: omniaque noſtra ſtudia & actiones eo potiſſumum dirigemus, vt antedicta concordata Principum, & pacta inita, quemadmodum etiam Priuilegia & libertates ſartæ tectæque conſeruentur: attamen vt grauamina in iiſdem reperta, & exinde exorti abuſus, iuxta requiſita eius rei gratia Auguſtæ Vindelicorum minoris numeri A. C. M. D. XXX. in iiſdem Comitiis habitæ tractationis abrogentur, & impoſterum, abſque præſcitu, conſilio, & conſenſu Electorum, non amplius permittantur.

XVI.

## *INTOLERABILIS VSVRA MAGNAE SOCIETATIS MERCATORIAE.*

PAri modo debemus & volumus etiam magnas Societates Mercatorias, quæ hactenus cum ſua pecunia primatum regimenque tenuerunt, pro ſuo lubitu omnia miſcuerunt, & vſuris multas S. Rom. Imperio, eiuſdem inquilinis & ſubditis enormitates, damna, grauamina, atq; præiudicia intulerunt, atque etiamnum hodie inferunt, cum ipſorum Electorum, aliorumque S. Rom. Imperii Ordinum (quemadmodum hactenus quidem attentatum, attamen nondum effectui datum eſt) conſilio omnino abrogabimus.

IIIXX.

## AVCTIO, ET INSTITVTIO VECTIGALIS.

DEbemus & volumus quoque in ſpecie, quum Germanica Natio, & S. Rom. Imperium terra marique alias magnis vectigalibus oneratum grauatumq; ſiet, nunc impoſterum nullum vectigal denuo inſtituere vel alias inſtitutum augere, abſque peculiari Conſilio, præſcitu, voluntate & permiſſu commemoratorum 6. Electorum.

IIXX.

## LITTERAE REVERSALES ERGA SEPTEMVIROS, OB CONCESSA VECTIGALIS priuilegia.

SImiliter etiam volumus vt illi Ordines, quibus à noſtris Anteceſſoribus, Romanorum Imperatoribus, conſenſu S. Rom. Imperii Electorum, hoc modo, vel certa reſeruatione, aut noua vectigalia conceſſa, vel antiqua renouata, aucta vel prorogata fuerunt, modo & toties nunc commemoratos Electores, ipſorum ſubditos, miniſtros, aliaſque liberas immuneſque perſonas, earumdemue bona & merces cum dictis iſtis denuo conceſſis, auctis, vel prorogatis vectigalibus, non amplius onerent, ſed abſque perſolutione vectigalis libere impediteque dimittant, ac inſuper peculiaribus litteris Reuerſalibus ſeſe Electoribus obſtringant. Quum autem commemorati Ordines modo dictas iſtas Reuerſales dare hactenus neglexerint: iccirco omni ſtudio eoſdem ad debitum obſequium & officium ad: & exhortabimur, vt videlicet Reuerſales iſtas Electoribus proxima quaque occaſione abſque mora tradant. Illis autem, qui in futurum, ſupra commemorato modo, vel noua vectigalia, vel antiquorum auctionem & prorogationem obtinuerunt, ante exhibitionem Reuerſalium iſtarum nullas Regias Conceſſiones vllo modo communicabimus.

XIX.

## LICENTIAE, RHENOQVE IMPOSITAE NAVEIS BELLICAE.

ET quoniam omnibus & ſingulis cognitum manifeſtumque, quam grauiter Rheni fluuius, præſertim vero in Belgio, ob tum temporis diuerſiſsimodas

tiue

Digitized by Google

hincinde graſſantes ſeditiones præparationeſq; bellicas, impoſitionibus grauatus oneratuſq; fiet, adeo vt Rhenani Electores, vna cũ ſubditis ſuis in ſummam pro-uentuum ſubſidiorumq; aliorum iacturam inciderint, commercia etiam in dicto iſto Rheni fluuio peſſimo ſane exemplo impedita, vel omnino detenta, peculiareis itidem naueis bellicæ, Electoribus iſtis Rhenanis, vel aliis Superioribus minime ſalutatis, Rheno ex Belgio impoſitæ fuerint, quo facto tam ipſi mercatores, quam etiam nautæ maioribus exactionibus grauiter onerati fuerint, armatæ ſiue bellicæ etiam iſtæ naueis inſuper, ad multas Rhenanorum cumprimis aliorumque Electorum hactenus nondum deduci voluerint: idcirco debemus & volumus, proxima quaque occaſione, vna cum VI. Electoribus, omnia noſtra Conſilia & actiones eo dirigere vt naueis iſtæ bellicæ ab Imperii fundo remoueantur, impoſterum introduci præcaueantur, & grauia iſta vectigalia ſiue impoſitiones omnino abrogentur.

## XX.
## PROMOTORIALES AD S. ROM. IMPERII SEPTEMVIROS IN REBVS VECTIgalia concernentibus.

SIn etiam quiſpiam à nobis vectigalis conceſſionem, & renouationem auctionemque priorum à nobis ſupplicando petierit, tunc eidem nullam interpoſitionem, promotionem, vel interceſſionem ad S. Rom. Imperii Electores vllo modo communicabimus.

## XXI.
## NOVA, PROPRIA, ET VIOLENTO MODO INSTITVTA VECTIGALIA.

SImili modo ſi forſitan plures vel pauciores, cuiuſcunque etiam dignitatis & conditionis illi fuerint, vnicum nouum vectigal in ſuis Principatibus, Prouinciis, Dominiis, ditionibus, atque territoriis, extra noſtram conceſſionem & Electorum conſenſum inſtituiſſent, eos omneis & ſingulos, quamprimum modo eius rei cauſſa certiores redditi fuerimus, per mandata ſine clauſula omnibus modis dehortari & volumus & debemus: neque vmquam permittemus, vt quiſpiam de facto & propria auctoritate noua vectigalia inſtituat, augeat, vel eorumdem ſeſe participem reddat.

## XXII.
## SVBLATIO CAVSSARVM CVM ELECTORIBVS CONTROVERSARVM VECTIGAlia concernentium.

SI quoque iſtiuſmodi in caſibus, nouorum vectigalium vel eorumdem auctionum gratia, quibus Electorum vectigalia imminui poſſent, Septemuiri actiue, vel paſſiue, in ius vocentur, quocirca, quum iſtiuſmodi vectigalia, Regalia, & Priuilegia, ſolummodo à Romanorum Imperatoribus, & Regibus, cum conſenſu

Digitized by Google

ſenſu VI. Electorum, in S. Rom. Imperio conceſſa communicataque fuerint, & harum rerum diiudicatio ſiue ſublatio ad nos pertineat, iſtiuſmodi in ius vocationes vel controuerſiæ coram nobis deduci & finiri debent, nullus quoque Elector neque ad noſtram ac S. Rom. Imperii Cameram, neque ad alia iudicia ordinariis cum actionibus obligetur: cuius rei gratia etiam in modo dicto noſtro & S. Rom. Imperii Cameræ iudicio rem iſtam vrgere neutiquam intermiſſuri ſumus.

XXIII.

## *VECTIGALIVM EXEMPTIONES ET PROMOTORIALES LITTERAE.*

POſtquam etiam aliquot ab annis Electores Rhenani multis magniſque vectigalium exemptionibus, ipſorum Priuilegiis libertatibuſque repugnantibus, ſæpius per promotoriales interceſſionaleſque litteras, ſæpius autem aliis modis requiſiti & ſollicitati fuerint, illud, tamquam onus intolerabile, abrogari, & impoſterum amplius non permitti & volumus, & debemus.

XXIV.

## *LIBER IMPEDITVSQVE CAVSSARVM FORENSIVM, ETIAMNVM LITIGANTIVM, curſus.*

IN ſpecie autem debemus & volumus etiam, ſi fortaſſis aliquis Elector, vel Princeps, in habentibus ſuis Regalibus, libertatibus, Priuilegiis, Iuribus & Iuriſdictionibus, oneratus fuerit, vel ob id aduerſarium in ius traxerit, illam forenſem controuerſiam adprobando admittemus, & liberum Iuſtitiæ curſum permittemus.

XXV.

## *VIOLENTA ORDINVM OBPRESSIO.*

SImili modo debemus & volumus Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Dominis, aliiſque S. Rom. Imperii Ordinibus nullam violentiam inferre, neque aliis, vt idem faciant, permittemus: ſed vice verſa, ſi quis rem aduerſus alium habuerit, ad ſeditionem, diſcordiam omnemque intemperiem in Sac. Rom. Imperio præcauendam, ambas litigantes partes in conſueto iudicio audiemus, neque cuiquam permittemus, ſub quocunque rei prætextu etiam illud fieri poſſet, vt alter ab altero rapinis, bellis, aliiſque incommoditatibus infeſtetur vel hoſtiliter obruatur.

XXVI.

## DECLARATIO, VEL SVPERIOR PROSCRIPTIO.

DEbemus & volumus etiam præcauere, & nullo modo permittere, vt impoſterum nemo tam ſupe: quam inferioris ſortis & conditionis homines, Electores, Principes, vel alii Ordines, abſque cauſſa, & inauditi, proſcribantur: ſed multo magis in illis caſibus Ordinarii Proceſſus, & S. Rom. Imperii Conſtitutiones, ex præſcripto eiuſdem Imperii A. C. M. D. L V. reformatæ Imperialis Cameræ Conſti-



Digitized by Google

cutionis, & ſubſequuti Comitiorum Receſſus ordinario legitimoque modo obſeruentur: attamen vt læſæ parti, iuxta pacis Prouincialis requiſita, legitima ſua defenſio reſeruetur.

XXVII.

*OBLIGATAE CONTRIBVTIONES S. ROM. IMPERII ORDINVM, ALIIQVE REDITVS.*

POſtquam quoque S. Rom. Imperium in magnam extenuationem, defectum, & exinde ſubſequutam non contemnendam iacturam atque perniciem inciderit: iccirco penes alios, S. Rom. Imperii Contributiones, Ciuitatum reditus, aliaque accidentia, quæ in aliarum perſonarum manus deuenerunt, iterum eidem S. Rom. Imperio adiiciemus, certamque aliquam deſignationem, in quorum manu ſiue poteſtate illa ſita ſient, intra 6. ſeptimanarum ſpacium ad Moguntinam Cancellariam tramitti curabimus: ac nullo modo permittemus, vt illa S. R. Imperio & Reipub. contra omne ius & æquitatem, abſque legitimo 6. Electorum conſenſu, ſubtrahantur.

XXVIII.

*FEVDA VACANTIA.*

SIn etiam, noſtro Imperii tempore, feuda inſignia vacabunt, vtpote: Principatus, Comitatus, Dominia, ciuitates &c. illas nemini alii concedemus, ſed ad ſubſidium S. R. Imperii, noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum, Romanorum Regum & Imperatorum tamdiu retinebimus, donec Imperium iſtud iterum ad ſuum Eſſe & incrementum perueniat. Citra tamen noſtrum, noſtrarumq; hæreditariarum prouinciarum & alterius cuiuſdam iuris damnum atq; detrimentum.

XXIX.

*CONSERVATIO ET ACCEPTIO S. ROM. IMPERII FEVDORVM.*

OMnibus modis vero nobis ſummo ſtudio curæ cordique erit, vt omnia ad S. Rom. Imperium pertinentia feuda conſeruentur, eoque etiam cumprimis ſpectabimus, vt, oblatis ſub occaſionibus & caſibus, modo commemorata illa feuda ab aliis decenter accipiantur atque renouentur.

Sin etiam, poſt exaltationem noſtram in Romanorum Imperatorem, eiuſmodi quid depræhenſuri ſimus, quod ad S. Rom. Imperium pertinere videatur, id omnino in feudum accipi curabimus: ſin vero illud commode haud fieri poſſet, tum eius rei gratia Dominis Electoribus, ad certam Imperii aſſecurationem, decentes Reuerſales & recognitionem tradere minime grauabimur.

XXX.

S. ROM. IMPERII IVRISDICTIO IN BONIS HAEREDITARIIS.

SIn autem futuro tempore Principatus, Comitatus, Dominia, oppignorationes, aliaque bona, S. Rom. Imperio ſeruitiis, impoſitionibus, contributionibus &c. obligata obſtrictaque, à morte poſſeſſorum, ad nos hæreditario transferri,

ferri, vel à nobis aliis concedi debeant, vel ſi iam eadem in manibus noſtris haberemus; de iis toties commemorato laudatiſſimo S. Rom. Imperio ius, iuriſdictio, contributiones, aliaque debita, omni prætenſa exequutione iam poſthabita, reſtituentur.

## XXXI.
## *RECVPERATA BONA.*

Sin etiam fortaſſis, ope & auxilio Electorum, aliorumque S. Rom. Imperii Ordinum, nobis aliquid lucrari contigerit, vel alias recuperare potuerimus, id omne in eiuſdem S. Rom. Imperii commodum emolumentumue conuertemus. Sin autem in eodem, abſque præſcitu & voluntate Electorum aliorumque Ordinum, aliquid attentauerimus, in eo nobis ſuppetias ferre teneantur, noſque nihilominus illud, quod fortaſſis recuperaturi ſumus, vel iam ante recuperauimus, & ad S. Rom. Imperium pertinere videatur, eidem Imperio tenebimur.

## XXXII.
## DEFECTVS MONETARII.

CVm etiam hactenus in eodem S. Rom. Imperio multi defectus & grauamina, monetæ cauſſa, extiterint, atque etiamnum hodie exiſtant, iccirco eadem conſilio, ope, & auxilio Electorum Ordinumque Imperii, commodiſſime præcauebimus, & in meliorem ſtatum redigere omnem operam dabimus: eumque in finem illa ipſa media, quæ A. C. M. DC. III. aliiſque prioribus in Comitiis in genere perpenſa conſiderataque ſunt, fideliter cum noſtris conſultabimus, & nihil omnino prætermiſſuri ſumus, quæ ad ſublationem tam diuturnæ confuſionis pertinere videbuntur.

## XXXIII.
## CONCESSIO LIBERTATIS MONETARIÆ, ET SVBLATIO ABVSORVM PRIuilegiorum.

DEbemus & volumus etiam impoſterum, abſque præſcitu VI. Septemuirorũ, nulli, cuiuſcunque Status atque dignitatis etiam ille fuerit, libertatem cudendæ monetæ concedere: ſed multo potius, vbi certo depræhenderimus Ordines, Regalibus iſtis donatos, edicto monetario turpiter abuſos eſſe, vigore diſpoſitionis, & hac in re ſancitæ conſtitutionis, libertatem iſtam ſuſpendemus: illos autem, qui regale illud non cum Electorum conſenſu obtinuerunt, eodem omnino priuabimus; & abſque præſcitu Septemuirorum, iiſdem illud non reſtituemus, cumprimis autem iis in ciuitatibus, quæ S. Rom. Imperio non immediate, ſed eiuſdem Imperii Ordinibus ſubiectæ ſunt, reuocabimus, annullabimus, & impoſterum nulli amplius Regale illud communicabimus: multo minus autem inferioribus Ordinibus cum iſtiuſmodi, vel aliis ſummis priuilegiis, abſq; conſenſu Electorum, in eorumdem præiudicium vel derogationem, gratificabimus.



Digitized by Google

XXXIV.

## SVCCESSIO ET LIBERA ELECTIO.

CVmprimis volumus & debemus etiam nulli Succeſſioni vel hæreditati toties nunc commemorati S. Rom. Imperii inhiare, nec ad noſtros hæredes atque poſteros transferre: ſed multo potius nos, noſtri liberi, hæredes, atq; poſteri Electores iſtos, eorumdē hæredes, & poſteros, omni tempore, penes liberā ſuā electionem Romanorū Regis ſartos tectosq; conſeruabimus, adeo vt illam (electionem) quotieſcunque, in emolumentum alicuius Imperatoris vel S. Rom. Imperii, neceſſitas illud poſtulauerit, etiamnum viuente adhuc Romanorum Imperatore, cum, vel (ſi ad rogationem intercesſionemque Electorum is forſitan denegari debeat) abſque regentis alicuius Romanorum Imperatoris conſenſu, ſuſcipere & poſſint & debeant.

XXXV.

## *IVRISDICTIO VICARIATVVM.*

PAri modo etiam Vicarios, vti à priſcis temporibus ad ipſos tralatum eſt, ex præſcripto Aureæ Bullæ, Iurium Pontificiorum, aliarumque legum atque libertatum quotieſcunque illud neceſſitas poſtulare videbitur, in peculiaribus ſuis conſiliis, S. R. Imperii negotia concernentibus, imperturbatos relinquemus; neque concedemus vt Vicariatus eorumdemue iura &c. à quoquam in dubium diſputationemque trahantur. Sin autem quiſquam contra illud quicquam attentauerit, adeo vt Electores, quod tamen fieri non debet, forſitan cogantur, tunc illud pro nullo, nihilo, atque inualido æſtumetur.

XXXVI.

## ACTIONES PRIORVM VICARIORVM.

QVicquid etiam II. S. Rom. Imperii Electores & Vicarii, vacante Imperio, iuxta tenorem Aureæ Bullæ, & eiuſdem S. Rom. Imperii Conſtitutionum, tractauerint, vel alii conceſſerint, illud adprobabimus, confirmabimus, & ratificabimus idque in optuma forma, & quemadmodum fieri ſemper conuenit.

XXXVII.

## ROMANO-REGIA CORONA, ATQVE CAESAREA RESIDENTIA.

SImiliter & debemus & volumus Romano-Regiam Coronam, quemadmodum Romanorum Regem bene decet, acceptare, nosq;, ad acceptandā Coronam Imperatoriam, promouere, omnibuſque requiſitis per omnia ſatisfacere: quemadmodum etiam Regiam noſtram Reſidentiam, præſentiam, & aulam in Germanicæ Nationis S. Rom. Imperio, in omnium eiuſdem membrorum, Ordinum, honorem, emolumentum, vtilitatem, atque commodum, maiori ex parte pro virili fouebimus, omnes Electores, ad faciundum ſuum officium, ad ſupra commemoratam noſtram coronationem inuitabimus, & in omnibus nos adeo erga omneis exhibebimus, vt nullus in nobis defectus vmquam appareat.

XXXVIII.

## XXXVIII.

# RESCRIPTA, MANDATA, & PONTIFICIA INDVLTA CONTRA LEGES ET PACEM S. Rom. Imperii.

IN eadem quoque noſtra promiſſione, nihil, in præiudicium Aureæ Bullæ, S. Rom. Imperii Conſtitutionum, ſupra commemoratæ pacis, relligionis ac prophana negotia concernentis, prouincialis pacis itidem, eiuſdemque tuitionis atque protectionis, aliarumque Legum, quæ iam ante factæ ſunt: vel impoſterum à nobis, ope & conſilio Electorum, Principum, aliorumque S. Rom. Imperii Ordinum, concedentur, præſumere, & nulla Reſcripta vel mandata edere, vel vllo modo fieri permittere nec debemus, nec volumus: Similiter & pro nobis ipſis contra ante dictam Auream Bullam, S. R. Imperii libertates, pacem, eiuſdemque tuitionem atque protectionem ab alio ſummo Magiſtratu nihil impetrabimus, neque illud, ſi forſitan tale quidpiam nobis indulgeretur, vllo modo vſurpabimus. Sin autem contra modo commemoratos articulos & puncta aliquid ſuſceptum vel molitum fuerit, illud nullum, irritum, atque inualidum pronunciamus: quemadmodum etiam ea omnia iam ſemel pro ſemper irrita, atq; inualida pronunciamus, & vrgente neceſſitate, oneratæ grauatæque parti litteris Teſtimonialibus ſuccurrere haud grauabimur.

## XXXIX.

# AVDIENTIA, EXPEDITIO, FEVDA, ELECTORALES CONSIDERATIONES, CAESAREI intimi, & Imperii Conſiliarii Aulici.

DEbemus & volumus etiam omnibus S. Rom. Imperii Electoribus, Principibus & Ordinibus eorumdemue omnium nunciis & legatis omni tempore audientiam expeditionemque communicabimus: ipſorum feudales litteras iuxta priorem tenorem confirmabimus: & in rebus ſeriis, S. Rom. Imperium concernentibus mox ab initio eorumdem Electorum conſilium, & conſiderationes minime aſpernabimur: imprimis autem ad noſtrum & Sac. Rom. Imperii conſilium aulicum Principes, Comites, Barones, Nobiles, alioſque honeſtiſſimos viros, tam in S. Rom. Imperio, quam aliis etiam in locis educatos, bene dotatos, & S. R. Imperii negotiorum conſcios promouebimus, adeo vt cuilibet ius ſuum tribuatur, & Iuſtitia bene ac decenter vbiuis adminiſtretur.

## XL.

# IMPERIO AVLICI CONSILII CONSTITVTIO, VISITATIO ET REFORMATIO.

COmmemorato etiam iſti noſtro Imperii conſilio aulico certam conſtitutionem & iuriſdictionem tribuemus, veterem recognoſcemus, in proximis S. R. Imperii Comitiis eamdem Electoribus diiudicandam exhibebimus, & ſingulis annis, vel biennio, vna cum Archiepiſcopo Moguntino, tamquam S. Rom. Imperii

 perii

perii Archicancellario, viſitabimus, præſertim vero nuperrimo tempore Norimbergæ ab Electoribus compræhenſam conſiderationem, ad Iuſtitiæ promotionem, commodiſſime ad effectum deduci curabimus.

XLI.

## *ELECTORALES OFFICIALES, ET AVLAE CAESAREAE OFFICIA HAEREDITARIA.*

QVum etiam S. Rom. Imperii Electores, tamquam intima noſtra membra, & præcipuas eiuſdem S. Rom. Imperii columnas, cumprimis præ cæteris mortalibus omnibus alte conſiderare neceſſum habeamus: iccirco omnia noſtra ſtudia & actiones eo potiſſumum dirigemus, vt, ſi in Comitiis, vel aliis S. Romani Imperii Conuentibus nobis eorumdem officiis vti frui liceat, omneis & ſinguli, pro ſuo merito reſpiciantur, iiſdemue ab aliis noſtris officialibus aulicis nihil omnino præſcribatur. Sin vero ipſorum vices noſtri aulici officiales aliquando agere neceſſum habuerint: nihilominus tamen iſtarum expeditionum vtilitates, ſiue competentes commoditates, non ſecus quam ſi ipſi ſuo muneri præfuiſſent, ad ipſos redundabunt.

XLII.

## OBLIGATIO CAESAREI INTIMI AVLICI CONSILII AD HANCCE CAESAREAM Capitulationem.

QVo melius etiam tam intimum, quam Imperio. aulicum conſilium huius Capitulationis certiores reddantur, & iuxta illam in conſiliis & alias etiam actiones ſuas inſtituere queant: iccirco non dumtaxat eius rei ipſos certiores reddemus, verum etiam, ſub præſtando officiali ſuo iuramento, ipſis ſerio iniungemus, vt eamdem (Capitulationem) aſſidue in oculis quaſi circumferant, nec contra illam ſua forſitan conſilia conferant: id quod commemorato ipſorum officiali iuramento expreſſis verbis inſeri curabimus.

XLIII.

## CAESAREA, INTERPOSITO IVRAMENTO CONFIRMATA OBLIGATIO.

ET hæc omnia, & quodlibet quidem in ſpecie, nos ſupra commemoratus, Romanorum Rex dictis iſtis S. R. Imperii Electoribus ſub verbis noſtris Regiis, nomine Veritatis, promiſimus, atque tenore præſentium iſtarum litterarum, eadem noſtra verba regia ſeruanda corporali ad Deum & S S. Euangelium præſtito iuramento confirmauimus, neque eadem vllo modo, qualiſcunque etiam excogitari poſſet, violabimus.

## OBSIGNATIO ET CONFIRMATIO.

IN fidem præmiſſorum 6. iſtas, vna forma & ſtylo exaratas, litteras Regio noſtro Sigillo confirmauimus, & vnas ſingulo Electori tradi curauimus. Quæ dabantur

bantur 28. Auguſti, Anno à partu Virgineo Domini & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, M.DC.XIX. Regnorum noſtrorum Romani 1. Hungarici & Bohemici 3.

## CAPVT CLXXXVII.

# SAC. ROM. IMPERII ELECTORVM AD ELECTOREM PALATINVM, NE OBLAtam ſibi Coronam acceptet, epiſtola monitoria.

PErdilecte amice atque Domine, agnate amandiſſime: non dumtaxat nobis, ſed omnibus & ſingulis, in: & extra S. Roman. Imperii limites, immo toti ferme terrarum Orbi, cognitum manifeſtumque eſt, Regni Bohemiæ Ordines, cum nuperrimo tempore demortua Cæſarea Maieſtate laudatiſſimæ memoriæ in periculoſiſſimas difficultates, atque adeo manifeſtum pernicioſumque bellum incidiſſe, atque illud ipſum cum hodierno tempore regnante Romanorum Imperatore Inuictiſſimo in præſentem vſque diem continuaſſe: quæ res ſane eo vſque tandem deuenit, vt modo dictum Romanorum Imperatorem Ferdinandum, ex diuerſimodis prætenſis cauſſis, quaſi regni iſtius ſeipſum inhabilem reddiderit, publice repudiauerint, & Dilect. Veſtram, vice verſa in Bohemiæ regem elegerint.

Quamuis autem illud nunc non immerito ſuo loco relſinquamus, & principale Bohemicæ iſtius intemperiei negotium in nullam diſputationem trahamus, multo minus decidamus, neque Dilect. Veſtræ quicquam præſcribamus, conſiderando eamdem, pro ſingulari ſua à Deo Ter Optumo Maxumo dotata donataque prudentia, Sac. Roman. Imperio & ſibiin particulari ipſi imminens periculum etiam abſque noſtra ad: & exhortatione diligenter perpenſuram: nihilominus tamen cum nobis, Sac. Roman. Imperii Electoribus, ratione noſtri officii, incumbat, vt omneis iſtiuſmodi S. Roman. Imperio imminentes pernicioſos periculoſoſque motus mature præcaueamus, ſummoque zelo pro virili auertamus, iſta autem Dilect. Veſtræ oblata corona ita comparata ſiet; vt exinde nihil amplius, niſi magnæ innocentiſſimi ſanguinis profuſiones, atque adeo totalis ferme S. Rom. Imperii deſolatio & ruina metuenda ſiet, periculum etiam illud non dumtaxat modo ac toties nunc dictum S. Rom. Imperium, eiuſdem ſummum caput, atque duos de Corpore Electoralis collegii dependentes Septemuiros concernat, & verus inſuper amor, fidelitas, candor, atque integritas, quam non immerito quiuis Elector erga alterum, vnius quaſi corporis membrum, gerere debet, requirat, vt ſalutari ex beniuolentiſſimo corde profecto conſilio Dilect. Veſtram pro imminenti periculo moneremus: ea propter intermittere nec potuimus, nec voluimus, quin Dilect. Veſtræ, quomodo videlicet rem iſtam intueamur, fideliter communicaremus, peramice rogantes, vt hancce beniuolentiſſimam noſtram erga Dilect. Veſtram adfectionem & intentionem boni conſulere atque in meliorem partem interpretari non dedignetur.

Equidem

Equidem ad iſtam Bohemorum nouam electionem quod attinet, conſiderandum eſt, Regnum illud minime ſuo capite deſtitutum, ſed ad ſuum Ordinarium Regem, cui Ordines debitum homagium ſiue iuramentum ſolemne præſtiterunt, alligatum eſſe, quem etiam non dumtaxat omnes & ſinguli modo commemorati Bohemiæ Ordines, verum etiam Electores, exteri Reges, aliique Sac. Rom. Imperii Principes, tam ante, quam etiam poſt mortem Cæſaris Matthiæ pro Bohemiæ Regiæ agnouerunt, eumdemque ſingularibus ſolemnibuſque gratulationibus proſequuti ſunt, & exinde ab omnibus Electoribus in nupera electione Moenofrancfurtenſi pro IIX. Electore habitus, atque ad Electorale Collegium, Seſſionem votumque admiſſus fuit.

An igitur Ordines, rebus ita conſtitutis, Dominum atque Regem ſuum, propria auctoritate, abſque cauſſæ cognitione, inauditum de facto, & peſſime ſane exemplo rite reiecerint, & an iſtiuſmodi reiectio in ſubiecto Imperii, ſuperiorem agnoſcente, abſque præſcitu Superioris legitime facta fuerit, & quem introitum forſitan cauſſare poſſet, præſertim apud ſubditos ad libertatem alias inclinantes, id Dilect. Veſtræ, atque adeo omnibus & ſingulis prudenter perpendendum rellinquimus. Minime tamen dubitamus, ſi forſitan Veſtra Dil. contra omnem ſpem & expectationem noſtram, iſtam Bohemorum repudiationem approbatura, & Coronam acceptatura fiet, varie varios tum illud interpretaturos eſſe, conſiderando quod, licet commemoratus iſte proceſſus reiectionis & nouæ electionis excuſatu per ſe fiet difficilis, nihilominus Dilect. Veſtra, veluti præcipuus quidam S. Rom. Imperii Elector, à Cæſarea S. M. neutiquam offenſa, ſed multo potius eidem totum illud controuerſiæ negotium demandatum fuerit; quod etiam Dilect. Veſtra haud repugnanter in humeros ſuos ſuſcepit, remque controuerſam inter Cæſar. S. M. & Bohemiæ Ordines componere promiſit: quæ etiam iſtiuſmodi in caſibus Electoralibus ſuis Collegis manus auxiliatrices præbere, ratione ſtatus & officii ſui, obligata eſt, & eo potiſſumum omnia ſua conſilia & actiones conferre tenetur, quemadmodum, iuxta S. Rom. Imperii Conſtitutiones, omneis & ſinguli, cumprimis autem ii, qui à Deo Ter Optumo Maxumo ad gubernacula Reipub. clementiſſime promoti, & S. Ro. Imperii præcipua membra ſunt, in ſuo ſtatu, vna cum populis atq; prouinciis ſuis, ſarti tectique conſeruari queant. Vice verſa autem Dilectioni Veſtræ, ſi videlicet Bohemicæ iſti intemperiei ſeſe immiſcuerit, non in meliorem, ſed deteriorem partem interpretabitur, & apud quoſuis pene iſtiuſmodi cogitationes excitabit, quaſi per iſta media peregrina, ad alios ſpectantia regna, populos, atque prouincias ad ſe pertrahere, econtra vero Cæſaream S. M. (quam omneis Ordines, cumprimis vero S. Rom. Imperii Electores, tamquam ſummum vniuerſale caput, & reſpiciunt & venerantur) dumtaxat ad augendam temporalem ſuam dignitatem, ſuo deſtituere conetur, ſummo periculo nunc minime conſiderato, quo non ſolummodo Cæſarea S. Maieſt. ſed etiam S. Rom. Imperium, atque adeo vniuerſa Chriſtiana Natio in ſummum diſcrimen atque perniciem præcipitari poſſet.

Inſuper etiam non immerito omneis & ſinguli dubitabunt, an etiam illi ipſi, qui eiuſmodi pernicioſa conſilia ſuggillant, veris & ſalutaribus conſiliis Cæſareæ Veſtræ Maieſtati ſuccurrant, vel etiam tam arduum difficilimumque negotium rite perpendant, cumprimis in tam grandi difficilique contrauentione, in

ſie, in qua Cæſarea S. M. obiectiones Bohemiæ Ordinum non dumtaxat iam antee refutarit, verum etiam armorum depoſitionem imperarit, & rem componi clementiſſime exoptauerit.

Etiamſi quoque extra omnem controuerſiæ aleam ponatur, quod aduerſa pars magna militarium copiarum vi inſtructa ſiet, ac certo quaſi ſibi perſuadeat, eam iuxta perturbata iſta tempora & vigore tantæ confœderationis iuſtæ parti præualituram, nihilominus tamen rebus ita conſtitutis, diligenter perpendat omnia fallibilia eſſe fundamenta, in iuſta Dei voluntate, non autem hominum diſpoſitione conſiſtentia. Vice verſa Romanorum Imperatoris apud non paucos in magna exiſtimatione atque reſpectu, minimeque dubitandum, ipſum a fidelibus ſuis S. Rom. Imperii Ordinibus derelictum iri. Quaiicunque autem modo res tamdem caſura eſt, certo certius eſſe veritas manifeſtabit, illa ipſa rebellione populos & prouincias peſſumdari, multum Chriſtiani ſanguinis innocenter effundi, &, vti metuendum, S. Rom. Imperium, Turcis & exteris nationibus in prædam rapi, atque adeo priſcam Germanorum libertatem in ipſa iocundiſſima ipſorum patria obpreſſam & fœdæ turpiſſimæque ſeruituti ſubiectam iri.

Eapropter Dilect. Veſtram peramice iterum atque iterum rogamus, vt ad maiora difficilioraque nullam amplius anſam occaſionemque dare, ſed multo potius omnia ſua conſilia & actiones eo dirigere dignetur, vt arrepta ab Ordinibus arma deponantur, nullæ magis copiæ militateis conſcribantur, ac, in quo totius negotii cardo verſatur, Cæſareæ S. M. Corona reſtituatur. Hoc per ſe ipſi æquitati conſentaneum, & Dilect. Veſtræ non dumtaxat glorioſum, verum etiam multis modis vtile futurum eſt. Id quod Dilect. Veſtram latere minime voluimus, cui etiamnum, vti hactenus, per omnia bene cupimus.

## CAPVT CLXXXVIII.

DVm hæc agerentur, Archidux Auſtriæ Carolus Epiſcopus Nüſſenſis, ad Capitaneum Sileſiæ ſequentes dedit literas.

## LITERÆ MONITORIÆ AD CAPITANEVM SILESIAE.

TAmetſi Epiſcopo Germanus ille candor Capitaneorum ſatis ſuperque cognitus ſit ac perſpectus, quippe qui theſaurum conſcientiæ bonæ, à maioribus hæreditario iure in ſe deductum, curæ cordique ſibi eſſe ſinant, nec contrariis obiectionibus aut perſuaſiunculis locum relinquant: attamen cum fratri ſuo Ferdinando regi, ob accuſationes indemonſtrabiles, & probroſam reiectionem à regno Bohemiæ, quam plurimum moleſtiæ creetur, intermittere ſe non poſſe, quin per literas illos, vt in fide & ſubiectione Ferdinandi regis perſeuerantter conſiſtant, adhortetur, atque moneat: non ſe dubitare, quin omnes vno ore fateantur, Sileſiam ſub domus Auſtriacæ regimine proſpero rerum ſtatu vſam, multis iiſque inſignibus priuilegiis donatam, pace continua decoratam, multas eius familias ac proſapias ad illuſtre honoris ac dignitatis faſtigium e-

Qqq uectas

Digitized by Google

uectas fuiſſe, nec quenquam ex illa domo prognatum, ſuam ſuorumque vtilitatem aut commodum priuatum quæſiuiſſe, ſed potius de ſuo contuliſſe, vt liberalitatem ſuam ac gratiam tanto largius illis teſtatam omnes facerent.

Hoc ſanguine atque animo eſſe etiam Sacr. Cæſ. Maieſtatem, nec ſe dubitare, quin omnes ac ſinguli, qui eam conſpexerint ac nouerint, manſuetudinem ac clementiam ipſam eſſe, nec cuiquam anteceſſorum ſuorum virtutibus, ad ſalutarem regionum gubernationem neceſſariis, cedere concedant.

Atque hanc ipſam ob cauſam tam certum ſe eſſe, vt interpoſita Archiducali ſua fide poſſit firmiſſime aſſeuerare, Sacr. Cæſ. Maieſtatem non Sileſios tantum, & eorum, Religionem ac pacem prophanam concernentia, priuilegia defenſuram, ſed & ſimulationes atque inimicitias, omnium turbarum atque incommodorum cauſas, è medio ſublaturam, pacemque & concordiam reſtauraturam eſſe; atque iſtud eo magis, quod controuerſias Bohemicas Electorali Collegio diiudicandas iam commiſerit: nullam ſe vel minimam culpam S. Cæſ. Maieſtati imputare poſſe, vtpote quæ, benignitate ac clementia parum operante, ac Bohemis glandes plumbeas (præclarũ obedientiæ ſignum) in arcem Viennenſem exonerantibus, contra naturam ſuam ad alia media arripienda commota ac vi quadam attracta fuerit: quod ipſum tamen etiam, mediante diuina gratia & Electorali interpoſitione, componi atque tranſigi poſſet.

Ac tametſi nouum non ſit Bohemis aut inſolens, iſtiuſmodi excitare turbas; notum tamen, imo notiſſimum, ex Hiſtoriis eſſe, quam horrendo plane modo iſtas Prouincias diuina vindicta exceperit, Reges autem è contra ordinaria via vocatos, eorundemq; gubernationem ac regimen mirabiliter atque inter medios hoſtes conſeruauerit. Se certe, tanquam membrum huius prouinciæ, malle atque adeo ex animo optare, vt pace ac tranquillitate fruatur, quam vt in prædam ac direptionem exteris atque hoſtibus obiiciatur.

Monitos itaque illos velle, vt ſaluti patriæ intenti imminentia mala ac totalem interitum à ceruicibus ſuis auertant, & iuramenti ac fidei præſtitæ memores ordinario ſuo Regi adhæreant, nec inauditum ſummo cum dedecore condemnent aut reiiciant. Nemini non conſtare, quam inique ac illegitime cum S. Cæſ. Maieſtate, falſis accuſationibus onerata, agatur, & quæ conſilia contra communem patriam & vtramque Religionem, Catholicam atque Auguſtanam, cudantur. Certum ſe eſſe de fide ipſorum atque conſtantia erga S. Cæſ. Maieſtatem, eamque ſe futuris occaſionibus Archiducali ſuo fauore ac gratia remunerare velle, &c.

*Poſtea autem cum Archidux percepiſſet, quod, neglecta fideli hac ſua admonitione, atque Electorali inſuper Interpoſitione adunco naſo ſuſpenſa, iniquos ſuos conatus & peruerſas machinationes ſtrenue continuarent, conſultum ſibi ob conſcientiæ integritatem fore haud putauit, diutius iſtis in locis commorari, tantumque S. Cæſ. Maieſtatis deſpectum propriis oculis contemplari, ſed conſtituto in ſuum locum Directore, qui regimini præeſſet, ad Regem Poloniæ ſeſe contulit, eumq; certiorem fecit, quam inique S. Cæſ. Maieſtas à ſubditis ſuis hactenus tractata ac reiecta fuerit, ſimulq; auxilium ipſius in cauſa tam bona ac legitima implorauit, quod & acce-*

*& accepit. Poſt diſceſſum Archiducis Ordines ſtatim arcem Niſſenſem occuparunt, milite præſidiario munierunt, ac conſiliariis eo loci relictis claues portarum vrbanarum eripuerunt, & in templo primario inuſitato more conciones fieri permiſerunt.*

## CAPVT CLXXXVIIII.

H*Iſce attentatis Archidux haud parum perturbatus, aliis iterum literas Varſouiæ 17. Octobris datas ad Sileſios miſit, ſequentis tenoris:* Significatum ſibi eſſe, quod Ordines à Capitulo ſuo iuramentum, Capitulationem Bohemicam concernens, exegerint, ac paulo poſt vrbem ſuam Niſſam præſidiario milite cinxerint. Semper quidem ſe fidelitatem ſuam Ordinibus ac Principibus teſtatam feciſſe, atque idem etiam in poſterum ſeſe facturum eſſe: verum iſtud valde alienum ſibi videri, quod Capitulum, ſuæ curæ ac iuriſdictioni ſubditum, immediate ab illis ad præſtandum iuramentum, ſolicitatum fuerit, cuius tamen ipſe, primus quippe Ordo, nullam notitiam habuerit, quodque Legati ſui ad Conuentum Principum atque Ordinum, atque ad deliberationes in eo ſuſceptas, ſtatum publicum concernentes, neque requiſiti neque admiſſi fuerint. Cum itaque melius de Sileſiis hactenus meritus fuerit, ſperare ſe, ac rogatos inſuper ipſos velle, vt Capitulo ſuo in abſentia ſua parcant, nec quicquam ipſi damni, detrimenti aut moleſtiæ creent, ſed potius amicitiam, quæ illæſa ſemper hactenus inter illos fuerit, conſtanter colant, ſartamque ac tectam conſeruent: id ſe in poſterum amica ac fraterna compenſatione remuneraturum.

## CAPVT XC.

## REGIS POLONIÆ POSTVLATVM AD SENATORES REGNI, SILESIOS concernens.

I*Nterea Rex Poloniæ, cum diſſidia Bohemica indies latius ſerpere ac periculoſiora fieri cognouiſſet, 16. Octobris prolixas ad Senatores regni ſui dedit literas,* in quibus eorum conſilia expetebat, quid ſibi in periculoſo hoc rerum ſtatu eſſet agendum. Ac principio quidem aiebat, fidelitatem eorum ſibi ſatis ſuperque cognitam eſſe ac perſpectam, nec ſe dubitare, quin audiuerint, quos tumultus Princeps Transſyluaniæ in regno Hungarico excitaſſet. Aliquoties ſe ab aliquibus Regni Senatoribus per literas eſſe monitum, vt propter vicinos tumultus in tempore ſe paratū faceret; ideoque literas iſtas ad Dominos Senatores in Palatinatu Cracouienſi remiſiſſe, ſimulque literas vniuerſales ad Capitaneos atque incolas Hungarico regno conterminos ſe dediſſe, quibus ipſos monuerit, vt milites atque arma in promtu ſint, ſicubi neceſſitas poſtulet. Magno inſuper Cancellario ſe ſignificaſſe, vt aliquam militum, quibus carere poſſet, partem ad Hungariæ limites deduceret, ac paratos ibi aleret. Interea Camerarium ſuum ad Principem Transſyluaniæ vna cum literis dehortatoriis ſeſe ablegaſſe, vt cognoſcere ſimul poſſet, quo expeditio ipſius bellica collimaret. Ac licet blande admodum atque amice primum reſponderit, in propatulo tamen apud omnes eſſe,



Digitized by Google

ipſum nil niſi dolum captare, ac celeritate, qua maxima nitatur, peruerſum ſuum propoſitum effectum dare decreuiſſe. Tum ex literis etiam ipſius ad ſe datis liquido conſtare, quod tam audax facinus ex conſilio, ſuggeſtione, ſuaſu ac voluntate Imperatoris Turcici ſuſceperit.

Vt autem Regnum ſuum ab incurſibus hoſtilibus immune ac integrum conſeruetur, ac voluntati Cæſaris, vigore Pactorum, nuper in Conuentu Poſonienſi renouatorum, ſatisfiat, conceſſiſſe ſe, vti Coſaggi ſub nomine ac ſtipendio Cæſaris conſcriberentur. Eo ſe adductum hac etiam de cauſa fuiſſe, quod conſultum magis exiſtimauerit, ſi milites iſti heroici extra Regnum in aliena prouincia, quam ſi intra Coronam Polonicam ſeruitia ſua bellica per hyemem exercerent, vt ſubditi ab hac moleſtia liberarentur. Cum autem finis harum actionum ſit incertus, atque euentus earundem omnino dubius, neceſſe eſſe, vt omnia cogitata ac Conſilia eo dirigantur, vt periculo imminenti in tempore obuietur. Principem enim Tranſyluaniæ procul omni dubio, ſi (quod Deus auertat) coronæ Hungaricæ poſſeſſionem retineret, latius graſſaturum, ac limites dominii ſui longius eſſe extenſurum, atque ad id perficiendum Turcas ipſi ſtrenue auxilium laturos, cum & iam tum magno numero in ipſius militent caſtris, atque proſperos ipſius ſucceſſus auide intenti expectent. Monitos itaque dominos Senatores ſeſe velle, vt media ſibi ſalutaria ſuggerant, quibus iſti ac noxio conatui occurratur. Intentos præterea ipſos eſſe oportere in Sileſiam, cuius incolæ, cum ſe cũ Bohemis confœderauerint, notoriam rebellionem exerceant, &, quod maius, ad opprimendam fidem Catholicam, mediante iuramento, templo Cathedrali Vratiſlauienſi ad impios atque iniquos articulos approbandos cogere non erubuerint.

Præcauendum itaque eſſe omni diligentia, ne quid, ad ſe pertinens, vel ſocordia negligatur, vel incuria quadam in periculum atque damnum vocetur. Cumque in vicinia omnes ac ſinguli in armis ſint, metuendum eſſe, ne vicini hoſtes Polonos anteuertant. Cæſarem inſuper Polonorum auxilium implorare, ac, licet ipſi vigore ſupradictorum Pactorum propriis ſumtibus in Corona conſcribere militem, conceſſum fuerit, neceſſarium tamen eidem videri, vt feſtinus inſuper quidam modus (cum celeritas hoc in paſſu à Polonis maxime exigatur) liberandi quæratur, & ſine mora effectui detur: Archiducem denique Carolum iſtud medium propoſuiſſe, vt, quibus ex bona affectione ita libuerit, ſub eiuſdem ſtipendio vel alia quauis ratione aduerſus Sileſios militare, concederetur.

Verum ſeſe abſque approbatione Dn. Senatorum nihil promiſiſſe, nec finalem Archiduci Carolo reſolutionem dediſſe. Rogatos itaque velle Dn. Senatores, vt puncta propoſita mature ac prudenter deliberent, ac quod conſilium Deus ipſorum cordibus ſuppeditet, ex Senatorio officio candide ſibi communicent. Rem hanc ſibi admodum gratam fore, atque proſperam corporis valetudinem illis ex animo ſe precari, &c.

CAPVT.

## CAPVT. CXCI.

# REGIS POLONIÆ LITERÆ DEHORTATORIÆ AD IOHANNEM-CHRISTIAnum, Ducem Lignicenſem, Generalem in Sileſia Capitaneum.

V*Erum his non acquieſcens Rex Polonia, alias inſuper ad Iohannem-Chriſtianum, Ducem Lignicenſem 17. Octobr. dehortatorias dedit literas, ſequentis tenoris*: Procul dubio Ducem haud latere, quam gnauam Rex ante annum dederit operam, vt diſſidia Bohemica in ipſo germine ac principio componerentur: quem in finem illos non ſolum, vt arma deponerent, mouerit; ſed & aliquot vicibus ad Sileſiæ Ordines, ne confœderationem cum Bohemis initam ſeruarent, ſcripſerit, præſertim cum notorium ſit, Bohemos contra omne ius, fas & æquum, legitimum atque ordinarium ſuum Regem auctoritate ac dignitate ſua priuaſſe. Qua in re etiam de fide Ordinum Sileſiæ protſus non dubitauerit, ſed ſuſpicionem potius omnem depoſuerit, præſertim cum hanc proximam ac tutiſſimam ad pacis ac concordiæ reſtaurationem viam eſſe exiſtimauerit. Nunc autem ſibi à variis allatis nunciis, ac præſertim ab agnatis ſuis Archiducibus Auſtriæ ſignificari, quod & ipſi, Sileſii, ad arma progreſſi, ſeditionem contra legitimum ſuum regem excitauerint.

Ex quo cum ingentia pericula haud dubiè ſint metuenda, intermittere ſe, vigore pactorum ac viciniæ, non potuiſſe, quin ad illos ſcriberet, atque ad componendas inter Cæſarem & Bohemos controuerſias per legatum, ſeſe offerret. Quod ſi propoſitum ac voluntatem ſuam hac in parte ſibi ſignificauerint, pacemque ac concordiam curæ cordique habuerint; haud ſe dubitare, quin & Cæſar hanc pacis tractationem ac iudicium Regis in hoc negotio eſſet initurus, approbaturus ac confirmaturus.

Vt autem conſilium hoc ſuum, ex bona intentione profectum ad exoptatum finem perducatur, itidem ſeſe extra omne dubium eſſe conſtitutum, ac ſibi perſuadere, Ducem, quippe qui inter Ordines Prærogatiua ac dignitate cæteris præpolleat, atque adeo ad pacem propenſus cumprimis eſſe debeat, officio ac ſtudio ſuo hac in parte nequaquam defuturum, ſed rebellibus iſtiuſmodi attentatis, quæ horrendos pleroſque ſortiantur exitus, pro viribus potius eſſe reſtiturum.

Significatum præterea ſibi eſſe, quod Ordines Sileſiæ templo Cathedrali Vratislauienſi, niſi quibuſdam articulis, pietati & iuſtitiæ aduerſantibus, mediante iuramento conſentirent, eoſdemque approbarent, totalem interitum comminati fuerint, ac, poſtquam Archidux Auſtriæ Carolus diſceſſit, aliquot milites Niſſam ablegauerint, qui, ſub ſpecie ac prætextu defenſionis in abſentia Archiducis, claues ciuitatis iſtius dari ſibi poſtulauerint.

Cum vero audax hoc ac temerarium facinus in maximum damnum ac præiudicium Archiducis & Epiſcopi Vratislauienſis vergat, & templum iſtud Cathedrale, vigore antiquiſſimæ Fundationis, ab anteceſſoribus ſuis Poloniæ regibus ſa-



Digitized by Google

bus factæ, ad defenſionem ac patrocinium ſuum pertineat, ac iuriſdictioni templi Cathedralis Gneſnenſis ſubiectum eſſe merito debeat, notandum atque obſeruandum omni diligentia Duci eſſe, ne ſibi, Regi, aut bonis Eccleſiaſticis, ad ſe pertinentibus quicquam aduerſi contingat, per quod confœderationes & pacta ſecum inita debilitarentur. Vt autem Dux de omnibus prolixius informetur, miſiſſe ſe Secretarium ſuum, Remigium Zalieſky, cui plenam fidem adhibere debeat. Quod ſi à periculis Sileſii ſibi cauere voluerint, monitos illos fideliter, ac clementer velle, vt à turbatione contra templum Cathedrale Vratislauienſe, ac bona ad idem pertinentia, deſiſtant, atque ad pacem potius ac concordiam inclinent, ne omnia fortaſſis bellicis tumultibus peſſumdentur.

Hoc ſe Secretario ſuo, vti eo diligentius id tractaret, in mandatis dediſſe, ac Duci optatam corporis valetudinem precari.

CAPVT CLXXXXII.

## ALIAE LITERAE REGIS POLONIAE DEHORTATORIAE AD ORDINES SILESIÆ.

A*Lias iterum Rex Poloniæ 18 eiuſdem ad Sileſios dedit literas, ſequentis tenoris:* Semper ſeſe, *aiebat*, operam dediſſe, atque adeo per literas illos ſæpiſſime monuiſſe, vt arma, contra legitimum ſuum Regem ſumpta, deponerent, nec maiora pericula ſibi ſuiſque accerſerent. Cum vero iam ſignificatum ſibi ſit, tumultus iſtos etiamnum non ſedatos, ſed latius indies ſerpere, conqueri ſatis de triſtiſſimo regni Bohemiæ ſtatu ſe non poſſe, quippe quod non ſolum eadem fere lingua atque origine cum regno Poloniæ vtatur, ſed & cum eodem, ac anteceſſoribus ſuis, Poloniæ regibus, arcte ac firmiter eſſet confœderatum. Decreuiſſe itaque ſeſe, ſi qua pacis tractatio ſuſcipi poſſet, Legatum ſuum ad Ordines Sileſiæ mittere, vt prolixius cum illis agat, & tumultus indies magis magiſque gliſcentes mature atque in tempore ſedare ſtudeat. Niſi enim pax ac concordia vtrinque reſtaurata fuerit, ſine multa cæde ac ſanguinis profuſione diſſidia iſta è medio tolli nequaquam poſſe.

Nec ſe dubitare, quin Ferdinandus Cæſar tractationem hanc eſſet approbaturus, ſed &, quæ acta ac tranſacta in hoc negotio à ſe, rege, fuerint, confirmaturus. Nihil itaque reſtare, niſi vt Rex per Legatum ab Ordinibus Sileſiæ certior fiat, quomodo pacifica hæc ipſius intentio illis placeat, quidque regi deinceps ſit faciendum. Se, regem, ad pacem cumprimis eſſe propenſum, quam ſi illi negligerent, verendum eſſe, ne diuinæ vindictæ iram peruicacia ſua ceruicibus ſuis accerſant, & ſe ſuoſque in extremam perniciem atque interitum deuoluant. Tam feroces ac refractarios conatus raro felicem ſortiri exitum. Tum conſiderare etiam Ordines debere, quam arcto vinculo Rex Domui Auſtriacæ ſit aſtrictus atque obligatus, ſi quid aduerſitatis eidem contingat, aut vis aliqua inferatur, idem enim eſſe, ac ſi regem ipſum concernat; ſententiam itaque ſuam vt ſibi iterum manifeſtent, rogare, ac ſalutaria ipſis conſilia & florentem patriæ ſtatum ex animo precari, &c.

CAPVT

CAPVT. CXCIII.

*His ita geſtis Bohemi Electori Palatino ante Coronationem ſequentes Conditiones propoſuerunt, atque his approbatis eundem Regem acceptarunt.*

# ARTICVLI CONDITIONALES, SVPER QVIBVS BOHEMI ELECTOREM PALATINUM in regem ſuum elegerunt.

PRincipio Legati confœderatarum prouinciarum, trium quippe Ordinum Regni Bohemiæ, Marchionatus Morauiæ, Ducatus Sileſiæ, & inferioris ac ſuperioris Luſatiæ eo in loco, vbi R. M. inuenient, debito modo audientiam ſolicitabunt, & ſecuta tranſactione, nomine ſpecificatarum Prouinciarum litteras Credentiales, vna cum ſubmiſſa gratiarum actione pro accepta audientia, omni ſtudio præſentabunt, ac ſimul Reg. Maieſtati à Deo Opt. Max. firmam corporis valetudinem, felicem ac diuturnam gubernationem, & regios ſucceſſus optabunt ac precabuntur, & deinde cum oblatione humillima ſuæ deuotionis commemorabunt, quod grauiſſimis ac prægnantiſſimis rationibus ac motiuis, in deductione ſua prolixe narratis atque explicatis, adducti, illuſtriſſimum ac ſereniſſimum ſuum Principem ac Dominum, Dominum Ferdinandum, priorem ſuum Regem (quippe qui variis ipſos oneribus ac moleſtiis preſſerit, atque intolerabili Hiſpanorum iugo, contra conſcientiam ac priuilegia incorporatarum prouinciarum, earumdemque libertatem & leges fundamentales, inuoluere atque implicare conatus fuerit) legitime à ſolio regio remouerint; atque in eius locum Reg. ſuam Maieſtatem, propter virtutes & qualitates ſuas vere regias, quibus præ aliis principibus à Deo ornata ac decorata eſſet, in Regem Bohemiæ, Marchionem Morauiæ, Ducem Sileſiæ, & Marchionem ſuperioris & inferioris Luſatiæ elegerint ac publicauerint, quodque hoc ipſo temporis momento (addita proteſtatione ſolemni, quod nil niſi honorem ſolius Dei, libertatem Religionis ac priuilegiorum cariſſimæ patriæ intenderent) regiam Coronam, ſolium, ac ſceptrum, nomine Ordinum incorporatarum Prouinciarum R. S. Maieſt. debita reuerentia & humili ſubmiſſione offerant, rogantes, vt R. S. Maieſt. ſe electum ab omnibus Ordinibus, atque à Deo ipſo datum Regem, Gubernatorem ac Dominum agnoſcat, atque Ordines, quæque ad ipſos pertinent, in tutelam ſuam clementiſſime recipiat, vtque priuilegia ipſorum, legitime acquiſita atque à multis Regibus confirmata, Religionem item & politiam, ius, iuſtitiam & conſtitutiones antiquas & laudabiles ſartas tectaſq; conſeruet. Pari ratione Legati R. S. M. humilime rogabunt, vt confœderationem cum incorporatis prouinciis initam haud ſecus, ac reliqua Regni ac prouinciarũ generalia & ſpecialia priuilegia, libertates, immunitates, litteras Maieſt. deniq; omnia ac ſingula, ad Religionem & profanam pacem pertinenia, clementiſſime confirmet, defendat & conſeruet: quem in fine Legati R S. M. Confœderationis & Capitulationis initæ ac decretæ copiam fide dignam ſubmiſſe præſentabunt, ſimulq; rogitabunt, vt R. S. M. ſecundum conſtitutiones regni, regiam reſidentiã Pragæ acceptet & regni Bohemiæ incolæ fideliſſimi ius ibi ac iuſtitiã quærere atq; conſequi, atq; eo cõmodius à R. S. M. defendi ac protegi poſſint. Similiter

&Lc.

& Legati modum regiæ Coronationis, eiuſdemque ceremonias R. S. Maieſtati liberas relinquent, atque integram poteſtatem, de illis pro diſcretione ac libitu ſuo diſponendi, & quamprimum ad effectum deducendi.

Legati inſuper R. S. Maieſt. humilime rogabunt, vt, cum hactenus primaria Regni Officia, iuxta vſum ac conſuetudinem Regni, ſemper ex tribus eiuſdem atque incorporatarum Prouinciarum Ordinibus electa atque adminiſtrata fuerint, ſtatim à principio regiæ ſuæ gubernationis, idoneas ac bene qualificatas perſonas, quibus Regni ac confœderatarum prouinciarum leges, priuilegia, ordines, & conſtitutiones ſunt perſpectæ, aſſumat, iiſque neceſſariam ac debitam ſuſtentationem præſtet, nihilq; in alienis prouinciis ac regionibus, etiam in Sac. Romano Imperio, ad Regnum Bohemiæ pertinens, abſque præuia deliberatione Ordinum confirmet. Cumque regnum hoc Bohemiæ, atque incorporatæ Prouinciæ, non hæreditarium ſit regnum, ſed liberum atque in electione conſiſtens, & per conſequens vota in electione regis ſemper libera nec coacta fuerint, ſpe certa ducuntur regni Bohemiæ atque incorporatarum Prouinciarum incolæ, rogantes, vt R. S. Maieſt. hanc ſuam libertatem in electione regia regiis ſuis literis clementiſſime confirmet, denique omnia ac ſingula, ad conſeruationem regni huius ac confœderatarum prouinciarum neceſſaria, ceu ordinarius, legitimus, electus ac Coronatus Rex Bohemiæ, tueatur, aſſecuret, ac defendat, nec quicquam ab hac Corona & incorporatis prouinciis abalienet. Quod ſi quid adhuc aliud erit, quod Legati pro ſua diſcretione monendum putabunt, liberum ipſis relinquitur, ac pro exantlatis hiſce laboribus amicitia ac recompenſatio debita offertur.

*Elector Palatinus, electus in regem Bohemiæ, per Legatos huius rei certior factus, in præſentia fratris ſui, Principis vnioris, atq; amborum Principum Anhaldinorum ipſis audientiam dedit, ac nudato capite omnibus ac ſingulis manum porrexit. Poſthac Ioachimus Andreas Schlickius, Comes, ea, quæ hactenus inter Cæſarē atq; Electorem Palatinum in puncto electionis & reiectionis contigerant, recapitulauit, ac, quæ Legatorum inſtructio continebat, propoſuit, ſimulque rogauit Electorem, vti vna cum Coniuge ſua ac liberis Pragam ſe conferre, ac conſueta Reuerſalia perficere vellet. Cui Elector ipſe in continenti reſpondit, contenta propoſitionis repetiit, ac ob benignam Bohemorum erga ſe affectionem gratias egit, & ſatisfacturum ſe petitioni ipſorum pro viribus promiſit. Quibus dicti Legati ſubmiſſas gratias Electori egerunt, quod confœderatarum prouinciarum ſalutem ad exoptatum finem perduxerit. Legatis vero petita Reuerſalia per Comitem Solmenſem atque alios proceres inſinuata ac reddita fuerunt, quæ talia ſunt.*

## *REVERSALES ELECTORIS PALATINI LITERAE OB REGNVM BOHEMIAE.*

NOS FREDERICVS, Dei gratia, Electus Bohemiæ Rex notum facimus omnibus ac ſingulis, præſertim, quibus ſcire intereſt: poſtquam tres ordines regni Bohemiæ vna cum legatis Marchionatus Morauiæ, Ducatus Sileſiæ & Marchionatus ſuperioris & inferioris Luſatiæ, ſufficienti mandato inſtructis, in Comitiis dictarum prouinciarum, in arce Pragenſi, Dominica tertia poſt feſtum Mariæ Magdalenæ, ann. 16 ,9. tenore ac vi priuilegiorum, ac in dictis comitiis

initæ

Digitized by Google

initæ ac decretæ Confœderationis, nos in regem Bohemiæ ex libera ſua voluntate ac proprio arbitrio elegerunt ac publicarunt: ea tamen conditione, vt dictis Ordinibus ante coronationem noſtram conſuetum iuramentum præſtemus, iuxta exemplum prædeceſſorum beatæ memoriæ Regum Bohemiæ, & poſtulationem priuilegiorum, libertatum, immunitatum, legum, veterum ac nouorum ſtatutorum, & laudabilium publicarum ac priuatarum conſuetudinum, præſertim vero literarum Maieſtatis, à Rudolpho II. ipſis conceſſarum: vt & ſecundum pacta Ordinum ſub vtraque, & ſæpius iam dictæ confœderationis inter Regnum Bohemiæ, atque incorporatarum prouinciarum, atque iterum inter dictum Regnum, & incorporatas prouincias, ab vna, & ſuperiorem & inferiorem Auſtriam, ab altera parte, in publicis Comitiis initæ, decretæ ac confirmatæ: eum in finé, vt & reliquarum incorporatarum prouinciatum, Marchionatus Morauiæ, Ducatus vtriuſque Sileſiæ, & ſuperioris atque inferioris Luſatiæ, priuilegia, libertates, iura, ſecundum cuiuſque prouinciæ conſuetudinem, clementiſſime confirmemus, vtque Nos Fridericus Rex vnanimem Ordinum electionem, in nos directam, gratam acceptamque feramus.

Quemadmodum igitur legitimam hanc electionem ex ſingulari Dei Opt. Max. prouidentia ac ductu (cui hac in parte reſiſtere nefas duximus) acceptauimus: ita etiam regiis noſtris verbis promittimus ac pollicemur, quod omnia ipſorum iura ac priuilegia ſtabilire, confirmare, atque electionem ipſorum in noſtram perſonam directam gratia noſtra regia remunerare velimus. Promittimus itaque ac pollicemur tribus regni Bohemiæ Ordinibus, atque incorporatis prouinciis, mediantibus verbis noſtris regiis, quod ante coronationem noſtram ad exemplum noſtrorum anteceſſorum, Regum Bohemiæ, omnia illa; & ad ſummum intra quatuor ſeptimanarum ſpatium præſtare, ac finita Coronatione noſtra omnia ipſorum priuilegia, iura, præſertim vero literas Maieſtatis, libertatem Religionis concernentes, inter ſupra dictos Ordines ſub vtraque, & incorporatas prouincias, omnes item ſpeciales articulos, in dictis Comitiis decretos ac concluſos, clementiſſime confirmare ac ratificare velimus; atque id quidem in omnibus punctis, clauſulis, articulis, perfecte, abſq; vlla exceptione, ſyncere, fideliter & candide.

In cuius rei fidem literas haſce, tribus Ordinibus regni Bohemiæ datas, propria manu ſubſcripſimus, ac ſigillo noſtro regio muniri iuſſimus. Dabantur in Monaſterio noſtro Waldſachſen 20. & 10. Octobr. ann. 1619.

## CAPVT CXCIV.

*PRiuſquam hæc ita agerentur, Bohemi ſequentes ad Regem Poloniæ 16. Nouembr. ann. 1619. dederunt literas.*

## LITERÆ BOHEMORVM AD REGEM POLONIÆ. OB SPIRITVALES ET CLERICOS, eorumq; iura in Sileſia.

 Signi-

Significatum, inquiunt, ſibi eſſe à Confœderatis ſuis, quod R. S. Maieſt. inique tulerit, atque animaduerſione dignum iudicauerit, quod Principes atque Ordines Sileſiæ, Prælatos, Abbates, atque reliquos ad D. Iohannem, & S. Crucem templi Cathedralis Vratislauienſis proceres Eccleſiaſticos ad ineundam ſimilem confœderationem non ſolum inuitauerint, verum etiam propemodum compulerint.

Cum autem confœderatio illa grauiſſimis de cauſis cum potiſſimum in finem renouata fuerit, vt vnus alteri eo melius fideret, atq; omnia ad exoptatam vnionem & correſpondentiam, ad gloriã Dei, ad conſeruationem tam Apoſtolicæ, quam Pontificiæ Religionis, tum etiam ad meliorationem publicæ vtilitatis ac concordiæ reducerentur: Sic enim iniunctum eſſe omnibus incorporatis prouinciis, vt abſq; diſcrimine religionum à controuerſiis ſacris abſtineant, & quiſque ſuo loco ſuam Confeſſionem libere & abſque vllo impedimento profiteantur: neminem itaque ex confœderatis vnquam putaſſe, quod Rex propoſitum hoc ipſorum, iuri ac æquitati conſentaneum in deteriorem partem eſſet interpretaturus: cum omnes vere Catholici libere fateantur, ad conſeruationem vtriuſque Religionis atque amicitiæ medium commodius adinueniri nequaquam potuiſſe, quam hanc ipſam confœderationem. Nec vnquam in animos ſuos induxiſſe, aliquid, quod Regi aduerſetur, ſtatuere, multo minus vicinis Regnis ac Prouinciis detrimentum aut damnum aliquod creare, ſed id vnice operam dare, vt publica commoda quærantur, quemadmodum hoc ſcripta in publicum edita teſtentur.

Seſe nihilominus vna cum incorporatis prouinciis ſemper paratos ac promtos eſſe, Regi Bohemiæ, vt & Regi Poloniæ omnis generis promta ac parata exhibere ſeruitia, pactaque inter ambo laudatiſſima Regna inita, & confœderationes illæſas conſeruare Rogatum itaque Regem velle, ne falſa perſuaſiuncula ſe detineri patiatur, ſed amicus potius ipſorum permaneat, nec concedat, vt hoſtile aliquid cõtra cõmunem patriã, quæ tale quid haud meruerit, perpetretur aut intentetur: deniq; ſeſe ad præſtanda Regi humillima ſeruitia ſubmiſſe offerre.

## CAPVT CXCV.

### *CONSILIARII POLONIAE REGEM SVVM MONENT, NE AVXILIVM DOMVI AVSTRIACAE ferat.*

*INterea aliqui ex ſenatoribus & Conſiliariis Regni Poloniæ, cum Regem ſuum haud male erga Domum Auſtriacam & Cæſarem, affectionatum eſſe deprehendiſſent, non intermiſerunt omnis generis dehortationes ad manus ſumere: qua de cauſa ſequenti ratione Regem à propoſito ſuo dimouere conati fuerunt:* Præ aliis ſcilicet omnibus, *aiebant,* ſalutis ac proſperitatis Regni Poloniæ curam regi eſſe gerendam, deinde etiam immenſa pericula, quæ Regno durantibus hiſce bellicis tumultibus, vel à Turca, vel ab aliis neceſſario expectanda eſſent, probe eſſe perpendenda, præſertim cum antehac in diſſidiis ac controuerſiis, inter Regnum Poloniæ atque alios exortis, Domus Auſtriaca eidem Regno nullam vnquam aſſiſtentiam, nedum auxilium tulerit, ideoque Regem etiam eo minus tutelam aut curam illius domus ſuſcipere debere, ob ſingulare præiudicium, quod Regno Poloniæ exinde creare.

crearetur; cumprimis vero, quod regnum Poloniæ propter viciniam, antiquas confœderationes & amicam correſpondentiam cum Regno Bohemiæ atque incorporatis prouinciis habitam, cauſam non haberet, ob quam hoſtiliter ſe aduerſus Bohemos gereret: diligenter itaq; Regi eſſe cauendum, ac ſumma intentione perſpiciendum præcognoſcendumq; quid facere intendat, præſertim cum pauci admodum Ordines ipſi eſſent ſuffragaturi.

Præterea iſtud etiam probe obſeruandum eſſe, quod controuerſia hæc non ſolumReligionē, vti Catholici aſſerere, atq; modis omnib. defendere conentur, ſed & antiquiſſima Bohemiæ priuilegia, ac libertatem in electione Regis ſui vſurpandam: quo in caſu ſi Poloni contra Bohemos inſurgerent, nihil ipſis aliud ex iuſto Dei iudicio metuendum eſſe, niſi quod & ipſi tandem liberam ſuam in deſignando Rege electionem, ſimili ratione in diſputationem deductā, eſſent amiſſuri; quod certe Ordinib⁹ Poloniæ inſigne penes poſteritatē ſuam pariturum eſſet probrum atq; dedecus, nullo vnquā excuſationis titulo defendendū aut ſaltem palliandū.

## CAPVT CXCVI.

*MIſerant etiam Bohemi ſub hoc tempore Legatos ad Electorem Saxoniæ, qui per literas ipſis ſequenti ratione reſpondit.*

## *LITERAE RESPONSIONALES ELECTORIS SAXONIAE, LEGATIS BOHEMICIS DATAE.*

ILluſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ioannes-Georgius, Dux Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ & Montium, S. Rom. Imperii Archimareſcallus & Elector, Landgrauius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, Burggrauius Magdeburgenſis, &c. audiuit ac cognouit, quæ tres Regni Bohemiæ Ordines Euangelici per Legatos ſuos propoſuerunt. Quemadmodum igitur Sereniſſima ipſius Celſitudo ſubmiſſam Ordinum oblationem, grato ac clementi animo ſuſcipit, ac viciſſim Regno Bohemiæ ſalutarem proſperitatem precatur; ita etiam probe adhuc eſt memor tumultuum Bohemicorum, eorumdemque progreſſus, ac ſecuti huc vſq; ſucceſſus; quæ quia notoria ſunt, prolixa narratione non indigent.

Sereniſſima etiam ipſius Celſitudo haud dubitat, beneuolentiam ſuam & bonam erga Regnum Bohemiæ affectionem ex quamplurimis occurrentiis ſatis ipſis cognitam eſſe atque perſpectam, præſertim vero inde, quod ſtatim ab initio harum turbarum hucuſque eo ſummo ſtudio adlaborarit, vti mediante interpoſitione pax & concordia repararetur, malum remoueretur, ac dictum Bohemiæ Regnum in priſtinum ſtatū ac proſperitatem reſtitueretur. Quod autem omnis ipſius cura atque labor inanis & irritus fuerit, exiſtimat S. ipſius Celſitudo, culpam non ſibi, ſed iſtis imputandam eſſe, quibus prædicta interpoſitio nunquam ſeria, accepta ac grata fuit, quique omnis generis obſtacula atq; impedimenta obiecerunt, donec tandem omnino extincta, ac negotium in iſtum ſtatum, in quo iam verſatur, deductum fuit. Semper quidē Sereniſſ. ipſius Celſ. ſuſceptam mutationē, & quæ illam conſecuta ſunt, haud quaquam pacis, ſed ſanguinolenti potius belli media atq; incentiua præbere iudicauit: nec ſane opinio hæc eam fefellit, quod idem hoc Euangelici Ordines nunc ipſimet conteſtentur, eandemq; ob cauſam conſilium, opē, atq; aſſiſtentiam ſuam implorent; non recordantes, φ hactenus abſq; conſilio ac conſenſu ſuo in turbulento hoc negotio proceſſerint, nunc autem Conſilium à ſe nimis ſero, ac plane poſt Feſtum expetant.



Google

Auxilium petitum quod attinet, ſatisfieri nullo modo poteſt, atque id multas ob cauſas; cum primis vero, quod negotium hoc Sacram Cæſaream Maieſtatem, ſupremum quippe in Regno Bohemiæ Feudi dominum, cuius perſona in omnibus vnitionibus hæreditariis aliiſque compactatis ſemper ſit excepta, ac ſeptimum Imperii Electorem, pro quo S. Cæſ. Maieſt. in nuperrimo Electionis die Francofurti celebrato, ab omnibus ac ſingulis Imperii Electoribus agnita atq; admiſſa fuerit, concernat, atque adeo res longe aliam conditionem & ſtatum, quam prius habuerit, ſit ſortita.

Sereniſſima ipſius Celſitudo non negat, quod expeditionem aliquam bellicam fecerit; ac licet haud obligatam ſeſe eſſe putet, cuiquam de intentione ac propoſito ſuo rationem reddere, præſertim cum actiones ac intentiones ſuas coram Deo, ſummo Magiſtratu atque omnibus defendere ſeſe optime poſſe confidat: eam tamen potiſſimum ob cauſam facta eſt, quod Sereniſſima ipſius Celſitudo animaduerterit, omnes vias, rationes ac media ad amicam interpoſitionem deducentia præcidi, nihilque aliud vbiuis locorum, niſi expeditiones bellicas atque arma adornari, præterea iam tum exercitum ex variis nationibus collectum in procinctu eſſe, nec iam tranſitus ſecundum conſtitutiones Imperii peti ac rogari, ſed vi ac minis extorqueri. Quod ſi Sereniſſ. ipſius Celſitudo ditiones ac prouincias ſuas milite omni nudatas relinqueret, veretur, vt incuriam & ſocordiam talem tandem aliquando coram Deo aut poſteritate ſua excuſare aut tutari poſſit.

Intentio autem Sereniſſ. ipſius Celſitudinis non eſt, quenquam offendere, ſed defenſionem ac tutelam prouinciarum ac ſubditorum, ſuæ curæ ac regimini commiſſorum, ſuſcipere, & damna atque iniurias ab iiſdem propulſare. Ex quibus cognoſcere Euangelici Ordines poſſunt, Sereniſſ. ipſius Celſitudinem petitioni ipſorum gratificari non poſſe, nec Ordines prouinciales, vti id faciat, eſſe conſenſuros. Veram autem & Chriſtianam Religionem, in ſcriptis Propheticis atque Apoſtolicis contentam, inque illibata Confeſſione Auguſtana repetitam, Sereniſſ. ipſius Celſitudo ſumma diligentia defendet, eamque ſibi, ne quid detrimenti aut iacturæ patiatur, ad exemplum prædeceſſorum ſuorum, de meliore nota commendatam eſſe ſinet, haud dubitans, Deum Opt. Max. tutela ac protectione ſua ſibi eſſe adfuturum, ac verbum ſuum contra vim ac tyrannidem hoſtium defenſurum.

Informationem rerum Hungaricarum, & Principis Tranſſyluani quod ſpectat, gratias agit Sereniſſ. ipſius Celſitudo, nec vllam cum illis ea de cauſſa diſputationē inire cupit. Cum autem negari non poſſit, quod Princeps Tranſſyluanus Imperatoris Turcici ſit vaſallus atque ex variis literis colligatur, quod expeditio ipſius in Hungariam facta cum præſcitu ac conſenſu Sultani ſit facta, atque etiamnum cum approbatione ac præſcientia ipſius agat, Sereniſſ. ipſius Celſitudo exiſtimat, futurum euentum eſſe oſtenſurum, in quem finem omnia ac ſingula acta atque tractata fuerint.

Ex animo autem optat, vt nihil periculoſum ſub iſtiuſmodi tractationibus lateat. Hæc Legatis ad propoſitionem ipſorum reſpondenda duxit Sereniſſ. ipſius Celſ. eoſdemq; vna cum Dominis ipſorum Principalibus Electorali gratia ac fauore complectitur. Actum Torgæ 10. Februarij, ann. 1620.

CAPVT.

## CAPVT CXCVII.

# RESOLVTIO CAESAREA, INFERIORIS AVSTRIAE ORDINIBVS IN PVNCTO præſtandi homagii data.

SAcra Cæſarea Maieſtas, Vngariæ ac Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ &c. Dominus noſter clementiſſimus Ordinibus inferioris Auſtriæ, Auguſtanæ Confeſſioni addictis, ad quaternas ipſorum à 3. Aprilis vſque ad 2. huius, inſinuatas literas, reſponſionē hanc præparatoriam reddit, quod licet haud ſperauerit, illos talibus inſimulationibus ac poſtulationibus erga ſe vſuros, vindictamq; de iſtis ſumendi occaſionem ac poteſtatem ſatis ſufficientem habeat, hæc tamen omnia ſuo loco relinquere velit. Parata quidem eſſet S. Cæſ. Maieſtas ad plenam ipſis dandam reſolutionem, niſi tam grande ac ponderoſum obſtaculum, quale eſt Confœderatio, cuius approbationem, patrocinium ac tutelam à S. Cæſ. Maieſt. adeo inſtanter flagitarent, eandem impediret.

Cum autem S. Cæſ. Maieſt. in ea ſit ſententia, quod memorata Confœderatio diuino ac humano iuri, conſtitutionibus imperii ac fidei omni repugnet, præterea S. Cæſ. Maieſt. Domino quippe ipſorum hæreditario, atque toti eius poſteritati in maximum præiudicium ac ſummum detrimentum vergat: ideoq; poſtulat, vt Ordines Confeſſioni Auguſtanæ addicti ſine mora dictæ confœderationi renuncient, ac, quod ita fecerint, quamprimum ſufficienter edoceant. Quo facto S. Cæſ. Maieſtas ad poſtulata ipſorum reſolutionem clementiſſimam illis impertietur, & in conſeruatione antiquarum conſuetudinum, atque aliis paternis demonſtrationibus talem ſeſe exhibebit, vt iure conquerendi occaſionem nullam habeant. Cumque ſummum periculum ſit in mora, S. Cæſ. Maieſt. poſtulat, vt ſeſe abſque vlteriori vlla mora hoc in puncto declarent, quo malis imminentibus occurri, hoſtilis ac proprius exercitus è prouincia expelli, atque Ordinibus ſperata pax reſtitui poſſit: vti & S. Cæſ. Maieſtas in gratia ſua Cæſarea, qua Ordines complectitur, firmiter perſeuerat.

## CAPVT CXCVIII.

# DECLARATIO ORALIS S. CAES. MAIESTATIS DATA INFERIORIS AVSTRIAE Euangelicorum Ordinum delectui, exercitium Religionis concernens.

PErcepimus atque cognouimus ea, quæ nomine Ordinum Auguſtanæ Confeſſioni addictorum propoſuiſtis. Literas quod attinet, ſuo loco relinquimus. Ad Religionis autem exercitium quod ſpectat, ita heroice, vti Cæſarem ac Principem decet, nos reſoluimus, vt Ordines anſam iure de nobis conquerendi plane nullam habeant, cum ipſos in exercitio Religionis Auguſtanæ ſimili ratione, prout tempore Cæſaris Matthiæ factum eſt, imperturbatos, ac tranquillos ſimus

defenſuri. Credite verbis noſtris. Omnia enim quæ vobis promiſimus, tam verè ac conſtanter, quam natus Archidux, & Electus Imperator ſumus, ſeruabimus, planeque talem nos exhibebimus, qualem ſe pater erga filios ac liberos ſuos exhibere ſolet.

Poſthæc ſolennia homagii 13. eiuſdem præſtita ſunt, Ordinibuſque à Cæſare promiſſum, quod, ſicubi in obedientia ſua & deuotione erga ſe conſtantes permanſerint, Dominus ac pater ipſorum clementiſſimus vſque ad extremum vitæ ſuæ halitum eſſe ac perſeuerare velit.

## CAPVT CXCIX.

### *LITERAE VIENNA AD ELECTOREM SAXONIAE MISSAE, EXECVTIONEM REGNI BOHEmiæ concernentes.*

ILluſtris Princeps atq; Elector; In quam triſtem ac periculoſum ſtatum Regnum noſtrum Bohemicum vna cum reliquis incorporatis prouinciis deuenerit, quâq; irritæ prorſus ac inanes fuerint noſtræ ad rebelles noſtros ſubditos admonitiones, ſuperuacaneũ ducimus, vt D.V., quippe cui hæc nota ſunt, nobis etiam tacentibus, omnia, prolixius cōmemoremus. Cum autem certũ ſit, quod, niſi ingenti huic malo mature obuietur, certum diſcrimen atq; interitus multis aliis prouinciis, ac fortaſſis toti etiam Romano Imperio imminens, ſit metuendus, idcirco decreuimus, omnes noſtras vires, vim ac potentiam eo conferre, vti rebellio iſta nefanda reprimatur, atq; aurea pax Imperio reſtituatur. Quia vero erga V. D. vigore pactorum hæreditariorum, quibus nobis, ceu ſupremo feudi domino, obligata eſt, certa ſpe; fiducia, ac propenſione ducimur, ideoq; V.D. executionem contra rebelles noſtros ſubditos in regno Bohemiæ, vigore patentium literarum, quas V. D. mittimus, iniungimus, commendamus & committimus, plenamq; adeo atque abſolutam poteſtatem attribuimus, cum exercitu ſuo regnum noſtrum Bohemiæ, vbi & quibuſcunq; in locis ipſi libuerit, inuadendi, literas noſtras patentes, vel fide dignam earum copiam quouis tempore, loco, modo, paucis ſiue multis, collectim vel ſeparatim proponendi, publicandi atq; exequendi, arces, prædia, vrbes, vicos & pagos occupandi, rebelles Capitaneos ac milites ſtipendiarios vna cum auxiliatoribus ac complicibus ſuis pro viribus profligandi, diſſipandi, atq; abigendi; cumprimis vero fideles noſtros ſubditos, ſiue ſint ſub vna, ſiue ſub vtraq;, ab omni vi ac tyrannide defendendi, eos, qui abſq; cæde & ſanguine ſeſe nobis accommodabunt, & ſubiicient, in gratiam recipiendi, iſtos vero, qui vel inuiti, vel armis ad obedientiã noſtram compellentur, cum reſeruatione, iuramento nobis obſtringendi, ergà perſeuerantes ac pertinaces in rebellione ſecundùm rigorem procedendi atq; exequendi, & in ſumma omne id faciendi, quod D.V. ad effectuationem huius intentionis, recuperationem regni noſtri Bohemici, ac reſtaurationem pacis, commodum, vtile, & factu neceſſarium eſſe exiſtimauerit.

Hac in re D. V. nobis gratificaturam eſſe plane confidimus, amicitiamque ac clementiam noſtram D. V. propenſam ac paratam offerimus. Dabantur in vrbe noſtra Vienna, 16. Iulii, A. C. M, DC.XX.

## CAPVT CC.

# ALTERA RESOLVTIO ELECTORIS SAXONIAE.

ILluſtriſſimus Princeps, Elector Saxoniæ, &c. percepit ac cognouit, quæ Legati Regni Bohemiæ nomine trium Ordinum Euangelicorum oraliter propoſuerunt, ac per literas inſinuarunt. Nunc habita matura ſuper illis deliberatione ſequentem in modum ſe reſoluit.

Principio deuotionem ac ſubmiſſionem trium Euangelicorum Ordinum cum ſingulari gratia ſuſcipit, iiſdemque viciſſim conſilia ſalutaria atq; in commune patriæ bonum vergentia precatur.

Quin & ad memoriam ſibi reuocat antiqua pacta & hæreditarias vniones, quæ inter regnum Bohemiæ, eiuſdemque legitimos poſſeſſores, ac Electores & Duces Saxoniæ intercedentes, in viridi obſeruatione ſemper fuerunt. Eas in poſterum etiam ſartas tectaſque conſeruari cupit.

Cumprimis vero Sereniſſima ipſius Celſitudo beniuolentiam ac propenſam ſuam voluntatem in eo teſtatem fecit, quod à principio ſtatim diſſidiorum Bohemicorum id vnice operam dederit, vt Euangelicos Ordines ab iſtiuſmodi inexcuſabili proceſſu abſtraheret, atq; ad maturiorem & regno vtiliorem reſolutionem adduceret: verum his omnibus neglectis Ser. ipſius Celſ. experiri coacta eſt, quod ſupra allegata pacta hæreditaria non ſolum parui penderentur, verum etiam per adornationem noui regiminis plane caſſarentur atque irrita fierent.

Nec dubitat Sereniſs. ipſius Celſitudo, quin compertum ſatis ſit Ordinibus Euangelicis, quam fidelem interpoſitionis in turbis Bohemicis curam geſſerit, nihilq; omnino intermiſerit, quod ad conſecutionem intentionis commodum atq; vtile eſſe potuiſſet, donec tandem interpoſitione protracta ac dilata, Cæſar Matthias vita defunctus fuiſſet. Ac licet poſthæc S. Rom. Imperii Electores aliam interpoſitionem in medium propoſuerint, cui etiam S. Cæſ. Maieſt. ſeſe accommodauerit, tamen nec illa admiſſa atq; acceptata, ſed ad reiectionem Sac. Cæſ. Maieſt. & electionem noui regis proceſſum, adeoq; ſignificatum fuit, nullo Bohemos concordiæ ſtudio teneri, ſed in delictis atque exorbitationibus ſuis firmiter perſeuerare decreuiſſe: quem in finem arctas & ſplendidas confœderationes, etiam cum hæreditariis Chriſtiani nominis hoſtibus, inierunt.

Cum igitur Sereniſs. ipſius Celſitudo ex hactenus actitatis, paſſim notoriis, animaduertat, ſalutaria ac fidelia conſilia apud Bohemos parum operari, & ipſa coacta ſuit, pacificas cogitationes ſeponere, ac turbulentis temporibus curſum ſuum relinquere, hoc interim nixa ſolamine, quod nihil omnino intermiſerit, quod ad ſublationem horum tumultuum vtile eſſe potuiſſet. Verum ne Sereniſs. ipſius Celſitudinis prouinciæ conterminæ periculis manifeſtiſſimis obiiciatur, vtq; S. Cæſ. Maieſtati debitus reſpectus exhibeatur, Imperium Romanum in pace ac tranquillitate conſeruetur, ac contra incurſus Hungarorum, Tartarorum & Turcarum aſſecuretur atq; muniatur, neceſſitate ineuitabili Sereniſs. ipſius Celſitudo coacta fuit, vt & ipſa ad expeditionem bellicam ſeſe accingeret, cūq; aliis fidelibus Imperii mēbris eo adlaboraret, vti turbæ iſtæ Bohemicæ tandē aliquan-

Google

aliquando ſopiantur, vicini à periculo imminente liberentur, pax & concordia reparentur, & S. Rom. Imperii dignitas ſarta tectaque conſeruetur.

Cum præterea notorium ſit, quod S. Cæſ. Maieſtas ad omnia honeſtæ pacis media ſeſe obtulerit, hæc autem à Bohemis reiecta ac repudiata fuerint, membris autem Imperii fidelibus, præſertim Electoribus, tolerandum diutius non ſit, vt Magiſtratus ipſorum indies magiſque deſpectetur, aggrauetur, atque ſpernatur, ideoque Sereniſs. ipſius Celſitudo certa ſpe ducitur neminem fore, qui vitio ipſi vertat, quod capiti ſuo (Cæſari) auxilium ferat, atque ea faciat, ad quæ iuramentum & reſpectus ipſi debitus Sereniſs. eius Celſitudinem obliget atque conſtringat, præſertim, cum & Romano Imperio alias in hoc Bohemico negotio permagni interſit, dum, vti dictum eſt, ſummum Chriſtianitatis caput haud parum læſum fuit, regnum Bohemiæ, vtpote primarium Imperii feudum atque Electoratus, plane immutatum, & S. Cæſarea Maieſtas, ſeptimus S. Rom. Imperii Elector, inaudito modo, (cum tamen ſine conſenſu & approbatione ſupremi Feudi Domini, eiuſdemque diiudicatione, nemo feudo priuari poſſit) reiecta, atque ita Electorali Collegio notabile præiudicium, nullis vnquam ſeculis excuſandum, motum fuit.

Quemadmodum vero Sereniſs. ipſius Celſitudo nunquam cæde aut ſanguine delectata fuit, ſed ab initio ſtatim horum tumultuum nil niſi pacem, concordiam inter Dominos atque ſubditos expetiit: ita eodem etiamnum quoque eſt animo.

Ac licet Sereniſs. ipſius Celſitudo à Saer. Cæſar. Maieſtate commiſſionem aduerſus regnum Bohemiæ atque incorporatas prouincias acceperit, nullum alium in finem, niſi vt S. Cæſ. Maieſt. debita reuerentia præſtetur, atque Auguſtana Confeſſio vna cum profanis priuilegiis ac libertatibus inuiolata conſeruetur: ſperat tamen Seren. ipſius Celſitudo, atque iudicat, Commiſſionem hanc etiam abſque vi atque violentia quam optime poſſe expediri, modo grata illa Ordinibus atque accepta ſit, magiſque pax atque tranquillitas, quam diſcordia atque tumultus deſideretur.

Omnes Seren. ipſius Celſitudinis cogitationes ad pacem & tranquillitatem, conſeruationem veræ, puræ, Chriſtianæ atque Euangelicæ Religionis, defenſionem priuilegiorum atque libertatum, ab Ordinibus bono titulo acquiſitarum, tutelam publicorum ac priuatorum commodorum, ſunt intentæ.

Quod ſi Euangelici Ordines eius ſunt intentionis, abſque vlla hoſtilitate aut inimicitia ſcopus ille attingi poteſt: atque id multo melius; quam ſi omnia ac ſingula priuilegia, & cum his præcipue illibata Chriſtianæ Religionis Confeſſio dubio atque incerto belli euentui committantur. Sin vero in propoſito ac pertinacia ſua perſeuerabunt, fieri quidem ita Seren. ipſius Celſ. permittet, ſpe tamen tali freta, fore, vt, ſi quando euentus tandem aliquando periculoſior ſubſequatur, excuſata in futurum hac in parte habeatur. Hæc ſunt, quæ Sereniſſima ipſius Celſitudo Legatis trium Euangelicorum Ordinum, ad poſtulationem eorum, ſignificanda duxit, eoſdem Electorali ſua gratia perſeuerantet complectens. Signatum Dreſdæ 17. Auguſti, A. C.
M.DC.XX.

CAPVT

## CAPVT CCI.

# LITERAE ELECTORIS SAXONIAE AD LVSATOS, EXECVTIONEM SIBI COMMISSAM *concernentes.*

SAlutem & omnia bona, &c. Admodum gratioſi, Prænobiles &c. dilecti: Qualem S. Cæſ. Maieſtas, Dominus noſter clementiſſimus, commiſſionem, Marchionatum ſuperioris Luſatiæ concernentem, obtulerit, ex adiuncta copia, cum vero Originali exacte collata, pluribus cognoſcetis. Etſi autem nihil magis optauiſſemus, quam vt nobis Commiſſione parceretur: quia tamen S. Cæſ. Maieſtati, vtpote Regi Bohemiæ atque Electori, ac ſupremo Feudi Domino obedire atque debitam opem ferre tenemur, ideo Commiſſionem illam Cæſaream & Regiam libenter in nos ſuſcepimus, præſertim cum ſciamus, quod S. Cæſarea Maieſtas etiamnum iis, qui ad debitam obedientiam ſeſe accommodabunt, clementiam ſuam teſtatam facere decreuerit.

Ne autem diutius differatur Commiſſio illa, ſed mature ad effectum deducatur, in viciniam nos contulimus, idque per præſentem noſtrum Legatum inſinuare vobis & notificare voluimus. Ac quoniam ex illa S. Cæſar. Maieſtatis animus plane benignus ac paternus ſatis ſuperque patet, paratus quippe ad obliuioni tradenda omnia illa, quæ hactenus temerariis nulloque prætextu palliandis auſis ac conatibus contra S. Cæſar. Maieſtatis perſonam, officium, ſublimitatem, & dignitatem acta ac patrata ſunt, modo debita ipſi reuerentia ac ſubiectio exhibeatur: ideoque vos omnes ac ſinguli Commiſſionem hanc Cæſaream atque Regiam, nobis oblatam, vobis ipſis, coniugibus ac liberis veſtris, deniq; bonis & facultatibus veſtris apprime profuturam probe perpenderitis ac conſiderabitis, quod aliud medium non ſit, per quod pax & tranquillitas reſtaurari, Cæſarea ira atque indignatio emolliri, exercitus eiuſdemque violentia auerti poſſit, quam ſi oblata à Cæſare gratia ſubmiſſa deuotione acceptetur, ac iuramentum, quo iam tum S. Cæſ. Maieſtati obſtricti eſtis, obſeruetur. Notandum autem vobis cumprimis eſt, nullam vos vnquam cauſam ſatis ſufficientem habuiſſe, à S. Cæſ. Maieſtate vos abalienandi, cum nunquam offenſionem vllam ab ipſa ceperitis, multo minus in quoquam grauati fueritis.

Quare cum periculum ſit in mora, atq; exercitus ob vitandas quamplurimas incommoditates celeritatem requirat, ideo vos monemus, vt intra triduum à tempore inſinuationis numerando, per Legatos, quibus hinc inde, abſque periculo proficiſcendi poteſtatem liberam facimus, Categorice vos ac rotunde declaretis, quod huic inſinuationi ac mandato Cæſareo obedientiam ac ſatisfactionem in omnibus ac ſingulis ſitis præſtituri; vti vos vigore harum literarum paterne, fideliter ac ſerio monemus, obteſtamur atque adhortamur, ne Mandato Cæſareo reſiſtatis, oblatam gratiam reſpuatis, vxores, liberos, facultates, priuilegia, libertates, iura, immunitates, ac præſertim precioſiſſimum animarum veſtrarum theſaurum, veram, puram & Chriſtianam Religionem, omnino peſſundetis. Nec vos à laudabili hoc propoſito abſterreat Confœderatio, cum reliquis



Digitized by Google

Prouinciis iuita, atque incommoda exinde ſecutura: cum dicta Confœderatio à S. Cæſ. Maieſtate iam ſit caſſata, atque omnino è medio ſublata Nos etiam promti ac parati ſumus, vos omnes ac ſingulos defendere, in gratiam Cæſaris reponere, atque in ſumma efficere, vt priuilegia, libertates, iura atque immunitates veſtræ conſeruentur, ac puræ & Chriſtianæ Religionis exercitium ita concedatur, vt de hiſce omnibus certiſſime aſſecurati occaſionem, humiles nobis gratias referendi, ſitis habituri.

Adhæc proteſtamur ex bona ac fideli noſtra conſcientia, quod nihil aliud niſi pacem, quietem, tranquillitatem, & veſtram omnium ſalutem quæramus, atque econtra cædem, ſanguinem, exilium, quantum in nobis eſt, ac veſtra conceſſione nobis licebit, à vobis, vxoribus, liberis, bonis ac facultatibus veſtris auertamus: ad quem finem huc nos cum exercitu noſtro contulimus, non tanquam hoſtis, ſed vti amicus & Commiſſarius Cæſareus ac fidelis conſultor, qui vos ſæpe amore ac fideli beneuolentia complexus, commoda veſtra promouit, damna auertit, non vt vos conturbemus ac in mœrorem coniiciamus, ſed in gaudium ac lætitiam, non vt vos perdamus, ſed defendamus atque ab omnibus hoſtilibus inuaſionibus liberos atque immunes conſeruemus. Quod ſi vos, vt ſperamus, ac vtilitas veſtra exigit, debito nobis modo accommodaueritis, iam compotes facti eſtis eorum, quæ cupitis ac deſideratis: ſin minus, temporalem atque æternam veſtram ſalutem, priuilegia atque libertates manifeſtiſſimo periculo exponetis: ſuper quo coram vobis & omnibus excuſati eſſe volumus, ſi id effectum deinde dederimus, quod dicta Cōmiſſio fieri à nobis exigit. Ad hæc expectamus veſtram categoricam, perfectam, rotundam, ſine omni exceptione aut conditione, reſponſionem, vobiſque Electorali noſtra gratia fauemus. Dabantur Stolpæ 26. Auguſti, ann. 1620.

## CAPVT CCIII.

## LITERAE DVCIS BAVARIAE AD ELECTOREM PALATINVM, REGEM TVM TEMPORIS Bohemiæ, Executionem concernentes.

QVam candido, ſyncero ac fideli animo, tam ante, quam poſt nouam Bohemorum & putatiuam electionem Dilectioni Veſtræ ſub dato 24. & 26. Septembris, 7. & 26. Octobris, anni præteriti, ac ſub dato 24. Martij, 10. Aprilis, & 5. Maij, præſentis anni, deductis omnibus circumſtantiis ſcripſerimus, quibus de cauſis D. V. coronam alienam, alii iam agnito, coronato ac ſuccedenti Regi impoſitam, non acceptare, à Porta Turcica, & dependentis ab illa vaſalli protectione, aſſiſtentia ac ſubiectione Germanæ libertatis abſtinere, itemque mediante hac illicita, omnibus regibus ac principibus præiudiciali, electione, non ſolum bina regna, maximis hactenus ſumtibus ac laboribus conſeruata propugnacula, Hungariam & Bohemiam, vna cum reliquis prouinciis hæreditariis Auſtriæ, ad extremam perniciem atque interitum adducere, inque Turcicam ſeruitutem redigere, verum etiam reliquum Romanum Imperium in motum vniuerſalem, & diſſolutionem totam deuoluere, ac rapinæ nationum exterarum exponere, nullo modo

lo modo debeat, iam manifeſtum ac cognitum D. V. eſſe putamus. Miramur autem, quod D. V. vtpote primarius Imperii Elector, qui pace & tranquillitate cum ſuis ſubditis ſummo cum honore atque authoritate frui potuiſſet, ſe atque alios in tam grauia ac manifeſta pericula præcipites dare, atque anſam præbere velit, quod ſub veſtro nomine hæ prouinciæ tam miſera ac cruenta ſanguinis Chriſtiani profuſione fœdentur, conſpurcentur ac peſſundentur; quodque non potius ſecundum legem à natura inſitam, QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS, alienam hanc Coronam legitimo ipſius Regi reſtituat, rebelles prouincias ad obedientiam debitam reducat, pacem ac concordiam promoueat, & ad exemplum fortiſſimi Herois, Philippi, Comitis Palatini, laudatiſſimæ memoriæ, eaſdem prouincias defendat potius, quam Turcarum faucibus immittat. Semper enim nos ita declarauimus, fore, vt ſi S. Cæſ. Maieſtas, & cum ea communis noſtra patria, vlterioribus periculis obiiciatur, noſque à dicta S. Cæſ. Maieſtate vigore iuramenti eidem à nobis præſtiti ad ſuccurrendum ipſi ſolicitemur, obligatos atque obſtrictos nos eſſe agnoſcamus, S. Rom. Cæſ. Maieſtati, vtpote ſummo noſtro capiti atque Magiſtratui, ac communi, ad interitum vergenti, patriæ (quod facere omnes, poſtpoſitis cunctis aliis reſpectibus, tenemur) pro viribus adeſſe, auxilium ferre, ac publicam ſalutem in integrum reſtituere, ſartamque ac tectam conſeruare.

Ad iſtiuſmodi fideles admonitiones, iuxta alias rationes vniuerſales, cumprimis etiam ob propinquam cognationem, nomen ac proſapiam, tum ob ſinceram quoque amicitiam, beneuolentiam ac vicinitatem commoti ſumus, vti & D. V. eum in finem factas eſſe eaſdem faſſa eſt atque ipſa agnouit. Quod autem inanes, fructu caſſæ atque irritæ fuerint, ac res ad extrema deducta, ideoque S. Cæſ. Maieſtas ad neceſſaria media, præſertim vero ad commiſſionem, Auſtriam ſuperiorem ac regnum Bohemiæ concernentem, noſtræ perſonæ iniungendam atque imponendam commota fuerit, etiamſi libenter vidiſſemus, quod noſtræ perſonæ hac in parte parſũ fuiſſet, tamẽ intermittere nullo modo debuim⁹ ac voluimus, quin D. V. dictã Cæſaream Comiſſionem, vigore adiunctæ copiæ, communicaremus, ſimulque adhortaremur, vt negotium ad extrema deduci haud concedat, ſed noſtris, atque aliorum bene affectionatorum Electorum, Principum atque Ordinum, admonitionibus locum relinquat, Coronam prius declarato ac legitime ſuccedenti Regi reſtituat, Bohemos atque incorporatas prouincias ad Sacræ Cæſ. Maieſtatis obedientiam reducat, contraria, ex Turcica origine profecta, atque ad Germanorum ſubiectionem vergentia, conſilia, deſperata atque exacerbata, deponat, iiſdemque renunciet.

Id vbi D. V. fecerit, faciet rem Deo gratiſſimam, ſibique, ac regno Bohemiæ & incorporatis prouinciis perutilem. Sin minus, S. Cæſ. Maieſtati in functione iſta ſatis quam ardua ac difficili morem gerere cogemur, vti & eum in finem, ſecundum tenorem præfatæ Comiſſionis, iam in itinere ac procinctu ſumus, atque in Bohemiam, vt debito modo contra Ordines illius atque ſubditos procedamus (nam alia res eſt cum D. V.) tendimus.

Auſtria ſuperior ſupra Enſam iam S. Cæſ. Maieſtatis deuotioni ſe accommodauit. Optauiſſemus quidem, vt ſine vlla moleſtia ac grauamine fieri potuiſſet. Sed quia ditio illa negotium hoc ad iſtiuſmodi terminos deduci permiſit, in

tanta militum multitudine, præſertim cum hoſtiliter ſe ab initio exercitui oppoſuerint, tam accurata diſciplina obſeruari non potuit: Cumque belli incommoda paſſim nota ſint, Deo res hæc eſt committenda. Dabantur Freiſtadii, 25. Auguſti, Anno 1620.

## CAPVT CCIII.

## *LITERAE DVCIS BAVARIAE AD ORDINES BOHEMIAE.*

NOS, Dei Gratia, Maximilianus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ; notum facimus Ordinibus, Subditis, omnibuſque ac ſingulis ad regnum Bohemiæ pertinentibus, quod inuictiſſimus atque illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ferdinandus II. electus Romanorum Imperator, &c. Dominus atque agnatus noſter clementiſſimus, grauem Commiſſionem, teſtante adiuncto Originali, vos omnes ac ſingulos concernentem, iniunxerit.

Etſi autem nos, atque omnes illi, quibus turbulenta hæc tempora curæ cordique ſunt, ſummo cum dolore conquerimur, quod, neglectis quamplurimorum Regum, Electorum, Principum atque Ordinum fideliſſimis admonitionibus, pericula regni huius atque conterminarum prouinciarum, ipſius etiam Romani Imperii, indies magis magiſque cumulentur, atque extrema, cum inenarrabili damno, iactura, ac ſanguinis Chriſtiani profuſione coniuncta, tententur: Tamen, vt ſummo Magiſtratui à Deo nobis propoſito morem geramus, prædictam Commiſſionem, vtvt grauis ac ponderoſa illa ſit, ſuſcipere coacti ſumus. Itaque præmemoratam Cæſaream Commiſſionem vobis nunciamus atque intimamus, atque adeo iubemus, vt è veſtigio atque in continenti; poſtquam hæc vobis inſinuatio atque citatio facta fuerit, Commiſſioni Cæſareæ morem geratis, ac regnum periculis & ſeruitute Turcica imminente, in quæ à vobis coniectum eſt, liberetis, nec à quoquam homine, quicunque ille ſit, à propoſito vos dimoueri patiamini, S. Cæſ. Maieſtati, quippe legitimo, coronato, vncto atque ordinario veſtro Regi, cui iuramentum ſancte præſtitiſtis, quiq; morigeros in gratiam ſuam vult recipere, vos ſubiiciatis, atque in ſumma viam pacis potius, quam pertinaciæ ac diſſidij eligatis, cumprimis vero caueatis, ne in perpetuum nominis veſtri dedecus, vos, vxores ac liberos veſtros, tum florentiſſimum etiam regnum, alijs in prædam ac direptionem exponatis. Iam enim cum exercitu noſtro in itinere ac procinctu ſumus, eum in finem, vt vigore Commiſſionis Cæſareæ morigeros defendamus, refractarios autem ac rebelles ad obedientiam redigamus.

Qua de cauſa etiam ſeuere vos monitos volumus, vt ne gratiam à S. Cæſarea Maieſtate oblatam reſpuatis, ſed potius, ſi ſane veſtra, veſtrorum, regni ac totius Chriſtianitatis ſalus vobis curæ ac cordi eſt, eandem agnoſcatis, atque hanc intimationem, nunciationem ac citationem extemplo omnibus in locis publicetis, ne, ſi neglectum id à vobis fuerit, excuſatio vobis incumbat. Datum Freyſtadii 25. Auguſti, ann. 1620.

## CAPVT CCIV.

## *RESPONSIO ORDINVM BOHEMIAE AD LITERAS DVCIS BAVARIAE.*

ILluſtriſſime Princeps, &c. Literas C. V. ad tres regni Bohemiæ Ordines datas accepimus, & ex illis, vt & ex literis Imperatoris Ferdinandi patentibus, intelleximus, quod tam Ordinibus huius regni, quam Regiæ Maieſtati Bohemiæ Domino noſtro clementiſſimo, multæ atque grandes accuſationes, in ſingulare honoris ac nominis noſtri detrimentum, obiiciantur, quæ tamen nullo modo probatæ, nec vnquã à nobis ſconceſſæ fuerunt, vti ex literis Regiæ Maieſtatis contra mandatum Cæſaris caſſatorium editis, atque ex Ordinum deductione, in lucem publicata, liquido conſtat, in quibus ſufficientibus argumentis eſt demonſtratum, quod Regni huius Ordines atque incorporatæ Prouinciæ rationes grauiſſimas ac prægnantiſſimas habuerint, ea faciendi, quæ ius, iuſtitia atque æquitas illos facere permiſit, quodq; etiamnum parati ſint, de omnibus ac ſingulis rebus à ſe geſtis coram Deo atque omnibus, ſiniſtra affectione non præoccupatis, debitam rationem reddere.

Et quia neque Regia Maieſtas neque nos Celſ. Veſtræ vnquam anſam ſiue occaſionem diſſidij præbuimus, ſed ſemper vicinitatem beneuolã ac fidelem conſeruauimus, igitur etiam ſperamus, Celſitud. Veſtram, quippe prudentem ac primarium Imperii Principem, his contraria non eſſe affectaturum, nec contra Regiam Maieſtatem, hoc regnum atque incorporatas ac confœderatas prouincias hoſtile aliquid ſuſcepturum, atque ab executione ſtatim, parte altera inaudita, contra omne fas & æquum, exorſurum.

Si vero aliquis fuerit, qui Regnum hoc hoſtiliter inuadere audebit, parati imo obligati erimus ſub vitæ, honoris, opum ac ſanguinis iactura, patriam defendere, coniunctis manibus ac viribus Regiam Maieſtatem, vtpote noſtrum, vigore Priuilegiorum noſtrorum, ordinarium, electum ac coronatum Regem ac Dominum, contra vim ac tyrannidem cum profuſione ſanguinis ac vitæ tueri, atque euentum iuſtiſſimo Deo committere. Et quia hac ratione patentibus Cæſaris literis nihil deferre poſſumus, igitur Celſ. Veſtræ in Originali rurſus tranſmittitur. Datum Pragæ 30. Auguſti ann. 1620.

## CAPVT. CCV.

## *RESPONSIO REGIS BOHEMIAE AD LITERAS DVCIS BAVARIAE.*

ILluſtriſſime Princeps, Literas D. V. ſub dato 25. præſentis menſis Auguſti accepimus, atq; ex iiſdem intelleximus, quod D. V. cum exercitu ſuo in regnum noſtrum Bohemiæ tendat, atque poſtulet, vt dictam Coronam prius electo, coronato ac legitime ſuccedenti Regi reſtituamus, & conſilia, ad Turcicam ſeruitutem collimantia, ſeponamus.

Reuocamus autem nobis in memoriam literas illas, quas cum D. V. in negotio hoc, Electionem Bohemicam concernente, communicauimus, itemque, quæ per Legatos D. V. reſponſionis vice ſignificanda duximus, ex quibus D. V. procul dubio ſatis intelligere potuit, quam grauibus ac iuſtis de cauſis commoti Coronam hanc acceptauerimus. Illis literis adhuc inhæremus, præſertim cum & D. Veſtram de amicitia ac beneuolentia noſtra ſatis & ſufficiẽter aſſecurauerimus. Notum etiam eſt Dilect. Veſtræ, quod iam aliquot vicibus Ordines Bohemiæ atq; incorporatarum prouinciarum, Reiectionem Cæſaris, atque Ius liberæ electionis certiſſimis validiſſimiſque argumentis ac rationibus defenderint, ac contrarias obiectiunculas firmiliter reiecerint, & confutauerint, ad quarum deductionem adhuc nos referimus. Cumprimis vero alienum ac peregrinum eſt auditu, quod tam nulliter ac de facto contra omne ius, conſtitutiones Imperii, ac Capitulationem Cæſaream, ſub nomine Imperatoriæ Maieſtatis in propria cauſa, cum nos, regnum noſtrum ac confœderatæ prouinciæ non cum Romanorum Imperatore, ſed cum Domo Auſtriaca, ius hæreditarium in Regnum noſtrum prætendente, litem agitemus, aduerſus nos proceſſum fuit. Nos certe bona conſcientia freti ſumus, quod nequaquam deſperatis conſiliis, ab hoſte Chriſtianitatis originem ducentibus, atq; ad Turcicam ſubiectionem vergentibus, locum demus, aut iiſdem ducamur aut fruamur. Aduerſa potius pars videat, ne dum priuatas ſuas intentiones cum totius Chriſtianitatis Commotione, periculo atq; diſpendio, mordicus defendere ac tutari volunt, Turcæ occaſionem, tumultibus ſe hiſce immiſcendi, præbeat, quo caſu in omnem euentum totum hoc negotium Deo Opt. Max. iuſtiſſimo iudici committimus, ac D. V. omnis generis officia exhibere propenſi ſumus. Datum Pragæ 30. Auguſti anno 1620.

## CAPVT CCVI.

*Bohemi, atque Rex cum viderent, Executionem continuari, ſequentes literas publicarunt.*

## *REGIS BOHEMIAE MANDATVM GENERALE, AD OMNES CORONAE BOHEMICAE VASALLes.*

NOS, Fridericus, Dei Gratia, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Elector, Dux Bauariæ, Marchio Morauiæ, Dux Lucelburgi, & Sileſiæ, Marchio ſuperioris atque inferioris Luſatiæ, &c. Illuſtriſs. Electoribus, ac Principibus, amicis noſtris, patruis, auunculis, & affinibus, amicitiam noſtram, atque omnia, quæ poſſidemus, bona: Generoſis autem & inclytis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, Equitibus, Conſulibus, Rebuſpublicis, atque aliis omnibus

mnibus noſtris, ac regni noſtri Bohemiæ vaſallis, incolis atque ſubditis, gratiam noſtram deferimus.

Illuſtres ac dilecti patrui, auunculi atque affines, Electores ac Principes, itemque Generoſi, Inclyti ac dilecti fideles: Non dubitamus, eſſe iam notorium, in quam periculoſum ſtatum Regnum hoc vna cum Confœderatis prouinciis, ab aduerſariis ſuis, eorumdemque auxiliatoribus ac complicibus, ſine vlla legitima ac iuſta cauſa, ex mero odio, atque inſatiabili vindictæ cupiditate, coniectum ſit, dum contra incolas atque ſubditos noſtros, abſque vllo diſcrimine in corporibus ac bonis eorum immanius ac ferocius, quam Turcæ, Tartari, Ethnici atque increduli, crudeliter ac beſtialiter ſæuierunt, ac cum profuſione innumerabilis Chriſtiani ſanguinis, & irreparabili damno prouinciarum incorporatarum, atque his vicinarum, animum ſuum tyrannicum expleuerunt.

Etſi autem ab illo tempore, quo poſt legitimam ac iuri conſentaneam Abdicationem Cæſaris Ferdinandi, Corona hæc per Dei gratiam ac ſingularem prouidentiam, vnanimi Ordinum conſenſu atque electione, ad noſtram perſonam deuoluta fuit, nihil nobis magis curæ ac cordi fuit, niſi vt tumultibus hiſce, totalem Prouinciarum interitum certo ſecum ferentibus, obuiaremus, pacemque ac concordiam repararemus, quem in finem ex amicorũ & cognatorum conſilio, itemq; Ordinũ noſtrorum cõſenſu, ad inducias cum hoſte noſtro feriẽdas ceſſationem armorum & tractationem pacis amicam nos obtulimus, ac tantum, quãtũ abſq; læſione dignitatis noſtræ regiæ nobis liceat, facturos nos eſſe, promiſimus: tamen experiri coacti ſumus, quod non ſolum Chriſtiana & æquitati cõſentanea hæc noſtra intentio ab aduerſa parte contemtibiliter repudietur, ſed &, vltra priora immaniſſima & crudeliſſima facinora, arma arrepta peruicaci perſeuerantia atque hoſtilitate continuentur.

Ex quibus omnibus meridiana luce clarius conſtat, intentionem ac propoſitum aduerſariorum noſtrorum iſtud eſſe, vt ſub prætextu ſummi magiſtratus atque auxilio aliorum, intra atque extra Imperium, etiam vaſallorum regni huius, totaliter nos peſſundent: quem in finem etiam peregrinum exercitum, contra conſtitutiones imperiales, libertatem Nationis Germanicæ, & iuratam capitulationem induxerunt.

Quia vero conſtanti, forti atque regio animo, nos ipſos, Regnum noſtrum, eidemque incorporatas prouincias, & in illis tot miſeros, innocentes atque afflictos Chriſtianos defendere, atque ab vlterioribus calamitatibus, preſſuris atque moleſtijs immunes ac ſaluos reddere decreuimus, cumque Ordinibus noſtris, qua ratione vis atque violentia à nobis auertenda ſit, tranſegimus, neminem ea audacia præditum fore ſperamus, cuiuſcunque ſtatus ſit aut conditionis, qui nobis ac Coronæ noſtræ Bohemicæ iure feudi obſtrictus atque obligatus eſt, vt coactam hanc noſtram defenſionem quouis modo aut prætextu impedire, aut nos & coronam noſtram Bohemicam vna cum incorporatis prouinciis, vaſallis aut ſubditis noſtris, armis & vi bellica inuadere aut adoriri conetur.

Moni-

Digitized by Google

Monitos itaque vos omnes ac ſingulos, quotquot feuda à nobis, & Corona noſtra Bohemica agnoſcitis, volumus, atq; adeo regia Bohemica poteſtate vobis mandamus, vt nemo veſtrum ſub feudi amiſſione, ac pœna in iuribus feudalibus conſtituta, cuius conditionis, ordinis, aut dignitatis ſit, aduerſatio noſtro contra nos atque Ordines Coronæ noſtræ Bohemicæ, & incorporatas prouincias quoquam modo auxilium aut ſubſidium ferat, ſiue id fiat mediante exercitu, pecunia, tormentis, munitione, commeatu, conſilio, acceſſu, liberatione aut alio quocunque modo, ſed potius, ſi id quiſpiam præſumere aut factitare auſit (quod tamen futurum haud ſperamus) modis omnibus impediat atque auertat.

Similiter omnes ac ſingulos Capitaneos, Officiarios atque gregarios milites, Nobis ac Coronæ Bohemicæ feudi iure obſtrictos, aut alio quouis modo obligatos, in aduerſarij noſtri caſtris iā militantes, monitos ſub eadem pœna volumus, vt intra quatuordecim dierum ſpacium, ab inſinuatione huius mandati numerando, ex aduerſarij & complicum caſtris ſe proripiant, nec ſe vel iuramento, vel promiſſo, vel cognatione, vel alio quouis obſtaculo impediri ſinant. Quique intra conſtitutum tempus mandato noſtro parebunt, iis ſecuritatem concedimus: qui vero gratiam & clementiam agnoſcere detrectant, atq; in intentione ſua perſeuerant, pœnis conuenientibus erga illos irremiſſibiliter procedemus, iiſq; nunquam iſtos liberabimus, multo minus in integrum reſtituemus. His ſeſe quilibet conformabit, ſibique à damno ac periculo cauebit. In maiorem huius rei fidem ſigillum noſtrum regium literis hiſce appendi iuſſimus. Actum in arce noſtra regia Pragenſi 18. Auguſti, ann. 1620. Regni noſtri Bohemici primo.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Maieſtatis proprium.

## CAPVT CCVII.

### *LITERAE SPECIALES REGIS BOHEMIAE AD ILLVSTRISS. PRINCIPES, IOANNEM-CASIMIRUM, & Ioannem-Erneſtum, Seniorem, Duces Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ & Montium &c. feuda Bohemica concernentes.*

NOS, Fridericus, Dei Gratia, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, & Elector, &c. Illuſtr. Principibus ac Dominis, D. Ioanni-Caſimiro, & Ioanni-Erneſto, Seniori, Fratribus, Ducibus Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ & Montium, &c. amicitiam noſtram atque omnia bona deferimus, iiſdemque ſignificamus, quod Illuſtriſ. Princeps ac Dominus, D. Ioannes-Georgius, Elector Saxoniæ, poſtquam nuper elapſo tempore, procul dubio ex inſtinctu aliquorum infidelium & ſceleratorum, ex hac Corona proſcriptorum, tum etiam ſuaſu aliorum, tam ſpiritualium, quam ſecularium Practicorum, Pontificæ Ligæ ac Hiſpanicæ Conſpirationi addictorũ, contra nos, Coronam noſtram Bohemicam atque incorporatas pro-

tas prouincias, ſeſe aſſociauit, confœderauit, & conciliabuli ſanguinolenti Mulhuſii celebrati, atque in eo factæ clandeſtinæ concluſionis executor eſſe promiſit, ante paucos dies cum exercitu ſuo in Marchionatum noſtrum ſuperioris Luſatiæ, præcipuum noſtri regni membrum, atque incorporatam prouinciam ſe contulerit, atque initio Ordines dictæ prouinciæ, dolo ac proditione, ſibi ſubiicere atq; à nobis abalienare, ſed eo detecto, & proditoribus, ab eo miſſis, in vincula coniectis, vrbem noſtram Budiſſinum hoſtiliter oppugnare atque expugnare auſus fuerit. Verum fruſtra, Deo ſic diſponente.

Cũ igitur hoc ſuo facto Nos, quippe legitimum Bohemiæ Regem, cui triplici iuramento propter quamplurima feuda obſtrictus eſt, vehementiſſime atq; enormiſſime læſerit, & omnibus ac ſingulis feudis, Regalib⁹ & iuribus ſe ipſum de facto indignũ reddiderit ac priuauerit, & nos inſuper cauſam ſatis ſufficientẽ habuiſſemus, feuda illa amiſſa, atq; ad nos pertinentia, mediante exercitu noſtro inuadere, atq; ſub noſtrã poteſtatẽ redigere, innocentes defendere, refractarios autem igne & gladio ad obedientiam deducere, manſuetudinem tamen noſtram primum ob oculos nobis poſuimus, at, ne innocentes ſubditi ob dominorum ſuorum culpam pœnas luerent, clementer, vti ex adiunctis copiis D. D. V. V. cognoſcent, eos auocauimus, atque officiorum ſuorum memores reddidimus, quod & D. D. V. V. ſignificandum duximus, ſimulque monemus atque poſtulamus, vt ſtatim ab inſinuatione harum literarum D. D. V. V. omnes illos patrui ſui principatus, dominia ac ſubditos, quos iure feudi à Corona noſtra Bohemica habet, quique hoc tempore vacant, (vti illos etiam à iuramento, regia poteſtate atque authoritate fulti abſoluimus) ſub patrocinium ac poteſtatẽ ſuam redigant, ac, ſi debitã obedientiã præſtare recuſauerint, vi atq; armis compellant, ſub amiſſione feudorum ac regalium, quæ D. D. V. V. à Bohemica Corona dependere agnoſcunt. Nos viciſſim ſtrenuam operam nauabimus, ne dicto Electori ab aduerſariis noſtris, Ligæ addictis, vel pecunia, vel tormentis bellicis, vel militibus, vel apertione tranſitus quicquam auxilij aut ſubſidii contra nos, regnum noſtrum, atque incorporatas prouincias ſubminiſtretur.

Hæc D. D. V. V. facturas confidimus, eiſdemque amicitia ac beneuolentia ſingulari iuncti perſeueramus, & contra omnium incurſus ac violentias vita, corpore, ſanguine atque opibus noſtris D. D. V. V. defenſuros eſſe promittimus. Dabantur ſub impreſſione noſtri ſigilli in arce noſtra regia Pragenſi, 28. Septembris, anno 1620. Regni noſtri primo.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Maieſtatis proprium.

## CAPVT CCVIII.

### LITERAE OFFICIARIORVM BOHEMICORVM AD ELECTOREM SAXONIAE, CVR EXECVtionem aduerſus illos ſuſcipere non debeat.

SEreniſſime ac Potentiſſime Princeps, A S. Reg. Maieſtatis Bohemiæ, Domini noſtri clementiſſimi, conſiliario & capitaneo prouinciali ſuperioris Luſatiæ, Adolpho à Gerſdorf, certiores hodie redditi ſumus, quod C. V. ab illo expetierit, vti Ordines prouinciales conuocaret, ad Commiſſionem quandam Cæſaream illis inſinuandam, quodque C. Veſtræ exercitus terminis ac limitibus prouinciæ appropinquet. Facile autem eſt coniicere, quo prædicta Commiſſio collimet: idem enim ex Celſ. Veſtræ Reſolutione, Dreſdæ nuper nobis data, perſpicuum fuit. Nam Celſ. Veſtra, contra omnem ſpem noſtram, ab aduerſario noſtro falſis perſuaſiunculis in tantum eſt occupata atque capta, vt hoc tempore longe alias de nobis alat opiniones, quam ab initio ſeſe erga nos declarauit. Quin imo ex his cognoſcimus, quod Apologiæ atque deductiones noſtræ, quæ iam toti propemodum mundo innotuerunt, Celſ. Veſtræ nunquam recte fuerint propoſitæ. Alias enim impoſſibile fuiſſet, vt Celſit. Veſtra, vtpote Euangelicus Elector, cuius prædeceſſores ad conſeruandam & dilatandam Religionem Euangelicam, contra Pontificiam, Ieſuiticam, & Hiſpanicam tyrannidem, tantas pertulerunt calamitates, ad acceptationem Commiſſionis, à Pontificijs & Hiſpanicis Conſiliariis à Cæſare extortæ, adduci potuiſſet, atque ita modis omnibus conniteretur, vt diu agitata Executio Tridentini Concilii contra omnes Imperii Romani Ordines Euangelicos eo facilius in effectum deduceretur, id quod tam ex Pontificiorum ſcriptorum libris, in publicum editis, qui expreſſe ſtatuunt, ſectarios ſectariorum auxiliis opprimendos eſſe, teſte Paulo Windeccio in Deliberatione de hæreſibus extirpandis, quam ex communi experientia atque praxi ſatis liquido apparet. Quin & Roma ſcribitur, quod Liga in Imperio eam ob cauſam negotiis Bohemicis manifeſte prius ſe non immiſcuerit, quam Celſ. Veſtram, prius ad ſuas partes pertraxiſſet, atque, vt ſpiritualium Electorum votis ac voluntati, ad Pontificis eiuſdemque aſſeclarum nutum, in omnibus ſe accommodaret, arcana quaſi quadam violentia compuliſſet.

Veruntamen Celſ. Veſtra, qualemcunque etiam euentum res ſit ſortitura, opus habet accurate perpendere, qualis ſibi tandem aliquando ob profuſionem innocentis ſanguinis, præſertim vnam atque eandem Religionem profitentium, ratio ſit reddenda.

Ad hæc videre non poſſumus, qua ratione iſtiuſmodi Cæſareæ Comiſſiones contra Coronam hanc & incorporatas prouincias fundari ac iuſtificari queant, non ſolum ob notam exemptionem, atque adeò ob notorium defectum iuriſdictionis, ſed etiam, quia omnia hæc attentata, licet dicta Confœderatio in rerum natura non eſſet, diuinis & humanis iuribus, cumprimis vero Imperii conſtitutionibus, & Capitulationibus; ac regni huius atque incorporatarum prouinciarum legibus fundamentalibus è diametro repugnant atque aduerſantur: tum etiam, quia inauditum eſt, quod Imperator Romanus in priuata ſua cauſa, ſuam ipſius Domum ac proſapiam, non autem negotia Imperii concernente, ipſe vult Partis, Iudicis atque Executoris munere fungi; quodque pauci aliquot Ordines rebus ſeſe immiſcent, ac partiales reddunt, cum tamen nullus in hac cauſa Imperii conuentus, nullus proceſſus, nullumque Imperii decretum præceſſerit. Quod ſi tanti Imperio intereſt, cur non iure experti ſunt? Quod enim omnes tangit, ab omnibus tractari debet. Verum videant, ne, quæ iam regno Bohemiæ à Domo

Auſtriaca

Auſtriaca vis infertur, ipſi etiam Imperio olim contingat, atque iſtud ſimili ratione iugo Hiſpanico ſubiiciatur, cuius quidem rei egregium iam ante fores eſt exordium.

Cogimur quidem totum hoc negotium iuſtæ Dei voluntati committere, atque eius auxilium expectare, verum ſcimus etiam, atque optime nouimus, quod Regia Maieſtas Bohemiæ, Dominus noſter clementiſſimus, tum etiam Ordines Regni huius, atq; incorporatarum & confœderatarum prouinciarum, Celſ. V. ne minimâ quidem offenſionis anſam aut occaſionem dederint, ſed eandem potius debito ſemper modo dilexerint, ac reſpexerint, cumque ſubditis C. V. ius vicinitatis integrum fouerint, ac neglecta propria vtilitate eorum commoda ſæpenumero promouerint.

Quod autem initam confœderationem, abdicationem Cæſaris Ferdinandi, nouam electionem & coronationem, ac continuationem defenſionis attinet, horum omnium iuſtas, graues ac legitimas cauſas habuerunt; de quo etiamnum coram Deo, atque omnibus ac ſingulis Ordinibus, ſiniſtra perſuaſione non infectis, intra & extra Imperii limites, rationem reddere ſunt parati.

Cum ſummo etiam dolore percipimus, quam grauibus atque intolerabilibus diffamationibus, probris atque calumniis ab aduerſariis noſtris vbiuis locorum, intra atque extra Imperium, traducamur, proſcindamur, atque oneremur; inter quas illa haud eſt minima, quod falſo nobis impingunt, quaſi per Legatos noſtros cum Turca conſpirauiſſemus, imo tranſitum illi liberum in Imperium obtuliſſemus: id quod manifeſta eſt calumnia, quæ nunquam nobis in mentem venit, cum noſtri & confœderatorum noſtrorũ Legati adhuc ſint in itinere, nihilque aliud in mandatis habeant, niſi vt amicitiam, pacem ac tranquillam vicinitatem cum ipſo tractent, id quod & alii Chriſtiani Reges atque populi ante nos fecerunt, atq; hoc medio proſpero rerũ ſtatu vſi ſunt. Quid quod Imperiũ hac ratione magis à nobis aſſecuratur, quam vnquam à Domo Auſtriaca factum fuit, quæ ſæpenumero ſine conſenſu Imperii atque harum prouinciarum, bellum cum Turca inierunt, pacemque rurſus ſanxerunt, ad propriam & priuatam ſui vtilitatem, quemadmodum poſtulante ita neceſſitate facile demonſtrari poſſet.

Quod ſi, rebus ita ſtantibus, dum introductione peregrini exercitus mediante, vicina Turcæ regna atque prouincias domino ſuo prorſus ſubiugare aduerſarii conſtituerunt, Turca contra Domum Auſtriacam & Hiſpanicam inſurgeret, tantamq; poteſtatem ſuſpectam duceret, adeoq; ſeſe contra illam moueret, præſertim hoc ipſo tempore, quo confœderatarum prouinciarum Legati nihil aliud, quam aſſecurationem pacatæ & tranquillæ vicinitatis, apud Portam quærunt, equidem excuſatos nos coram Deo atque hominibus haberi vellemus, quippe qui nullam ei rei cauſam aut occaſionem præbuerimus. Quin imo firmioribus iſtud rationibus demonſtrari poterit, quanta Miniſtri Cæſarei Portæ promiſſa obtulerint, nullum alium in finem, niſi vt Turcas contra modernum Hungariæ Regem ad capeſſenda arma concitarent; quoſque alios eo loco dolos aduerſus confœderatas prouincias nectere; iiſque præualere poſſint, propria ipſorum iactatio, ſuo tempore in lucem producenda, ſatis ſuperque oſtendit.

Veſtram igitur Celſitudinem iterum atque iterum ſumma cum deuotione rogamus, atque adeo obſecramus, vt hæc omnia probe perpendat, nec hoſti-



Digitized by Google

le quippiam, cum ſit prudens atq; Euangelicus princeps, aduerſus Coronam hanc atque incorporatas eidem prouincias moliatur aut ſuſcipiat, ſed innocenti ſanguini, vtrimque fortaſſis profundendo, parcat, cumque extrema neceſſitate ita cogente fortaſſis exteræ nationes atque populi accerſi, atque ita ira Dei in nos deriuari poſſit, cum clementiſſimo noſtro Rege ac Domino atque confœderatis prouinciis, amicitiam & vicinitatem tranquillitatem colere malit, quam hoſtilitatem atque inimicitiam.

Quod ſi vero contra omnem ſpem Celſ. Veſtræ exercitus nos aut confœderatos noſtros in ſuperiori atque inferiori Luſatia inuaſerint, tunc obſtricti atque obligati erimus, ſecundum conſtitutiones Regni & pacta Confœderationis initæ, patriam noſtram atque eius membra contra quemlibet, Regnum hoc atque incorporatas Prouincias hoſtiliter adorientem, pro viribus noſtris defendere, ac regem noſtrum, vigore noſtrorum priuilegiorum atque libertatum, legitime electum & coronatum, qui Celſ. Veſtræ nullam hactenus odii aut inimicitiæ anſam dedit, atque adeo diuinum auxilium eo præſentius atque efficacius ſibi adfore ſperat, cum vitæ ac ſanguinis diſpendio tueri, & cum auxilio atque aſſiſtentia nouiter electi Regis Hungariæ, atque Ordinum eiuſdem Hungariæ & Transſyluaniæ, vtpote Confœderatorum noſtrorum, oppreſſionem atque ſeruitutem, Ordinibus Euangelicis Auſtriæ ſupra Enſam, partim promiſſorum blanditiis, partim ſuorum proditione ac vi hoſtili, vt Duci Bauariæ ſe ſubmitterent, omniaque ac ſingula ſua priuilegia, & ſe ipſos, quin Religionis etiam libertatem nudæ intercesſioni, vanæ ſpei atq; adeo incertiſſimo euentui committerent, ſumtus bellicos exoluerent, & ſuper hæc omnia milites etiam præſidiarios acciperent, adductis impoſitam, ceu intolerabile, coram Deo & cariſſima poſteritate inexcuſabile, iugum à nobis ac poſteris noſtris, pro viribus, cum auxilio Dei propulſare, euentum autem iuſtiſſimo Deo, ad quem ſuſpiria & gemitus tot mille innocentium atque afflictorum hominum per nubes penetrant, cumque homines exaudire recuſent, lapides in muris & trabes in parietibus ipſis reſpondebunt, committere.

Veruntamen nolumus adhuc credere, quod Celſ. Veſtra iſtiuſmodi miſeriis nos inuolui, nedum ipſa eaſdem nobis immittere cupiat: Cui etiam à Deo ſalutaria conſilia, animæ ſalutem ac proſperam corporis valetudinem ex animo precamur, & ſeruitia noſtra deuota atque humilia lubentes offerimus. Dabantur Pragæ 4. Septembr. ann. 1620.

## CAPVT CCIX.

### *COPIA LITERARVM, AD ANGVSTIOREM ORDINVM PROVINCIALIVM DELECTVM, VTI & ad aliquas Electoratus Saxoniæ vrbes datarum, vt ab Electoratu ſecederent.*

OFficia, ſalutem atque omnia bona vobis offerimus, Nobiles, Ampliſſimi, ac Spectatiſſimi Viri, &c. Notum procul dubio vobis eſt, quod nuper ſub nomine

mine Ordinum Euangelicorum Bohemiæ Legatos noſtros ad Electorem Saxoniæ eum in finem deſtinauerimus, vt amicam vicinitatem inter Regiam Maieſtatem Bohemiæ, atque Electorem Saxoniæ, ab immemorialibus annis ad hoc vſque tempus continuatam, confirmarent, renouarent atque ſtabilirent. Quia vero ex Receſſu, Legatis noſtris ab Electore Saxoniæ communicato, ſatis cognoſcimus, quod ſæpedictus Elector ab aduerſariis noſtris falſa perſuaſione nimium illectus, id vnice atque anxie vrgeat, vt Cæſari Ferdinando Coronam hanc reſtituamus, & ad ſubmiſſionem ipſius denuo nos accommodemus, addita hac appendice, quod Commiſſionem quandam Cæſaream, Regnum hoc atque incorporatas eidem prouincias concernentem, in ſe ſuſceperit, cuius etiam executionem mediante grandi bellico apparatu in effectum deducere decreuerit: non immerito alienum hoc nobis ac peregrinum viſum fuit, ſed euentum iuſtiſſimo iudici Deo patienter committimus. Nos certe, atq; incorporatæ prouinciæ, eorum, quæ in puncto ſuſceptæ defenſionis, abdicationis Cæſaris Ferdinandi, atque electionis noui regis, fecimus, graues, ſufficientes, optimoque nixas fundamento rationes habuimus, atque etiamnunc in conſcientiis noſtris obſtricti, obligati, atque adeo reſoluti ſumus, in nomine Dei, prouincialia noſtra decreta, & cumprimis Regem noſtrum clementiſſimũ, à nobis atq; incorporatis prouinciis, vigore priuilegiorũ atq; libertatũ noſtrarũ, vnanimib⁹ votis & ſuffragiis, legitime electum, & coronatum, cũ auxilio Dei, & arctiſſima incorporatorum ac confœderatorum Regnorum ac prouinciarum coniunctione, ſummis conatibus defendere, priuilegia ac libertates noſtras ab omni violentia cum diſpendio vitæ, ſanguinis ac bonorum vindicare, & nos ac poſteros noſtros Hiſpanico iugo, cui promouendo Euangelici etiam quidam Principes manum admoueant, eximere.

Quod autem Regnum hoc, atque incorporatæ eidem confœderatæque prouinciæ, à Domo etiam Electorali Saxonica, cum qua tamen amicitia hactenus atque familiaritas ſemper culta fuit, ſibi metuere, atque, vti videtur, hoſtilem inuaſionem expectare cogitur, iſtud non Ordinibus Prouincialibus, ſed profugis quibuſdam, inque Electorali aula iam verſantibus, patriotis atque aliis peruerſis conſultoribus imputamus.

Vt autem Domini Ordines Prouinciales Electoratus Saxoniæ etiamnunc intentionem ac propoſitum noſtrum ad continuandum pacis ac tranquillæ viciniratis ſtudiũ, propenſum cognoſcerent, haſce illi literas tranſmittere voluimus, rogantes, vt conſilia Electoris, ad extremitates & pericula vergentia præpedire atque auertere ſtudeant, necſe contra Regiam Maieſtatem, Regnum, incorporatas ac confœderatas prouincias, quæ Electori atque eius prouinciis nullam vnquam offenſionis anſam præbuerunt, concitari aut commoueri ſinant. Secus enim ſi factum fuerit, ea ſuſcipere ac peragere, licet inuiti, cogemur, quæ tumultus bellici ſecum ferunt.

Hæc ſignificanda vobis duximus, rogantes, vti communem Euangelicæ Religionis confeſſionem, atque è contra remotionem intolerabilis Hiſpanorum ſeruitutis probe perpendatis, atque apud Electorem omnia hoſtilia attentata efficaciter præueniatis. Dabantur Pragæ, 2. Septembr. ann. 1620.

N. N. Reg. Maieſtatis Bohemiæ Officiarij, ac Conſiliarij in regno Bohemiæ.

## CAPVT CCX.

### *EQVITVM ELECTORATVS SAXONIAE, MISNAE NVPER CONGREGATORVM, RESOLVTIO Electori data.*

SEreniſſime ac Potentiſſime Princeps, Domine clementiſſime. Sereniſs. Veſtræ Celſitudini in recenti etiamnum erit memoria, quod Ordines Prouinciales per Mandatum Miſnæ comparere, atque ibi vlteriorem ordinationem expectare iuſſerit. Vt igitur mandato huic morem gereremus, nos vna cum equis, famulis & neceſſariis munitionibus noſtris huc contulimus. Quia vero puncta quædam ſunt, de quibus Sereniſs. Veſtram Celſitudinem monendam eſſe iudicamus, ideo Dominis Commiſſariis illa propoſuimus, qui porro conſuluerunt, vt ſcriptis illa comprehenderemus, ſimulque Sereniſs. Veſtræ Celſitudini tranſmiſſuros illa eſſe, polliciti fuerunt.

Etſi vero ignotum nobis non eſt, Seren. Veſtram Celſitudinem alias grauiſſimis negotiis præpeditam atque oneratam eſſe: attamen cum memorata puncta eius ſint importantiæ, vt monere de illis, periculoſis præſertim hiſce temporibus, perneceſſarium nobis eſſe videatur, Sereniſs. Veſtram Celſitud. ſubmiſſa humilitate rogamus, vt ea clementi animo ſuſcipiat, ac paterne perpendat.

Ac principio quidem ex præfecturis Sereniſs. Veſtræ Celſitudinis currus aliquot bellici, cum rebus ad illos pertinentibus, dati ſunt, qui tamen à præfectis & quæſtoribus hoc tempore denegantur. Submiſſe igitur rogamus, vt Sereniſs. Veſtra Celſitudo mandet, quo iſtiuſmodi currus, vti antehac factum eſt, ſic in futurum etiam parentur atque concedantur.

Secundo, cum Sereniſs. Veſtra Celſitudo in mandato ſuo à nobis poſtulauerit, vt in nos atq; equos noſtros pecuniam propriã, per trium menſiũ ſpacium, ipſi impendamus: nihil quidem magis optaremus, quam vt Sereniſs. Veſtræ Celſitudini hac in parte gratificari poſſemus. Quia vero præter hæc aliis moleſtiis atque oneribus ſatis ſuperque grauamur, pecuniæque precium indies magis magiſque augeſcit, ſatisfacere profecto petitioni aut flagitationi nullo modo poſſum⁹, ſed potius rogamus, vt, ſi ad limites prouinciales conſtituti fuerimus, Sereniſs. Veſtra Celſitudo prouidere velit, quo non ſolum debitam redemtionem, ſed etiam ſtipendia noſtra in poſterum debito modo ac tempore accipiamus. Hoc enim nobis denegato progredi vlterius non poſſumus, cum alias ſatis grandes ad comparanda nobis arma impenſas fecerimus.

Tertio, licet non ſperemus, Sereniſs. Veſtram Celſitudinem à nobis flagitaturã, vt extra prouinciam nos conferamus, cũ tamen certiores redditi ſimus, exercitum ſubditorum prouincialium iam vltra limites eſſe deductum, non immerito veremur, ne tale quid à nobis etiam vt fiat, exigatur. Quod ſi tentaretur (vti tamen haud futurum ſperamus) ſubmiſſa deuotione rogamus, vt Sereniſs. Veſtra Celſitudo perpendere velit, quantæ abſurditates atq; inconuenientiæ exinde ſint ſecuturæ. Præterquã enim quod priuilegiis noſtris ac reuerſalibus, à Sereniſs. Veſtræ Celſitudinis anteceſſoribus nobis datis, repugnat, conſcientiæ etiam nobis integritas ſarta tectaque eſt conſeruanda.

Propo-

Propoſitum quidem nobis non eſt, Sereniſs. Veſtræ Celſitudinis expeditionem bellicam in examen vocare aut eidem præiudicare; quia vero abſq; conſenſu Ordinum prouincialium facta eſt, iis defendendam atque excuſandam, qui ſuaſores illius fuerunt, relinquimus. Interim Sereniſs. Veſtræ Celſitudini diiudicandum committimus, qua conſcientia, ſi durante bello vltra limites, atque adeo contra dilectos noſtros vicinos, cognatos, amicos, conſanguineos, ac Religionis ſocios, imo contra illos, qui nos nullo vnquam tempore offenderunt, ſed beneuolentiam ſuam ſemper nobis teſtatam fecerunt, deducamur, expeditionem illam bellicam ſuſcipiemus? Ac licet res felicem ſortiatur exitum, proceſſus tamen hic aduerſus neminem alium, quam contra vicinos atque amicos noſtros cariſſimos, perficietur. His perpenſis haud futurum ſperamus, vt Sereniſs. Celſ. Veſtra nos fines prouinciæ ac territorii excedere, ſed intra iſtos potius ad præſtandam communis patriæ defenſionem manere iubeat.

Quod ſi vero tale aliquid à nobis poſtulatum fuerit, expreſſe nos ita declaramus, quod contra dilectos noſtros vicinos atque amicos nihil hoſtile ſuſcipere poſſimus, ſed conſcientiam atque honorem noſtrum, quin & propriam noſtram ſalutem atque proſperitatem, illibatam conſeruare debeamus.

In reliquis omnibus tales nos exhibebimus, quales fideles patriotas ac vaſallos eſſe decet, quin & ad extremum vſq; vitæ noſtræ halitum Sereniſs. Veſtræ Celſitudini aderimus, atque, vt equites generoſos ac ſtrenuos decet, authoritatem ac ſalutem veſtram propugnabimus; ſpe iam certa ducti, Sereniſs. Veſtram Celſitudinem fidelem hanc noſtram admonitionem in bonam partem eſſe interpretaturam. Atque hiſce Sereniſs. Veſtram Celſitudinem diuinæ protectioni, nos autem eiuſdem gratiæ ac fauori commendamus. Datum Miſnæ 12. Septembr. anno 1620.

Sereniſs. Veſtræ Celſitudinis
Obedientiſſimi ſubditi

Theodoricus-Iulius à Weisbach, & Chriſtophorus à Goldachſen, &c.

## CAPVT CCXI.

## *LITERAE DEHORTATORIAE REGIS BOHEMIÆ AD N. N. COMITES, DOMINOS, NOBILES AC vaſallos Principatus Voigtlandiæ.*

NOS Fridericus, Dei gratia, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, S. Rom. Imperii Elector, Illuſtribus, Generoſis, Ampliſſimis, ac fidelibus noſtris dilectis, N. N. Comitibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, ac vaſallis, vt & Capitaneis, Præfectis, Quæſtoribus, Conſulibus, Senatoribus, Scabinis, & in genere omnibus ac ſingulis incolis, ciuibus, ruſticis, & ſubditis, ad regni atque Coronæ noſtræ Bohemicæ Principatum Voigtlandiæ pertinentibus (recenſeantur:

Digitized by Google

tur omnes ac ſingulæ ciuitates atque oppida huc pertinentia ) gratiam & fauorem noſtrum regium deferimus. Fideles Dilecti; Etſi ab initio regiæ noſtræ gubernationis ad hoc vſque tempus diligentem operam dedimus, vti cùm omnibus ac ſingulis Coronæ huius vicinis Electoribus ac Principibus fidelem correſpondentiam, atque amicam & ſynceram vicinitatem coleremus, præſertim vero, vt vna cum dilectis noſtris Ordinibus Regni huius, poſtquàm ad regium hoc ſolium diuina prouidente gratia euecti fuimus, cum Electore ac Duce Saxoniæ, Ioanne-Georgio, non minus quam cum aliis amicitiam ac familiaritatem coleremus, ſpe certa freti, præfatum Electorem viciſſim talem ſeſe erga nos eſſe exhibiturum: facto tamen ipſo iam experimur, quod omnis beneuolentiæ atque amicitiæ noſtræ oblatio, ipſi facta, inanis atque irrita fuerit, nullumque penes ipſum locum inuenerit, quodque nos præfatus Elector vanis hactenus pollicitationibus atque æquiuocationibus lactarit; id quod & diſtrictus ſuperioris Saxoniæ Ordines atque Legati teſtantur, quod ſæpenominatus Elector ex inſtinctu ac ſubornatione hoſtium noſtrorum, atque aliorum, infidelium patriotarum, & conſultorum Hiſpanizantium, aliud nunc ipſo opere atque facto, quam ore ac verbis antehac factum fuerit, præſtet, quemadmodum luce iam meridiana clarius apparet, dum non ſolum cum exercitu ſuo Marchionatum noſtrum ſuperioris Luſatiæ ad proſequendam exequutionem conciliabuli cruenti, Mulhuſii celebrati, hoſtiliter inuaſit, verum etiam, neglectis ſupremorum in Regno Bohemiæ Officiariorum, ſub nomine trium Coronæ Bohemicæ Ordinum, ad ipſum datis literis dehortatoriis, quarum copiam hiſce adiunximus, vt manifeſtus ac notorius hoſtis, vrbem noſtram Budiſſinam, in Luſatia ſuperiori ſitam oppugnauit, atque in ſumma eum ſe exhibuit, qui vna cum Hiſpanicis Ligiſtis & Conſpiratoribus, perſonam noſtram regiam non minus, quam Regnum noſtrum atque eidem incorporatas prouincias, totali excidio ac ruina delere decreuerit.

Quia ergo dictus Saxoniæ Elector dictis hoſtilitatibus, contra nos, noſtram coronam atque incorporatas prouincias commiſſis; aduerſus triplex iusiurandum, quo nobis, quippe per Dei gratiam legitime electo ac coronato Regi Bohemiæ, propter principatum Voigtlandiæ, atque alia inſignia feuda, vigore inueſtiturarū, ac literarum feudalium, anteceſſoribus ſuis datarum, obligatus atque obſtrictus eſt, inique, temerarie atque inexcuſabiliter egit, à nobis deſciuit, conſpirationem cum noſtris atque Euangelicæ Religionis iuratis hoſtibus, ſine firmis & legitimis rationibus iniuit, atque hac ratione feudis, à Corona Bohemica dependentibus, indignum ſeſe reddidit: Ideoque vobis omnibus ac ſingulis pro regia noſtra poteſtate atque authoritate mandamus, vt dicto Electori ac Duci Saxoniæ amplius nō adhæreatis, multo minus obedientiam, auxiliū, opem, neq; publice, neq; clandeſtine, præſtetis, aut reditus ipſi, quale tandem nomen habeant, vllos ſuppeditetis aut concedatis: ſimiliter ne feuda, qualiacunq; illa ſint, ab illo aut officiarijs illius amplius accipiatis, ſed ad nos, quiſque pro temporis conditione, ſine mora veniatis, aut Legatos mittatis, noſtræque vos poteſtati, aut cuicunque alij noſtro loco committemus, ſubijciatis, iuramentum ſiue homagium nobis præſtetis, nulloque vos obſtaculo, fide vel iuramento, quo dicto Electori hactenus quouis modo obſtricti atque obligati fuiſtis, impediri ſinatis. Nos enim, vtpote verus, legitimus ac ſupremus Feudi huius Dominus, vos

nus, vos omnes ac ſingulos, habita prius ſuper hac re matura deliberatione, ex Regia Bohemica poteſtate atq; authoritate, vigore harum literarum, à iuramento iſto abſoluimus, liberamus, eidemque totaliter ac perfecte eximimus: ac ſuper hæc omnia parati ſumus, vos omnes ac ſingulos non ſolum in Religione veſtra Chriſtiana, ac ſyncera verbi Diuini profeſſione, atque vſu ſacratiſſimorum Sacramentorum, vt & vitam, bona atque facultates, priuilegia, iura, immunitates & conſuetudines veſtras pro viribus defendere, ſed & ab omnibus moleſtijs, grauaminibus, violentiis, exactionibus ac tributis inuſitatis, ſeruitutibus venatoriis atque aliis, quibus hactenus à Magiſtratu veſtro ad rei familiaris & valetudinis iacturam vſque grauati, vexati atque onerati fuiſtis, in poſterum liberare.

Quod ſi vero poſtulationi huic noſtræ vos nō accommodaueritis, & Magiſtratui veſtro priori, aliiſque noſtris hoſtibus, pecunia, tormentis bellicis, vel alio quouis modo, clam aut palam, contra nos, Coronam Bohemiæ atque incorporatas prouincias, auxilium præſtabitis, quod tamen futurum haud ſperamus; in illum euentum tales vos eſſe iudicabimus, qui, ſpreta clementi hac noſtra oblatione, hoſtilitatum, ab Electore ſæpe dicto in nos exercitatum, contra nos ac prouincias noſtras participes vos feceritis; noſque adeo contra voluntatem ac conſuetudinem noſtram cogemur, ſeueriora aduerſus vos, bona atque facultates veſtras, adhibere remedia, quibus, largiente Deo, non deſtituemur, ac ſecundum mores bellicos igne & gladio adeo vos viſitabimus, vt infidelitatis veſtræ, contra nos, naturalem quippe ac legitimum Dominum veſtrum, vſurpatæ pœnas iuſtiſſimas ſitis percepturi; quarum culpam nemini alii, quam vobis ipſis imputabitis. Nos enim coram Deo ac toto mundo ſolenniter proteſtamur, quod iſtiuſmodi duris ac pœnalibus mediis nequaquam delectemur. Ne igitur iſtiuſmodi pericula ac pœnas incurratis, diligenter prouidebitis, debitamque nobis ac Coronæ noſtræ Bohemicæ obedientiam præſtabitis. Dabantur in arce noſtra regia Pragenſi, 28. Septembris, ann. 1620.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Maieſtatis proprium.

FINIS.

XVII. Eiuſdem ad Ordines Bohemiæ tramiſſas litteras patentes concernens epiſtola. 45.46.
IIXX. Ordinum Bohemiæ ad Cæſareas iſtas litteras reſponſio. 46.47.
XIX. Plenaria Cæſareæ M. ad diſtinctas Bohemiæ Ordinum litteras reſponſio. 48.
XX. Ordinum Bohemiæ ad litteras Cæſ. Maieſt. contraria epiſtola. 49.50.51.
XXI. Ordinum Auſtriacorum ad Cæſ. Maieſt. monitoriales litteræ. 55. 56. &c.
XXII. Cæſareæ primæ informationis mentio. 66.
XXIII. Cæſ. M. II. informatio. 66. 67. &c.
XXIV. Cæſ. Maieſt. Rudolphi II. p. m. Maieſtatis litteræ. 71.72.
XXV. Tranſactio quæ inter Ordines, ſub vna, & ſub vtraque ſpecie, facta, & tabulæ prouinciali inſerta eſt. 76.77.
XXVI. Rudolphi II. Imp. principibus & Ordinibus Sileſiæ communicatæ Maieſtatis litteræ. 78.79.
XXVII. Neohuſianorum ad Tampirium litteræ. 83.84.
*XXVIII.* Ordinum Bohemiæ ad Cæſ. M. epiſtola. 84 85.
*XXIX.* Cæſ. M. ad petitam Bohemiæ Ordinum pacificationem, epiſtola reſponſoria. 86.
*XXX.* Regis Ferdinandi ad Bohemiæ Ordines epiſtola monitoria. 88.
*XXXI.* Ordinum Bohemiæ ad Cæſ. M. epiſtola apologetica. ibid. & 89
*XXXII.* Cæſ. M. ad commemoratam Bohemiæ Ordinum epiſtolam, tractationem & interpoſitionem concernentem, reſponſio. 91.92.
*XXXIII.* Eiuſdem C. M. ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ epiſtola eamdem interpoſitionem concernens. 92.
*XXXIV.* Sereniſs. Domini Electoris Saxoniæ ad Bohemiæ Directores epiſtola. 93.
XXXV. Directorum Bohemiæ, ad Electoralem Saxonicam epiſtolam, reſponſio. 94.
XXXVI. Copia conſiderationis Ordinum Bohemiæ, Statum Bohemicum concernentis. 96.97.98 99. &c.
XXXVII. Cæſar. M. ad Electorem epiſtola. 103.
XXXIX. Sereniſſimi Ducis Bauariæ ad Ordines Bohemiæ epiſtola. 104.
XL. Confœderatorum S. Rom. Imperii Ordinum ad Cæſ. M. epiſtola. 109. 110. 111.
XLI. Comitis à Thurn ad Auſtriacos inquilinos literæ, impreſſionem ſuam in Auſtriam concernentes. 112.
XLII. Ordinum Bohemiæ ad Cæſ. Maieſt. litteræ declaratoriæ, interpoſitionem concernentes. 114.115.116.
XLIII. Cæſ. M. ad Ian-Chriſtianum Ducem Lignicenſem epiſtola. 119.
XLIV. Ian-Chriſtiani Ducis Lignicenſis ad Cæſaream inhibitionem epiſtola reſponſoria. 120.
XLV. Eiuſdem Inluſtriſs. Ducis Ian-Chriſtiani &c. ad Bohemiæ Ordines litteræ, hoſtilem in Auſtriam incurſionem concernentes. 121



Digitized by Google

XLVI. Bohemiæ Ordinum ad Ducis Ian-Chriſtiani literas epiſtola reſponſoria. 123. 124.

XLVII. Cæſ. M. iterata, & vltima, ad Bohemiæ Ordines epiſtola monitoria. 126.

XLVIII. Ordinum Euangelicorum in Sileſia ad Bohemiæ Ordines, ob petita auxilia, epiſtola. 130. 131. &c.

XLIX. Ordinum Bohemiæ ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ, ſuſpenſionem armorum concernentes, litteræ. 140.

L. Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad Bohemorum epiſtolam reſponſio. 142.

LI. Inferioris Auſtriæ Ordinum Euangelicorum ad Cæſ. Maieſt. litteræ. 144.

LII. Erneſti Comitis Mansfeldij proſcriptio Cæſarea. 149. 150.

LIII. Directorum Bohemiæ ad Ordines Bohemiæ patentes litteræ. 151. 152. 153. &c.

LIV. Electoralis Palatini Vicariatus ad S. Rom. Imperii Septemuiros, Principes, & Ordines patentes litteræ. 154.

LV. Domini Electoris Moguntini, ex præſcripto Aureæ Bullæ, ad inſtantem diem electionis, Regis Ferdinandi aliorumque Dominorum Electorum (mutatis mutandis) Inuitatio. 155. 156.

LVI. Copia plenipotentiæ ab Archiduce Alberto Regi Ferdinando conceſſæ. 157.

LVII. Ferdinandi, Hungariæ, Bohemiæque Regis, ad relictos Cæſareos Vicarios & Conſiliarios litteræ. 158.

LVIII. Eiuſdem Regis Ferdinandi litteræ confirmatoriæ, Bohemorum priuilegia concernentes. 159.

LIX. Directorum Bohemiæ ad Vniuerſalem Conuentum Prouincialem litteræ inuitatoriæ. 160

LX. Eorumdem Bohemiæ Directorum ad Sereniſſimum Ducem Bauariæ ſummiſſa propoſitio. 162.

LXI. Sereniſſimi Ducis Bauariæ ad iſtam Bohemiæ Directorum propoſitionem reſponſio. 163.

LXII. Domini Poppeli ad Comitem à Thurn epiſtola ibid. & 164.

LXIII. Comitis à Thurn ad Poppelianam epiſtolam reſponſio. 164.

LXIV. Ordinum Morauiæ contra Patres Societatis Ieſu Decretum proſcriptorium. ibid. & 65.

LXV. Inferioris Auſtriæ Ordinum ad Cæſ. Maieſt. libellus ſupplex, militarium Copiarum dimiſſionem concernens. 166.

LXVI. Comitis à Thurn cum Bohemicis Caſtris in Auſtriam inferiorem expeditio. 168.

LXVII. Bohemiæ Ordinum Directorumue, ſi res ad pacem deueniat, comprehenſi articuli. 170.

LXVIII. Alii articuli, ad Prouinciæ neceſſitatem, & incrementum Euangelicæ Relligionis, à Bohemicis Directoribus comprehenſi. 171.

LXIX. Sileſiæ Principum & Ordinum ad Regem Ferdinandum reſolutio.

tio. 174. &c.
LXX. Extractus Punctorum, articulorumue, de quibus inferioris Auſtriæ Ordines, ab Romano-Catholicis, eiuſdem Archiducatus, Ordinibus haſtenus categoricam reſponſionem inſtanter poſtularunt. 177
LXXI. Litterarum Patentium, Ieſuitarum ex Sileſia proſcriptionem concernentium Copia. 178.
LXXII. Bohemiæ Directorum, ob inuitationem Regis Ferdinandi, ad Cæſaream electionem Mœnofrancfurtenſem, conſideratio. 181
LXXIII. Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ, ad poſtulata Bohemorum, clementiſſima reſolutio. 181.
LXXIV. Archiducis Leopoldi Decretum, diſarmationem ciuium Viennenſium concernens. 182.
LXXV. Ordinum Morauiæ in Conuentu Prinnenſi decreti articuli 185.
LXXVI. Gabrielis Betlehemi, Tranſyluaniæ Principis, ad Bohemiæ Morauiæque Ordines epiſtola. 185.186.
LXXVII. Ordinum Bohemiæ ad Gabrielem Tranſyluaniæ Principem litterarum extractus. 186.
LXXVIII. Regiæ M. Ferdinandi ad obiecta Bohemorum reſponſio retorſoria. 187.
LXXIX. Electoralis Moguntina ad Bohemiæ delegatos, Hanouiæ commorantes, epiſtola. 190.
LXXX. Dominorum Electorum ad Bohemiæ Ordines epiſtola. 193.
LXXXI Copia litterarum Bohemiæ Ordinum incorporatarumq; Prouinciarum, ad Sereniſſimorum Dominorum Electorum factam electionem, concernentium. 194.
LXXXII. & LXXXIII. Cæſarea informatio & fundamentalis relatio. 196.197.198.199.
LXXXIV. Ad primam Bohemiæ Directorum epiſtolam reſponſio. 200. 201.202. &c.
LXXXV. Ad alteram, &, ſub epilogo, tertiam Bohemorum epiſtolam reſponſio. 206.207.208.&c.
LXXXVI. Putatitiorum Bohemiæ Directorum ad Reuerendiſſimum Dominum Septemuirum Moguntinum epiſtola. 212.213.214. &c.
LXXXVII. Ad laudatiſſimum Septemuirale, Mœnofrancfurti congregatum, Collegium, Ordinum Directorumque Bohemiæ epiſtola. 219. 220. 221.
LXXXVIII. Eorumdem Bohemiæ Directorum ad idem laudatiſs. Electorale Collegium epiſtola altera. 222.
LXXXIX. Vladiſlai Regis, pro filio ſuo Lodoico, deſignato Bohemiæ Rege, litteræ obligatoriæ. 225.
XC. Copia Regis Wladiſlai Conſtitutionis, Annam Duciſſam, Maieſt. ſuæ hæredem concernens. 226.227. &c.
XCI. Ferdinandi Archiducis, ad Regni Bohemiæ Ordines, legatio ibid. & 228 &c.
XCII. Recognitio Romanorum Imperatoris Ferdinandi I. de libera electione Bohemica. 228.



Digitized by Google

XCIII. Rudolphi II. Rom. Imper. Ordinibus Bohemiæ datæ, Reuerſales litteræ. 229.

XCIV. Archiducis Matthiæ Reuerſales litteræ. 232.

XCV. Frederici Romanorum Imperatoris Regi Wladiſlao communicatæ feudales litteræ. 234.

XCVI. Copia Regis Ferdinandi nouarum immutatarum litterarum Reuerſalium, quæ, loco priorum, ſub numero XIII. Ordinibus obtrudi voluerunt. 236.

XCVII. Contractus matrimoniorum Regalium inter Sereniſs. quondam Lodoicum, Hungariæ Regem, & Mariam, Regis Hiſpaniarum filiam: nec non Sereniſs. Ferdinandum, tunc Archiducem Auſtriæ, & Annam, Ladislai, Hungariæ Regis filiam, medio Maximiliani Romanorum Imperatoris factus. 238. 239. &c.

XCVIII. Formula iuramenti, quod ſupremus Regni Bohemiæ Burggrauius præſtare tenetur. 243.

XCIX. Maximiliani II. ad Bohemiæ Ordines epiſtola, gratiarum actionem, ob conceſſum ſibi Regium titulum, concernens. 244.

C. Articuli & compoſitio inſtitutionem, poteſtatem, & expeditionem Directorum concernens: de traditione itidem conſiſtorij, & Academiæ, atque iudiciali deciſione in Religionis controuerſiis. 245. 246. 247. &c.

CI. Matthiæ Vngariæ &c. Regis, ante ſuum in Bohemiam ingreſſum, Ordinibus communicatæ Reuerſales litteræ. 247. 248. &c.

CII. Eiuſdem Domini Hungariæ Regis Matthiæ &c. ante Maieſt. Suæ coronationem, Ordinibus Bohemiæ conceſſæ Reuerſales litteræ. 249.

CIII. Eiuſdem Hungariæ, & deſignati Bohemiæ Regis, Domini Matthiæ, vniuerſalis Ordinibus repræſentata obligatio: ſiue reuerſales litteræ, Religionis, & alia politica negotia concernentes. 252.

CIV. Superiorisq; inferiorisq; Ordinum Sileſiæ ad Cæſaream propoſitionem, in Principum Conuentu Vratiſlauienſi, reſponſio, motum Bohemicum Religionis eſſe negotium, demonſtrans. 253. 254. 255. &c.

CV. Alterum, Principum, Ordinumque Sileſiæ, in Conuentu Vratiſlauienſi factum decretum, Cæſarem Ferdinandum, nouamque electionem concernens. 264.

CVI. Caroli Archiducis Auſtriæ, Epiſc. Brixienſis & Vratislauienſis, Ad Ian. Chriſtianum Sileſiæ Ducem &c. epiſtola. 275.

CIIIX. Dominorum Bohemiæ Ordinum, incorporatarumque Prouinciarum Delegatorum, ad Polonorum Regem litterarum initam confœderationem concernentium copia. 274.

CIIX. Præcipui cuiuſdam Regni Polonici Senatoris ad Archiepiſcopum Gneſcenſem reſponſoria. 276.

CIX. Cauſſæ impulſiuæ, quur videlicet Bohemiæ Ordines nouum Regem elegerint. 278. 279. 280. &c.

CX. Ius hæreditarium, & legitima Succeſſio in Regno Bohemiæ, Ferdinandi II. Auſtriaci, nunc Imperatoris Auguſti, & Hungariæ Bohemiæq; Regis potentiſſimi atque inuictiſſimi. 290. 291. 292.

CXI. Alia

CXI Alia informatio ſuper hodierno Bohemiæ Statu, Daniæ Regi, nec nō inſe: & ſuperiori Circulo Saxonico S. Rom. Imperii Statibus à commiſſariis Cæſareis communicata. 323. 324. 325. &c.

CXII. De electione & Succeſſione Regum Bohemiæ, Caroli IV. Romanorum Regis. 334. 335. 336. &c.

CXIII. Diſpoſitio Regis Wladiſlai ratione Ducisſæ Annæ hæredis ſuæ Maieſt. 337.

CXIV. Maieſtatis Regis Ferdinandi I. qualiter ad Duciſſā Annam, coniugem S Regiæ Maieſt. poſt obitum Regis Lodoici Regnum Bohemiæ cum ſuis pertinentiis deuolutum &c. & quomodo dicta ſua Maieſtas in Regem Bohemiæ electa fuerit. 338.

CXV. Probatio quod Imperator Ferdinandus II. Hungariæ & Bohemiæ Rex &c in Regem Bohemiæ tantum aſſumptus atque coronatus, non autem electus fuerit. 339.

CXVI. Pacta domus Auſtriacæ cum Rege Hiſpaniarum. 341.

CXVII. Ferdinandi Auſtriæ Archiducis obligatio. 344.

CIIXX. Matthiæ II. Rom. Imperatoris Confirmatio. 347.

CXX. Sereniſs. Electoris Saxoniæ ad Septemuiri Palatini litteras Epiſtola Reſponſoria. 351.

CXXI. Regis Bohemiæ, ob acceptam coronam Bohemicam, ad S. Rom. Imperii Ordines epiſtola apologetica. 352.

CXXII. Legati Cæſarei in Conuētu Correſpondentium Principum Norimbergenſi propoſitio.

CXXIII. Correſpondentium Principum ad poſtulata legati Cæſarei reſponſio. 356.

CXXIV. Legati Cæſarei apud Senatum Norimbergenſem facta propoſitio. 358.

CXXV. Correſpondentium S. Rom. Imperij Ordinum ad Bauariæ Ducem Legatio & propoſitio. 359. 360. 361. 362. &c.

CXXVI. Ducis Bauariæ ad poſtulata Correſpondentium Ordinum reſponſio. 363. 364. 365. &c.

CXXVII. Correſpondentium Legatorum ad reſolutionem Ducis Bauariæ Replica. 372.

CXXVIII. Sereniſſimi Ducis Bauariæ ad Correſpondentium Ordinum Replicam breuis reſponſio. 375. 376. 377. &c.

CXXIX. Cæſareæ Maieſt. ad Vniuerſos S. Rom. Imperii Ordines epiſtola Apologetica. 378. 379. 380. &c.

CXXX. Reſponſio Romanæ Eccleſiæ Catholicæ Procerum ad Scriptum à proteſtantibus XXI. Decemb. A. C. M. D C. XIX. Duci Bauariæ Maximiliano oblatum. 385.

CXXXI. Inluſtriſſimi Collegii Septemuiralis epiſtola dehortatoria ad Fredericum Comitem Palatinum, vt Coronæ Bohemicæ nuper ſuſceptæ renunciet, ex Conuentu Mülhuſiano data. 388.

CXXXII. Epi-

Google

CXXXII. Epiſtola dehortatoria ex Conuentu Mülhuſino ad membra & Principes Vnionis eodem tempore data 391. 392. &c.
CXXXIII. Epiſtola dehortatoria ad Ordinem Equeſtrem Imperii ex eodem Conuentu Mülhuſino. 394.
CXXXIV. Eorumdem Dominorum Electorum & Principum ex eodem Conuentu Mülhuſino ad Ordines Regni Hungariæ epiſtola. ibid. & 395.
CXXXV. Eorumdem Dominorum &c. ex eodem Conuentu ad Regni Bohemiæ: In ſimili ad Sileſiæ, Morauiæ, Supe: inferioriſque Luſatiæ Ordines epiſtola. 396.
CXXXVI. Domini Mauriti Haſſiæ Landgrauii &c. ad: & exhortatio ad Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ, per Theodorum à Verder, intimũ Mauritii Conſiliarium & Mareſcallum aulicum, in Conuentu Mülhuſino facta. 397.398.399.400.&c.
CXXXVII. Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad commemoratam Domini Landgrauii epiſtolam reſponſio. 401.
CXXXVIII. Electoris Palatini ad Sereniſs. Bauariæ Ducem epiſtola. 402. 403. 404.
CXL. Sereniſs. Ducis Bauariæ ad Electoris Palatini epiſtolam litteræ reſponſoriæ. 405.406.407.408.&c.
CXLI. Cæſareæ monitoriales litteræ in liberis Imperii ciuitatibus publice adfixæ. 410.
CXLII. Mandatum Cæſareum II. 412.
CXLIII. Mandatum Cæſareum III. 413.
CXLIV. Mandatum Cæſareum IV. ad Officiales bellicos. 414.
CXLV. Senatus Argentinenſis ad Electorum Principumque in Conuentu Mülhuſino litteras epiſtola reſponſoria. 416.
CXLVI. Sereniſſimi Ducis Bauariæ ad Electorem Palatinum alteræ monitoriales literæ. 418.
CXLVII. Ordinum Bohemiæ ad Electores & Principes in Conuentu Mülhuſino reſponſio. 419.
CXLVIII. Sereniſſimi Potentiſſimique Danorum Regis ad propoſitionem Cæſaream reſolutio. 420.
CXLIX. Illuſtriſſimi Principis Brunouicenſis ad Cæſaream propoſitionem reſolutio. 421.
CL. Vnitorum ad litteras Electorum & Principum in Conuentu Mülhuſino epiſtola reſponſoria. 422.
CLI. Proteſtantium atque Catholicorum Principum & Ordinum Compoſitio Vlmenſis. 423.
CLII. Electorum, Principum, Ordinumque Correſpondentium ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ epiſtola. 424.
CLIII. Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad Vnitorum Correſpondentiumque Electorum, Principum &c. epiſtola reſponſoria. 425.
CLIV. Cæſareæ M. ad Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ exequutionem contra Bohemos concernentes literæ. 426.
CLV. Electoris Palatini ad monitorialia Cæſarea mandata breuior reſponſio

ſponſio. 427.

CLVI. Ordinum Bohemiæ ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ exequutionem Cæſaream concernentes litteræ. 431.

CLVII. Sereniſſimi Ducis & Electoris Saxoniæ ad Ian. Caſimirum, Saxoniæ Ducem, reſponſoriales litteræ. 435.

CLVIII Eiuſdem Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad Chriſtianum & Frederico-Vlricum Duces Brunſuicenſes & Lunæburgenſes reſponſio. 437.

CLIX. Eiuſdem Sereniſſimi Domini Achillis noſtri Saxo-Germanici ad Frederico-Vlricum Ducem Brunſuicenſem epiſtola reſponſoria. 440.

CLX. Eiuſdem Domini Electoris Saxoniæ ad Inluſtriſſimum Haſſiæ Landgrauium reſponſoriales litteræ. 441. 442.

CLXI. Alberti Archiducis Auſtriæ, ad eumdem Dominum Haſſiæ Landgrauium Mauritium, litteræ. 443.

CLXII. S. Cæſ. Maieſt. ad Reuerendiſſimum Dominum Electorem Moguntinum litteræ. 444.

CLXIII. Eiuſdem S. Cæſ. Maieſt. ad Comitem Hohenzollerenſem epiſtola. 445.

CLXIV. Eiuſdem S. Cæſ. Maieſt. ad Ducem Bauariæ, &c, mutatis mutandis, ad Albertum Archiducem Auſtriæ epiſtola. 446.

CLXV. Ioachimo Erneſti Marchionis Onoltzbachici ad Repub. Mœnofrancfurtenſem litteræ. 448.

CLXVI. Marchionis Ambroſij Spinolæ ad Marchionem Durlacenſem litteræ. 449.

CLXVII. Eiuſdem Marchionis Spinolæ ad S. P. Q. Mœnofrancfurtenſem epiſtola. 450.

CLXVIII. Alberti Archiducis Auſtriæ ad eamdem Rempub. Mœnofrancofurtenſem litteræ. 451.

CLXIX Cæſareæ Maieſt. ad eumdem S. P. Q. Mœnofrancofurtenſem epiſtola

CLXX Ambroſii Spinolæ altera ad Rempub. Mœnofrancofurtenſem epiſtola aſſecuratoria. 452.

CLXXI S. Cæſ. M. ad Regem Daniæ, in ſimili, mutatis mutãdis, ad Chriſt. Ducem Lunæburg. Cathedrale Capitulum Magdeburg. alioſque S. R. Imperii Principes, & ciuitatem Lubecam litteræ. 453.

CLXXII. Eiuſdem S. Cæſ. Maieſt. ad Carolo-Hannibaldum à Dona epiſtola. 455. 456.

CLXXIII. Eiuſdem Romanorum Imperatoris ad Sereniſs. Dominum Electorem Saxoniæ litteræ. 456. & 457.

CLXXIV. Reuerendiſſimi Electoris Moguntini ad S. Cæſ. Maieſt. litteræ. 458.

CLXXV. Extract Electoralis Mogũtinæ reſolutionis ſiue declarationis, inferioris Burgundiæ militareis copias concernens. 459.

CLXXVI. Sereniſſimi Archiducis Alberti Anglicanæ legationi facta reſolutio. 461.

CLXXVII. Cæſ. M. ad querelam Ordinis Equeſtris, Rhenano-Wetteraujci



Digitized by Google

rauici tractus, Reſponſio. ibid. & 462.

CLXIIX. Eiuſdem Cæſareæ Maieſt. pro ſalua Guardia copia. ibid. & 463.

CLXXIX. Eiuſdem Romanorum Imperatoris, pro ſalua Guardia Ordinis Rhenano-Equeſtris, litteræ. ibid & 464.

CLXXX. Marchionis Ambroſii Spinolæ ad Rhenano-Wetterauicum Ordinem Equeſtrem litteræ, auocatorium mandatum Cæſareæ Maieſt. contra Elect. Palat. concernentes. ibid. & 465.

CLXXXI. Copia litterarum Capitaneorum Equeſtris Ordinis Rhenano-Wetterauici, de Vnionis copiis militaribus conquerentium. 465.

CLXXXII. Sereniſſimi Potentiſſimique Danorum Regis &c. ad S. P. Q. Hamburgenſem litteræ. 466.

CLXXXIII. Inferioris Saxoniæ circuli denunciatoriorum Principum, Chriſtiani Guilielmi, adminiſtratoris Magdeburgici, & Frederico-Vlrici Ducis Brunſuicenſis &c. ad Danorum Regem litteræ. 468.

CLXXXIV. Sereniſſimi Potentiſſimique Danorum Regis, ad Domini Adminiſtratoris Magdeburgici &c. & Ducis Brunſuicenſis &c. epiſtolam litteræ reſponſoriæ. 468.

CLXXXV. Coſs. ac Senatus Reipub. Hamburgenſis ad Inluſtriſs. inferioris Saxoniæ denunciatorios Principes litteræ. 472.

CLXXXVI. Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris glorioſiſſimi Electoribus, poſt coronationem, Mœnofrancfurti porrecta capitulatio. 473.

CLXXXVII. Sac. Rom Imperii Electorum ad Septemuirum Palatinum, ne oblatam ſibi coronam accepter, epiſtola monitoria. 487.

CLXXXVIII. Litteræ monitoriæ ad Capitaneum Sileſiæ. 489.

CLXXXIX. Archiducis Auſtriæ Epiſcopi Niſſenſis &c. aliæ ad Sileſios litteræ. 491.

CXC. Regis Poloniæ poſtulatum ad Senatores Regni, Sileſios concernens. ibid. & 492.

CXCI. Eiuſdem Polonorum Regis litteræ dehortatoriæ ad Ioannem-Chriſtianum, Ducem Lignicenſem, Generalem in Sileſia Capitaneum. 493.

CXCII. Eiuſdem aliæ ad Ordines Sileſiæ litteræ dehortatoriæ. 494.

CXCIII. Articuli conditionales, ſuper quibus Bohemi Electorem Palatinum in Regem ſuum elegerunt. 495.

CXCIV. Litteræ Bohemorum ad Regem Poloniæ ob ſpirituales & Clericos, eorumque iura in Sileſia. 497.

CXCV. Conſiliarii Regem ſuum monent ne domui Auſtriacæ auxilium ferat. 498.

CXCVI. Litteræ Reſponſionales Electoris Saxoniæ legatis Bohemicis datæ. 499.

CXCVII. Reſolutio Cæſarea, Inferioris Auſtriæ Ordinibus in puncto præſtandi homagii data. 501.

CXCVIII. Declaratio oralis S. Cæſ. Maieſt. data Inferioris Auſtriæ Euangelicorum Ordinum delectui, exercitium Religionis concernens. ibid. & 502.

CXCIX. Litteræ, Vienna ad Electorem Saxoniæ miſſæ, executionem Regni Bohemici concernentes. ibid.

CC. Al-

CC. Altera Electoris Saxoniæ Reſolutio. 503.

CCI. Litteræ Electoris Saxoniæ ad Luſatos, executionem ſibi commiſſam concernentes. 505.

CCII. Litteræ Ducis Bauariæ ad Electorem Palatinum, Regē, tum temporis, Bohemiæ, exequutionem concernentes. 506.

CCIII. Eiuſdem Bauariæ Ducis ad Ordines Bohemiæ litteræ. 508.

CCIV. Reſponſio Ordinum Bohemiæ ad Ducis Bauariæ litteras. 509.

CCV. Reſponſio Regis Bohemiæ ad litteras Ducis Bauariæ. 509.

CCVI. Eiuſdem Bohemiæ Regis mandatum Generale ad omneis Coronæ Bohemicæ Vaſallos. 510.

CCVII. Eiuſdem Boh. Regis ſpeciales litteræ ad Inluſtriſſ. Principes Iano-Caſimirum, & Iano-Erneſtum, Seniorem, Duces Saxoniæ &c. feuda Bohemica concernentes. 512.

CCVIII. Litteræ Officialium Bohemicorum ad Electorem Saxoniæ, cur exequutionem aduerſus illos ſuſcipere non debeat. 513.

CCIX. Copia litterarum ad anguſtiorem Ordinum Prouincialium delectum, vti & ad aliquas Electoratus Saxoniæ vrbes datarum, vt ab electoratu ſecederent. 516.

CCX. Equitum Electoratus Saxoniæ Miſnæ nuper congregatorum reſolutio Electori data. 518.

CCXI. Litteræ dehortatoriæ Regis Bohemiæ ad N.N. Comites, Dominos, Nobiles, ac Vaſallos Voigtlandiæ. 519.

# LVNDORPI AD CANDIDVM LECTOREM.

## EPILOGVS.

*Si bene quid dixi, Chriſto gratare datori:*
*Sin male? da veniam. NAM QVIS VBIQVE SAPIT?*

## ITIDEM AD LECTOREM.

Nihil te moueat, Candide Lector, quod finis primi quaternionis, & initium ſecundi, ſibi mutuo non reſpondeant: nam Index capitum ſecundo quaternioni deſtinatus fuerat, qui tamen ſuo quodam conſilio totius operis fini dēmum ſubiunctus eſt.

FINIS.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google